Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIII
D
7
NAPOLI

Digitized by Google

NAPOLI

Digitized by Google

DAVIDIS ORIGANI

GLACENSIS SILESII MATHEMATICI, &c.

ASTROLOGIA NATVRALIS.

Siue Tractatus

DE EFFECTIBVS ASTRORVM ABSOLVTISSIMVS.

IN QVO OMNI ASTROLOGIAE, VT VOCANT, Iudiciariæ Vanitate, Superſtitione, ac Impietate Chriſtiano homine indigna penitùs euerſa, Vera Phyſica Cœleſtis ex proprijs, ac genuinis Fundamentis aſtruitur.

OPVS

MEDICIS, AGRICOLIS, NAVTIS, AC CAETERIS Naturales Actiones rectè dirigere cupientibus planè neceſſarium.



MASSILIÆ.

AERÆ Chriſti, Anno CIƆ IƆC XLV.

Aereq; Io. Baptiſtæ Senij Genuenſis.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

IO. BAPTISTA SENIUS GENUENSIS

ATROPHILIS

Bonam Mentem.

INSANA futura præcognoſcendi curioſitas, ne dicam, libido eò mortalium mentes adegit, ut ab ineptiſſimis principiis, & non rarò etiam impiis concupita argumenta peterent, ac deducerent; & ſi qui etiam naturalia quædã fundamenta ſunt nacti, quib. modica verarum prædictionum innixa ſubſtructio ad libellam rectè ſuccreſcere poſſit, tam ingentes inde, atq; obliquè aſſurgentes moles Vaticiniorum ſuperexcitant, atq. ſuſpendunt, ut eæ non ritè ſuffultæ, ac cohærentes ſuo ipſo pondere ruant, & ſi qua etiam pars per ſe ſubſiſtere apta foret, eam labefactatam communi exitio collabi cogant, vel ſaltem rimas ducere, ac vitium facere. Pauci omninò ſapiunt, vel ſapere ſatagunt. Quamplurimi Diuinationis auidi non vnius generis Sortes conſulunt inconſultiſſimè, & fortuitis calculis certam futurorum fidem ſatis inniti poſſe arbitrantur. Numeros alij, & Nomina humanæ voluntatis placita, veluti ſyngraphas producunt Fati arbitrii noſtri imperium minimè detrectantis. Alij phantaſmatum inconditos motus in dormientibus, conditas tan-

§ 2 quam

quam leges præſcribunt prudentibus vigilantium a-ctionibus, & ut Diuinorum decretorum Interpretem, ac Nuncium non Mercurium, ſed Morpheum venerantur. Stultè quidam in Elementis, Plantis, Brutiſq; illum Divinitatis radium quærunt, quo Rationalem animam non ſatis inſtructam eſſe queruntur. Et licet Haruſpicibus, Auguribus, ut & lymphatis, ac phanaticis Pythijs valedixerit ſana Religio noſtra, non deſunt tamen inter nos, qui non abſimiles ineptias miris exerceant modis, & quod deterius eſt, & omni ſemper æuo execrandum, ne Defunctorum quidem Manibus parcant, ſed ipſum Orcum ſcelesto carmine compellare, & ad edenda, ut putant, Oracula compellere non reformidant. Nimius ſim ſi per omnia huiuſmodi deliramenta vagus ſingula velim percenſere; Illud tamen nunquàm ſatis poſſum demirari ſeneſcenti Mundo, & nouis quotidiè eruditionis cauſis accedẽtibus prudentiori fictitia quædam, & priſcis ferè ignota ſæculis Diuinationum genera, iocularitet ut puto ſuborta ſenſim ſuccreuiſſe, ac demum tàm manifeſtò inoleuiſſe, ac luxurioſè per hominum mentes eſſe propagata, ut Mortalium animi ſarritorem, & runcatorem non indiligentem exigant, qui illos ad bonam frugem iterum traducat, ac ab ijs Geomantiæ, Chiromantiæ, & Metopoſcopiæ, vt vocant, germina conuellat, atque elidat; Quorum Punctis, ac Lineis deficiente rationum radice ac robore crebra experientiæ ſtatuminatione ſubſidium ferunt, & vt ſuis gerris ſpeciem quandam authoritatis, ac decoris concilient & comparent, ne-

ſcio

ſcio quid Cœleſtis in iis comminiſcuntur, & commentitio Planetarum nihil tale curantium imperio ſubiiciunt. Ecquid tamen ſtultius, quàm in fortuitis, & ſuccuſſario ſtyli, vel virgæ curſu temerè impreſſis punctis veluti ſcrobiculis iacere ſemina ſpei ingentis felicitatum, vel infortuniorum ſobolis erupturæ? Quid porrò dementius, quàm in Manuum, ac Frontis rugis diuina de vniuſcuiuſque fortuna decreta condita delireſcere, ac fatum ſe quemque ſuum præ manibus habere opinari? quid impudentius quàm ſe Numinis placita perfricta fronte gerere poſſe arbitrari? Si plicæ, & ipſius materiei inæquali duricie ſe conſueto plerumque loco ſinuantis antiquata veſtigia non ſunt ſine Fati ſignificatione, non deerunt ſua omina ſubucul is, & detritis veſtibus, ocreis, chirotecis, atque caligis vſu & vetuſtate corrugatis; & certius profectò prognoſticon non deeſt, ſed eis ſemper infauſtum, ac imminentis exitij, & lacerationis euentu non fallente funeſtum.

Vt ut delirent, & cum inanibus vmbris luctentur prædicti fictitiarum Diuinationum ſectatores, aliqui certè ſunt, qui tutiorem nacti ſemitam ad futuri indagationem, hàc iter capeſcant, illi nimirum, qui experientia, & anteactorum obſeruatione moniti ad Sidera confugiunt, à quibus ſublunarium rerum effectus pendere manifeſtò videntes, ſuperioreſque cauſas certum inter ſe ordinem perpetuò ſeruare animaduertentes, non abſimilem etiam in effectibus inde manantibus ſeriem ac ſucceſſionem ſuperiori reſpondentem non infelici planè coniectura

ſe

ſe deprehendere poſſe autumant, ac conſpicantur. Hinc in cauſarum ordine indagando, hoc eſt in cœleſtibus Motibus rimandis non parùm deſudauit antiquitas, ipſique non rarò Principes Viri, ac Reges non modica auri vi in alendis Aſtronomis collata, non ineptum ſibi quandoquè putarunt Sceptra cum Radijs, & Baculis Aſtronomicis, Coronas, Diademata cum Sphęris, & Aſtrolabiis miſcere, & alternis curis intercalare; quorum tandem beneficio, ac ſtudijs effectum eſt vt hæc noſtra ætas exactè ſi quæ vnquam cœleſtium globorum curſus compertos habeat, vel ſaltem parum admodum adhuc deſideret in quibuſdam. Verùm .n. verò vtinam parem felicitatem ſubiiſſet alius obſeruatorum chorus circa effectus operam ſuam impendens, remoram enim horum conatui obiecit ipſa rei difficultas, quæ non vnius ætatis ac regionis exempla & ſtudium poſtulans, feruentiora ingenia ad impatientiam adegit, impatientia ad audaciam, audacia ad vanas commentationes, atque deliramenta ſeræ vſque poſteritati (ſi Dj ſinerent) offutura; vtinā inquā iſti non precocibus, ſed crudis ſtudiorum ſuorum fructibus ſtomachum nimiùm credulis non grauarent, & prudentioribus non mouerent. Quidam enim rationis, & experimentorum ſatis valido præſidio paucis Artis regulis munitis, reliquas ſuo Marte ſuccenturiant, & indiſtinctas ſuis conſignant monumentis, atque adeò paucarum verarum fide multis ſpuriis immeritam authoritatem conciliant, ac pariunt. Alii Phyſices prorſus ignari naturales effectus fictitiis quibuſdam

cauſis

cauſis vtpote Partibus, vel Nodis adſcribunt, quarum cum nulla ſit exiſtentia, nulla profectò eſſe poteſt actiuitas; alii ad minutiora, ac friuola quæque nimis curiosè præcepta deducunt, ad quorum abſeruantionẽ humana diligentia pertingere nondum quiuit, in euidentioribus, ac comunioribus firmandis multùm adhuc laboratura, in quibus non parum curæ exigetur, atque ætatis. Immo quod plane deridendum eſt eò dementię prouecta eſt non paucorum incauta opinatio, vt putarint à cœleſti poſitu, quo quis aliquid cogitare, Quęrere, aut Interrogare contingit, poſſe ſe eius etiam abſtructiſſimam rei veritatem enucleare, & cum circumſtantijs omnibus in medium producere. Alij tandem vltra quam par eſt vim cœleſtium corporum protendere pergunt, & humano generi, ipſique creatori Deo planè iniurij Spiritualia quoquè, Animàmque noſtram aſtris iniquiſſimè ſubijciunt, digni prorſus, qui cum irrationali ſua fatuitate brutorum ad inſtar ſtellarum imperio verè ipſi mancipentur. Quò fit vt iuniores, quod perperam à maioribus traditum eſt, indiſtinctè excipientes, ac veluti Artis fundamentũ vſurpantes inducta canonum ſpecie Aſtrologiam condiderint errorum ſentinam, ac turpe mendaciorum ſeminarium poſteritati.

Huiuſmodi labem ab Ægyptijs, Chaldeis, ipſiſque Gręcis diuinæ ſcientiæ aſperſam detergere ſuo ęuo conatus eſt Claudius Ptolemæus, vir cum effectuum, tum motuum cœleſtium doctrina de nobis bene meritus; Verùm dum in Aſtrologia ſobrietatem affe-

ctauit

ctauit in ieiunitatem incidit, & maciem præcepto-
rum; huicque opitulari dum ſatagerunt Arabes,
Hebręi, Latini Scriptores ne dum ſaturarunt, &
impinguarunt, ſed ſucci non naturalis copia, &
prauorum humorum redundantia obeſam, & caco-
chymam planè enecaſſent, ac proſternaſſent Aſtro-
logiam, niſi noſtra demum tempeſtate ſingulari Nu-
minis beneficio medicam manum languenti admo-
uiſſet rerum cœleſtium & naturalium omnium con-
ſultiſſimus, prudentia, & doctrina christiano Phi-
loſopho digna præclariſſimus DAVID ORIGANVS
Sileſius Mathematicus Electoralis Academiæ Bran-
deburgicę Francofurti ad Viadrum Ordinarius pro-
feſſor, qui poſtquam in motibus improbos exantla-
uit labores temporum, & motuum ipſorum cœle-
ſtium leges perſcripſit, & calculis expoſuit ad effe-
ctus etiam examinandos ſe contulit, & ſcriptorum
ferè omnium quotquot extant monumentis Aſtrolo-
gicis euolutis ac pręceptis ad naturę Trutinam re-
uocatis, penſitatis, cenſorio cribro expurgatis, &
graui iudicio ſegregatis, reiectis reijciendis ea dele-
git, quæ rationi, religioni, & experientiæ conſo-
na, ac conſentanea eſſent, ab authoribus omnibus,
ſi quid boni haberent accepit, vnijt, digeſſit, & e-
xinde egregium Tractatum adornauit, cui titulum
fecit de EFFECTIBVS ASTRORVM, cumq; binis
alijs de Tempore, & Motibus in vnum Volumen
coegit indito nomine Introductionis ad ſuas Epheme-
ridas annorum 60 hinc ad decennium expiraturas.
In quo quidem Tractatu de effectibus tam mirificè ſe

geſſit

geſſit, ut à cordatis viris nihil in eo deſidererur, nihil redundans deprehédatur, quod ad ſanam, Chriſtianamque Aſtrologiam pertinere omnino videatur; immo præclariſſima quæquè ingenia & omni eruditionis genere inſtructiſſima, quæ poſt ipſum viguerunt, & vigent adhuc, à conſimili argumento pertractando abſterruerit ardua tam eximij operis ęmulatio; atque vt quod res eſt ediſſeram locum quærimoniæ dedit Viro cuidam editis libris iam toto Orbe clariſſimo, qui ab Origano hanc ſibi præreptam laudem non abſque indignatione indoluit, quin ſe ſuo calamo in omnibus cœleſtis diſciplinæ partibus humano generi vtilem palam poſſet predicare, quam gloriam maxime adfectabat; nihil enim ſibi in iudicijs tentandum, nihil audendum poſt Origanum priuatis apud me extantibus epiſtolis eſt profeſſus, Ego autem pro mea ingenuitate hoc diffiteri, vel diſimulare non debeo, ſi quid laudis, & nominis in exercitio Aſtrologiæ per Europam adeptus ſum, ex quo potiſſimum cum Magno Alberto Valdſtaino Duce Fridlandiæ in eodem profeſſionis munere vixi, ſi quid etiam commodi rei meę familiari aliunde acceſſit, id me totum acceptum ferre vnico libro Aſtrologiæ Origani, cui ſoli, cæteris omnibus poſthabitis, & ablegatis me in hunc vſque diem addictum volui. Quid præſtiterim hoc in negotio, quam raró euentus feſellerint predictiones teſtis eſt non Germania modo, ſed Europa pœne vniuerſa, teſtes Cæſarei exercitus omnium nationum militibus conſtantes,

§ § qui.

quibus ſaltem prędictione Mortis Valdſtaini ad diem vſque exactiſſima innotui.

Quæ cum ita ſint ingrati animi in Præceptorem, & inuidi in humanum genus notam effugere nulla ratione poſſe mihi videor, ſi opportunitatem nactus tam egregium opus nouis typis euulgandi, id ſedulo non curarem, quin potius librum immortalitate digniſſimum cum opere non diuturnæ durrationis, hoc eſt cum Ephemeridibus, quarum periodus breui annorum curriculo terminatur, comune fatum iniquiſſime ſubire patear, nec ipſum pro virili contenderem ab interitu vindicare. Aliud præterea incommodum immerito urgebat inſontem hunc Tractatum, eius nimirum inſitio Ephemeridibus ab Eccleſia Romaua damnatis ob motus terræ opinionem in ijs aſſertam, quæ paſſim hoc ſæculo inualuit, ac non tam pridem reiecta eſt ob turbas, quas inter Chriſtianos poſſet concitare; ab hac ergo iniuria erat vindicandus, præſtandumque ut Liber ſolutis compedibus, quibus ob prauam ſocietatem aliena cauſa immerito obſtringebatur vere Liber per vniuerſam Europam poſſet quaquauerſum peruagari, & ab omnibus vel probiſſimis hilari, ac tuto excipi hoſpitio: ipſaque Aſtrologia ſupremum fere naturalium ſcientiarum faſtigium nimia ſcriptorum licentia in infimum locum deiecta, deformata, deprauata, in prudentum virorum contemptum, ac deriſionem adducta, & ad circumforaneorum cætum ablegata, tandem deterſis ſordibus naturali forma repetita, de-

core.

coreque reſtituto in honeſtarum, & maxime vtilium diſciplinarum conſortium duce Origano reciperetur. Inhuius Tractationis veſtibulo hoc iterum vos monitos eſſe velim Aſtrophili tertiam hanc fuiſſe partem Introductionis Ephemeridum, quæ de Effectibus agit, primam vero de Tempore, ſecundam de Motu; ac proinde vbicumque occurrerit mentio partium præcedentium, eas ab ipſa Ephemeridum introductione petendas, vel etiam ab alijs authoribus paſſim extantibus, qui eadem vulgo trita argumenta pertractarunt, quibuſdam tantum exceptis ſingularibus Appendicis loco à nobis in calce huius ſubiunctis. Porro in eadem parte ab authore inſerta fuere etiam nonnulla externa, ac quæ abſque detrimento omitti potuiſſent, nimirum Appologetica quædam in Maginum, & Ludi Magiſtrum Germanum, verum ſatius duximus omnia vobis integra exibere: quidquam immutare in indita ab Authore forma piaculum arbitrati.

Hæc omnia veſtrum ob commodum, Aſtrophili, acta ſunto, vt authorem vnum habeatis præ omnibus, qui ſincera, & naturalia præcepta traderet, nec vos, ſuperſtitionibus, aut nugis, & ex falſis principijs deductis Cannonibus magis dementaret, quàm erudiret. Sanam doctrinam habetis, fruimini, colite, promouete, vrgete, ita demum fiet vt in rebus phyſicis futura præ occulis non minus certè quam præſentia, ac præterita perſpecta habeantur, magno diuinitatis animæ noſtræ augmento, & non

abſq;

abſq; ingenti vitæ humanę emolumento, quę pręcuiſſe malis occurrere, adbonaque cęlitùs demiſſa accurrere prouido ſemper conſilio poterit ad laudem Æterni, Supremique Largitoris.

Digitized by Google

INDEX

RERVM NOTABILIVM,

Tractatus de effectibus Aſtrorum.

PROOEMIVM.

ASTrologiæ iudiciariæ definitio ponitur & eius certitudo mediocris aſſeritur pag. 1.

Rationes quę Aſtrologiæ certitudinē in dubium trahunt, & nequaquā cū Aſtronomia eſſe comparandam oſtendunt ibid.

Quod cælum in inferiora agat ſufficienter notum: an vero præcognitio futurarum actionum haberi poſſit, diſputatur p. 2. 3

Exempla manifeſtarum actionum cæli in inferiora p. 2

Pręcognitio Aſtrologica nullam neceſſitatem infert, ſed tantum inclinationes agentium & patientium cauſarum inſinuat p. 2

Pręcognitio Aſtrologica nulla eſſe poteſt abſq. cognitione phyſicæ & Aſtronom. 3 ſed egregia ſi hæc adſint & ſimul naturalis quidam ad divinandum impetus p. 3

Aſtrologia iam olim ab Aegyptijs inventa eſt & a Ptolemæo exculta p. 2 3

Aſtrologiæ utilitates recenſentur p 3 eiuſq; diviſio ponitur in Generalem, & ſpecialem pag 3

Speciales pars Aſtrologiæ vel Prognoſtica anniverſaria docet vel iudicia Genethliaca proponit p. 3

Tractatus ſequens aſtrologicus diſtribuitur in quatuor membra: membra rurſus in ſua capita, ibidem

Taxantur qui in Trivio aſtrologica proponunt pueris, ut Pædotribaquidam ficit. pag. 4

PRIMI MEMBRI

De principijs ac fundamentis Aſtrologiæ:

CAPVT I.

De proprietatibus ſeu viribus Planetarum.

STellæ ſunt igneę naturæ, & calore igneo ſublunaria calefaciunt p. 4 5

Planet. vel ſtellæ erraticæ pracipuam habent vim agendi; ſtellæ fixæ Planetarum actiones imitantur p. 5

Planetarum vires ſex potiſſimum modis colliguntur 1 dum quivis Planeta abſolutè conſideratur, 2 reſpectu conſtitutionis noſtrę 3 reſpectu ſexus noſtri, 4 ratione poſitus ad Solem vel Horizontem, 5 ratione conditionis 6 ratione loci in Eccentrico & Epicyclo, pag. 5 & ſeqq.

Sol per ſe conſideratus potenter calefacit & paululum exſiccat p. 5

Luna plurimum humectat & parum calefacit, p 5

Saturnus valdè frigefacit & parum exſiccat, pag. 5

Iupiter calefacit mediocriter & humectat nonnihil. Mars exſiccat arefaciendo & calefaciendo urit. Venus temperatè calefacit & multum humectat. Mercurius indifferenter agit & per ſe ſubitarum mutationum cauſa exiſtit 5

Planetæ quomodo diſcernātur reſpectu bonitat. & malitiæ vide p. 5, reſpectus ſex°, p. 6

Planetarum vires quomodo augeantur, vel minuantur ratione ſitus ad Solem p. 6, vel ratione ſitus ad Horizontem p. 7

Planetæ quando dicantur maſculeſcere,

Digitized by Google

vel effeminari p.7

Diurni vel nocturni qui Planetæ dicantur, & quales inde vires acquirant p.7

Planetæ omnes eo efficaciores ſunt, quò propiores ſive in Eccentrico ſive Epicyclo; contrarium tamen ſola Luna obſervat p.8

Lunæ proprietates in ſingulis quartis cognoſces, ibid. Eadem natura eſt reliquorum Planetarum in ſuis quartis.

CAPVT II.

De ſtellarum fixar. proprietatib.

Stellæ fixæ in motem habent vim inagendo, & movendo hæc inferiora quam Planetæ p 8

Omnium ſtellarum vires docuit experientia 8.

Stellæ fixæ agunt iuxta Planetarum naturas, quas Lumine referunt, unde aliæ denominantur Saturninæ, aliæ Ioviales, Martiales Solares &c. 9

Stellæ fixæ diſcernuntur quoq; ratione virium ſuarũ, Magnitudine, Lumine, Loco p.9

Maiores & clariores ſtellæ ſunt magis efficaces, ſic etiam quæ in Zodiaco conſtituuntur, quam quæ extra p.9

Stellæ ſeptentrionales in ſeptentrionali latitudine efficaciores ſunt quam auſtr. p.10

Quanto plus ſtellæ à vertice, vel Zenith removentur eo debiliores. Ibid.

Inſignis ſtellarum efficacia deprehenditur quando cum Planeta aliquo oriuntur, occidunt, cælumve mediant p.10

Beheniæ ſtellæ vel regiæ etiam quædam ex fixis vocantur: quot illarum & quænam ſint vide p.10.

CAPVT III.

De ſignor. Zodiaci proprietatib.

Stellis quidem potiſsima efficacia tribuitur, ſed tamen Dodecatemoria Zodiaci non planè ſunt negligenda p 10

Stellæ fixæ ſedes ſuas in dodecatemorijs mutarunt, unde iam alia cæli facies eſt, quam fuit tempore Ptolemæi, p.10

Stellæ fixæ vim quandam accipiunt à dodecatemorijs: & viciſsim hæc illis quandam attribuunt, p.10.

Solis motus per Zodiacum annum eiuſq; partes deſcribit. Ergo ut 4 ſunt anni partes, ita 4 Zodiaci quadrantes p.10. 11

Veris æſtatis, autumni, hyemis quæ ſit natura, in 4 primis qualitatibus p.11

Quatuor anni partes imitantur quoq; ætates animantium p.11

Quia quatuor Zodiaci quadrãtes, & duodecim eius dodecatemoria. Idcirco quilibet quadrans tria ſigno vel dodecatemoria continebit p.11

Vernus quadrans complectitur ♈ ♉ ♊ & veri atq; ætati puerili reſpondet p. 11

Æſtivi quadrantis, Autumnalis & hiberni naturam vide ibidem.

Sequuntur variæ diviſiones ſignorum Zodiaci & earum explicatio, in Mobilia, Fixa & communia, Item in Ignea, terrea, aquea, & aerea p.11.12

Eadem 12 ſigna ulterius dividuntur in Maſculina quæ diurna, & Fœminino, quæ nocturna; in ſeptentrionalia ſex, & Meridionalia totidem: in Recta & Tortuoſa p.12 13 Itẽ in Humana, Bruta & Reptilia: in habentia pulcram vocem & mediam vocem, & denique voce carentia: in fœcunda, Mediocria & ſterilia: In pulchra, Mediocria & deformia. p.13

Conſtituuntur quoq; ſigna felicium ingeniorum, Mediocrium & ſtupiditatis p.13 Item ſigna Intuentia & diſiuncta: Imperantia & obedientia: Antiſcia & Inconiuncta: Amica & inimica p.14 & 15

CAPVT IV.

De familiaritate & dignitate Planetarum in 12 Zodiaci ſignis.

Planetæ afficiuntur à ſignis diverſis diverſimodè, atq; illæ affectiones vocantur Eſſentiales. Planetarum dignitates vel debilitates p.15

Pla-

Planetarum dignitates duplices ſunt: Eſſentiales & Accidentales. Ibidem.

Eſſentiales dignitates Planetarum definiuntur p. 15 & ordine recitantur; ſcilicet Domus Exaltatio, Triplicitas, Terminus, Facies, Carpentum, Perſona, Gaudium

Domus Planetarum, quæ ſigna vocentur, & quam ob cauſam p. 15 & ſeqq.

Quodvis Luminare vnum ſaltem habet domicilium: reliqui Planetæ duo p. 15; ſed tabulam domorum vide p. 16

Domibus oppoſita ſigna, viribus quoq; Planetarum ſunt oppoſita, eaſq; infringunt & debilitant. Vocantur vſitatè illa ſigna detrimenta Planetarum p. 16

Exaltationes Planetarum ſunt etiam ſigna Zodiaci, in quibus illorum vires exaltantur & augentur: ſicut contra in oppoſitis ſignis cadunt & proſternuntur p. 17

In quibus ſignis ſinguli Planetæ tum Exaltationem tum caſum ſuum habeāt, p. 17

Triplicitas quid ſit, & qualem dignitate Planetis afferat p. 18

Quatuor ſunt Trigoni vel Triplicitates, Ignea terrea, aquea, aerea, qui Planetæ ſint Trigonocratores cuiuſq; vide p. 18 & 19

Termini Planetarum quid ſint, & qualis eorum dignitas p. 19

De Terminorum diſtinctione magna eſt inter Aſtrologos controverſia, & quaſi in tres ſectas dirimuntur; Aegyptiorum, Chaldæorum & Ptolemæi p. 19

Tabulam Terminorum Aegyptiacam vide pag. 20, ſed Ptolemaicam p. 21

Fundamenta Ptolemaicæ rationis terminorum p. 21, quæ exemplis illuſtratur p. 22

Gradus controverſi inter Ptolemæum & Aegyptiacos exhibentur tabella p. 22

Sequuntur adhuc 4 Planetarum dignitates, Carpentum, Perſona, decanatus & Gaudium de his vide p. 23 & ſeqq.

Decanatus vel facies ſignorum ordine recitantur & earum natura ac ſignificatio explicatur p. 23 & 24

Vltima Planetarum dignitas eſt Gaudiū, quodnam illud ſit, oſtendit p. 25

Dignitates Planetarum numeris diſcernuntur, vt fortitudines Planetarum in thematibus exprimi & inter ſe comparari poſſint p. 25

Tabula generalis dignitatum eſſentialiū omnium, ex qua propoſito aliquo themate cœleſti, facilimè domini vel diſpoſitores eruuntur, ſicut etiam contrariæ debilitates pag. 26

Planetæ ſæpè dignitates ſuas permutant; id quando fit, dicitur Receptio p. 26

De receptionibus Planetarum; quod & quotuplices ſint quidq; præſtēt, lege p. 26. 27

CAPVT V.

De ſignificationibus & natura domorum.

Vires accidentales Planetis accedunt potiſſimum ratione poſitus in 12 cœli domicilijs p. 27

Domicilia cœli & thematum cœleſtium vocantur ædes, domus, manſiones, Loca, cuſpides. Ibidem

Prima domus incipit ab Horizonte orientali ſ.ſ.ſ. & vocatur vſitatè Horoſcopus, vel Aſcendens. Cardo orientis &c. p. 28

Horoſcopus quorum rerum ſignificationem gerat, qui Planeta ibi gaudium habeat atq; conſignificationem, vide p. 28

Reliquæ vndecim domus eodem modo & ordine explicantur p. 28 & ſeqq.

Nihil ferè in vita boni aut mali evenire poteſt, quod non ex duodecim cœli domicilijs eorumque ſtatu ac dominorum ſitu portendatur p. 32

Sequuntur diviſiones domorum 1 in Cardines, ſuccedentes & cadentes ab angulis p. 32. Deinde in Quatuor Quadrantes referuntur: tertiò in duas Medietates: Quartò ſtatuuntur aliæ felices, aliæ infelices p 33

Planetis, prout in alijs atque alijs domibus reperiuntur, dignitates & debilitates accidentales diverſimodè accedunt, illæq;

Digitized by Google

numeris determinantur p. 33

CAPVT VI.
De dignitatibus accidentalibus Planetarum.

Accidentales Planetarum dignitates quænam ſint, & vnde vocentur p 33

Accidentales fortitudines & debilitates accidunt Planetis vel ratione Solis, vel motus, aut aſpectuum ratione: ibidem

Planetæ reſpectu poſitus ad Solem ſextuplicem differentiam habent, quia ſunt vel in Cazimi, vel combuſti. vel ſub radijs, vel liberi à combuſtione & radijs, vel lumine aucti & diminuti, vel deniq; Orientales & Occidentales p 33 & ſeqq.

Sex hæ differentiæ ibidem accuratè explicantur, & quid ſingulæ importent, oſtenditur.

Orbes Planetarum vocantur Aſtrologis ſpacia Zodiaci, intra quæ Planetæ Soli iuncti latent & occultantur: dicuntur etiam arcus viſionis p. 34

Medietates orbium vel arcuum viſionis numeris exprimuntur p. 34

Combuſtionem & oppreſſionem ſub radijs multi Aſtrologi confundunt, & pro vna infirmitatis ſpecie agnoſcunt p. 34

Per aſpectus Planetæ ſe mutuo iuvant aut affligunt p. 34

Coniunctio propriè non eſt aſpectus: efficacior tamen omnibus aſpectibus. Ibidem

Aſpectibus dividuntur in Partiles & Platicos, dextros & ſiniſtros p. 35 Item in Applicationem & ſeparationem p. 35

Partiles aſpectus ſemper ſunt efficaciores quàm Platici p. 35 & ſiniſtri quam dextri pag. 35

Medietates orbium in ſtellis fixis p. 36

Applicatio & defluxus ſunt aſpectus platici, quomodo definiantur vide p. 36

Planeta vacuus curſu qui ſit, item Feralis p. 36

Aſpectus ordinantur in numeros, vt fortitudinis & debilitatis magnitudo exprimi poſſit p. 36 & 37

Maginus arguitur quod calumniatorem agat confundendo Aſtronomica cum Aſtrologicis p. 37 & 38

SECVNDI MEMBRI
De prognoſtico generalium

CAPVT I.
De generalium eventuum diviſione & prognoſtico Regnorum, vrbium & locorum.

Doctrina Prognoſticorum generalium meritò præcedit Genethliacam, exemplo Ptolamæi p. 38

Reprehenſio cuiuſdam Pædotribæ, qui ſe Ptolemæo ſapientiorem exiſtimans Genethliaca generalibus prognoſticis præponit p. 38 & 39

Generale prognoſticon duplex, vnum diuturnum ex raris & diuturnis cauſis, alterum anniverſarium ex anniverſarijs cauſis p. 39 & 40

Raræ & diuturnæ cauſæ ſunt Progreſſiones ſtellarum fixarum, coniunctiones magnæ Planetarum in diverſis Trigonis, mutationes Eccentricitatum & Apogeorum &c. p. 39

Anniverſariæ cauſæ ſunt motus Planetarum, Ingreſſus ☉ in 4 Cardinalia puncta, aſpectus, ortus & occaſus Eclipſes p. 40

In anniverſarijs prognoſticis quæ & qualia reperiri debeant p. 40

Terræ globus ab æquatore & primo Meridiano in quatuor quadrantes dirimitur p. 40

Quæ vnius quadrantis natura reſpectu cæli, etiam reliquorum. Ergo vnus ſaltem in conſiderationem ſuſcipitur, qui Europam, Aſiam Africamq; complectitur p. 40

In quovis quadrante duo ſpectanda, aeris qualitas, & ſignorum ac ſtellarum familiaritas ad eius partes p. 40

Aeris

Aeris qualitas mutatur ratione Zonarum Torridæ, Temperatæ ac frigidæ: de his ſufficienter p 40

Prout loca ſunt montoſa, campeſtria, ſicca, humida: ita etiam homines & animalia quę ibi viuunt, variant p.41

Quomodo quadrans terræ aſſumptus ſignis & ſtellis ſit applicandus, atq; familiaritas mutua exploranda p 42 & ſeqq.

Quibus trigonis cœleſtibus regna & provinciæ totius quadrantis ſubiciantur p. 42 & ſeqq.

Stellarum fixarum vires qua ratione ad regiones & provincias ſint traducēdæ p. 45

Non impium eſt inquirere cauſas cœleſtes mutationum in imperijs, Politiis, &c. p. 45

Cauſæ mutationis terrarum & imperiorū quatuor ſunt, mutatio abſidum Planetarum, Eccentricitatis Solis, obliquitatis Zodiaci & denq; coniunctiones magnę ſuperiorum Planetarum p.45

Coniunctio ſuperiorum Planetarum ♄ & ♃ triplex eſt, Magna, Media & Minor: quot annos quęlibet complectatur vide Ibid. p.46

Error quorundam notatur, qui malè quantitatem magnarum coniunctionem menſurant. Ibidem p.47

Ratio cur quædam coniunctiones ♄ & ♃ Minores, quædam Mediæ aut Maximæ appellentur p.47

Exempla hiſtorica mutationis trigoni aquei in igneum p.48.

Quando ſignificata magnarum coniunctionum in actum deducantur p.48

Aliorum opiniones de coniunctionibus maximis. Magnis & Mediis p.49

Qua ratione iudicium ferendum ſit de cōiunctionibus p.49

Non coniunctiones ſolummodò, ſed etiam ☍ & □ radii ſuperiorum planetarum ſunt attendendi; p.49

Quomodo civitates aliaq; ædificia ſignis cœleſtibus aſcribantur p.50

Quemadmodum in genituris Aſtrologi tēpus natalitium obſervant, ita etiam in vrbium extructionibus. Ergo quemadmodum per accidentia nati tempus natalitium rectificatur, ita etiam per accidentia vrbium: pag.50

In qua civitate quilibet tutiſſimè & feliciſſimè vivat p.51

Rex & magiſtratus in gubernatione ſua qui felix ſit iudicandus. Ibidem

Tranquillus & fortunatus ſtatus civitatis vnde iudicandus. Ibidem

Ex genitura regis poſſumus de regni vel urbis ſtatu iudicium ferre p.50

Catalogus regionum & urbium, copioſius oſtendens, quibus ſignis quælibet ſubiciantur, p.50 & 51

CAPVT II.
De Eclipſibus.

Effectus Eclipſium vniverſales ſunt, & in generali Aſtrologiæ parte explicantur p.53

Exemplum thematis cœleſtis conſtruendi ad oblatam quamcunq; Eclipſin. p.53, item Dominum Eclipſis inquirendi p.53

Regulæ tres Ptolemaicæ inquirendi dominum Eclipſis p.53

Significatores Eclipſium recenſentur quinque 1 Dominus Eclipſis p. 54 2 Stellæ fixæ dominatrices p. 55. 3 Aſteriſmi. 4 ſignum Eclipticum. 5 locus Eclipſis p 55

Quæ Stellæ fixæ in Eclipſibus dominatrices habeantur p.55

Novem modi coniunctionum, oppoſitionū & quadratorum aſpectuum in cœlo pag. 56 & 57

Planetæ quinq; ordine recenſentur, & cuiuſlibet ſignificata ſeorſim proponuntur, ſi Eclipſis dominus fuerit. p 58

Planetæ ſibi configurati, vel in permutatis locis, vel ad ſolem diverſimodè poſiti, vires permiſcent p 59

Quemadmodum ſtellæ fixæ Planetarum naturam & colorem referunt: ita etiam eorum in operando efficaciam imitantur, ſi dominatrices fuerint: p.60

Aſte-

Digitized by Google

Aſteriſmi ex ſignatura ſua eventuum modos determinant: p. 60

Qua ratione ex ſignis iudicium formetur, vide pag. 60 & quomodo ex loco Eclipſis pag. 61

Quid domus Eclipſis portendat, i. e. quantitas & color, cognoſces ibidem p. 61

Non negligenda quoque ſunt meteora item Cometæ, ſi quæ tempore Eclipſis appareant p. 62

Obſervationes & regulæ utiles ex Cardano pro formando iudicio Eclipſium p. 62

In quæ loca, urbes & regiones, quoſque homines Eclipſes potiſſimum agant, ſive effectus earum ſit bonus, ſive malus p. 63

Quomodo duratio effectuum cognoſcatur, nec non initium & finis eorum p. 64

CAPUT III.

De generali Prognoſtico tempeſtatum, aliiſq; iudiciis, quæ ſumuntur ex Dominis anni.

Anniverſarium iudicium eruitur ex domino anni, ex natura quartarum regulari, & domino earum, ex locis ac ſtatu Planetarum, ex noviluniis, pleniluniis, aliiſq; aſpectibus Lunæ & Planetarum &c p. 66 & ſeqq.

Anni dominus quo pacto ſit eligendus de ſententia Ptolemæi, qui omnes 4 ingreſſus ☼ attendendos ſuadet & proximè præcedentia novilunia, vel plenilunia p. 66

Non commodè intermittuntur quoq; ſequentia ibidem

Ingreſſus Solis in Arietem vocatur Revolutio anni, atq; ex ea pleriq; Aſtrologi totum ſuum iudicium conformant p. 66

Ratio inquirendi ingreſsus Solis in quatuor Cardinalia puncta, et ad eos inventos themata cœli conſtruendi; p. 67

Exemplis præcepta illuſtrantur, atque ad annum Chriſti 1607 conſtituuntur figuræ cœleſtes pro omnibus 4 ingreſſibus, et omnibus noviluniis ac pleniluniis immediatè præcedentibus vel ſubſequentibus p. 68 et 69

Qui Planeta inter omnes fortiſſimus fuerit, et in primis veris tempore, is anni dominus cenſebitur: ibidem.

Ex conſtitutis thematibus quomodo fortitudines et debilitates Planetarum colligendæ ſint, oſtendit pag. 70 et totum negotium exemplis anni 1607 perſpicuum redditur p. 70 et 71

Quidam Aſtrologi diverſum à Ptolemæo docent, ſed reiiciuntur: p. 73

Probabilis tamen ſententia alia de conſtitutione domini anni proponitur: p. 73

Sequuntur aphoriſmi Aſtrologici, qua ratione ex domino anni iudicium ſit ferendum p. 73 et ſeqq.

Omnes Planetæ ordine recenſentur, et quid portendant, ſi domini annorum ſint primò in genere proponitur, poſtea per ſingulas domos ſpeciatim deducitur p 74 & ſeqq.

Cum non unus ſed plures ſunt annorum domini, miſcenda quoque ſunt ſignificata, ut patet in exemplo aſſumpto p 79

Ut certius iudicium feratur, cognoſcendæ ſunt optimè naturales qualitates veris, æſtatis, autumni, hyemis, & poſtea conſiderandum an à naturali ſtatu ſint diſceſſuræ quartæ anni & quantoperè p. 80

Naturalis ac regularis ſtatus quis ſit veris, æſtatis, autumni, hyemis: p. 80 & 81

Sequuntur regulæ 7 generales & aliquot ſpeciales ex Leupoldo de ſingularem anni quartarum conſtitutione; & digreſſione a proprio ac naturali ſtatu p. 81 & 82

Cautos eſſe decet Aſtrologos in nimiis exceſſibus prædicendis, ne ita aberrent, quēadmodum olim Stofflerus p 83 & 84

Diſceptatur ſententia Peuceri, an in erectione thematum ſigna Zodiaci reducenda ſint ad aſteriſmos p. 85

Exempli loco fertur iudicium de anno 1607, quod aſtrophili in ſuis prognoſticis imitari poſſunt p. 85

C A-

CAPVT IV.

De iudicio Lunationum ſpeciali.

SPecialis prognoſticon exhibent novilunia anni, ſi themata cæli erigantur & dominatores eligantur: non tamen excludenda ſunt plenilunia & quadraturæ p. 86

Abſolvitur verò ſpeciale tempeſtatum iudicium, ſi præterea conſiderentur, aſpectus Planetarum inter ſe, & cum Luna quotidie coincidentes, item ortus occaſus, cæli mediationes, tranſitus Planetarum per fixas tempeſtuoſas Eclipſes cometæ, &c p. 87

Manſiones Lunæ velut nugæ reiiciuntur pag. 87 88.

Signa Zodiaci & aſteriſmi quid præſtent in tempeſtatibus aeriſq; mutationibus peculiariter, docet abunde p. 88 & 89

Planetæ ſinguli quas vires in aerem eiuſque mutationes exerceant, monſtrat, 90

Sequuntur aphoriſmi generales concernentes tempeſtates ex Planetarum in ſignis certis concurſu & conſtitutione p. 92

Apertiones portarum & valvarum ſingularem vim habent: de iis p. 93.

Planetæ Lunationum domini cuiuſmodi tēpeſtates cieant. Item cuiuſmodi moveant conſociationes Planetarum p. 93 & 94

Quotidianas ſignificationes præbent applicationes Lunæ ad Planetas, & aſpectus eorum quotidiani; de illis vide p. 96.

Admonitio de ortu & occaſu ſtellarum, item de tranſitibus Planetarum per tempeſtuoſas fixas, ibid. & p. 97

Admonitio alia de temporibus, quibus tempeſtates mutari ſolent p. 97

Exempli loco applicatur præceptis plenilunium eclipticum, quod die 27 Aug anno 1607 contigit p. 88, & 98 & 118.

CAPVT V.

De Ventis.

VEntorum magna vis in ciendis tempeſtatibus diligentiorem conſiderationem efflagitat p. 98.

Ventorum definitio ponitur, & eorum numerus iuxta veteres & recentiores exprimitur, ibidem.

Ventorum diſtributio in principales, qui vel Cardinales vel Meridiani, & minus principales, qui vel laterales vel collaterales, p. 99 & ſeq.

Tabula ventorum omnium, quorum in quadrato nautico numerantur 32 p. 100

Venti collaterales qui ſint, & quomodo appellentur p. 101

Venti ex contrariis mixti ſunt turbo, procella, præſter, p. 101

De natura ventorum ratione primarum 4 qualitatum p. 101 & 102

De Eteſiis p. 102

De natura ventorum ratione ſanitatis & ægritudinis p. 103

De viciſſitudine ventorum quando & oriri & conquieſcere ſoleant p. 104

De cauſſis ventorum Aſtrologicis tract. p. 104. ubi & Planetis & trigonis ſui aſſignantur venti.

CAPVT VI.

De particulari prognoſtico tempeſtatum ad ſingulos dies.

SEptem gradus vel diverſitates tempeſtatum numerantur, licet Cardanus novendecim obſervandas cenſeat p. 105

Quomodo ſingulis diebus convenientes tempeſtates ſint aſcribendæ p. 105

Stellæ fixæ Saturninæ, Ioviales, Martiales, Solares, Venereæ, Mercuriales atq; Lunares quam naturam habeant in ciendis tempeſtatibus p. 106.

Applicationes quoque & aſpectus ad fixas ſtellas meritò attenduntur p. 106

Stellæ fixæ vires ſuas retinent, nec vnquā mutant; ortus verò & occaſus, ſicut etiam cæli mediationes ſucceſſu temporis ſenſibiliter variant p. 107

Πιθηκοκεφαλος reprehēditur quod Aſtrologica profiteatur & neſciat adhuc, ſtellas

fixas

fixas Longitudinem ſuam item ortus & occaſus variare p.106

Calendarium ortuum & occaſum ſtellarum fixarum per pleroſque anni dies continuatum, & tempeſtates cuiuſque diei dilucide comprehendens p.107 & ſeqq.

Cur non quotannis eædem tempeſtates recurrant, cum tamen motus Solis & ortus atq; occaſus fixarum revertantur p.118

Aſſumitur denique Plenilunium anni 1607, de quo ſupra, & ordine dies eius vſque ad vltimam quadraturam ſuis tempeſtatibus Aſtrologicè definiuntur p. 118

CAPVT VII.
De fœcunditate terræ & annona.

DE annona & fructuum proventu plerique iudicant ex themate Revolutionis: ſed melius iudicium ſumitur ex tempērie anni p.119

Frumentum atque fructus quomodo ſe habeant Vere nimium humido, calido, frigido, ſicco; quomodo æſtate tali, autumno vel hieme p.120

Ventorum multitudo, paucitas vel omnimoda tranquillitas quid frugibus afferat pag. 120

Regulæ formantes iudicium de annona ferendum p.120

Quomodo Aſtrologi plerique ex revolutione anni & præcedente coniunctione vel oppoſitione de annona iudicent p. 121

Arabes introduxerunt partes frumentorum, vt ex iis precium æſtiment in foro futurum: de iis vide p.121

CAPVT VIII.
De morbis & peſte.

ANnus is ſalubris eſt, in quo ver, æſtas, autumnus, hyemis ſ[illegible] vant ſuum temperamentum: æger verò, ſi ab eo deflectunt p.122

Siccior annus eſt ſalubrior humido. ibid.

Prædominante ſiccitate qui morbi populares fiant, Item humiditate excedente, aut vento eodem diu perſiſtente, oſtendit p.122

Recenſentur omnes quatuor anni quartæ & quos morbos ſingulæ efficiant, ſive humiditate excedant, ſive ſiccitate, frigore aut calore docetur p.122.123

Quomodo Aſtrologi ex revolutione anni & præcedentibus novilunijs vel plenilunijs de morborum frequentia iudicent p.123

Peſtis cauſſa propinqua Medicis ſtatuuntur aeris malignitas, contagium, inordinata diæta: Aſtrologi verò Saturnum peſtis autorem decantant p.124

Vide Aphoriſmos Aſtrologicos de peſte, tum in aquis, tum aere p.124

Peſtis ex ſola ſtellarum diſpoſitione difficulter prædici poteſt, niſi experientia & periodorum cognitio accedat: ibidem.

Vltra quadriennium peſtis in vno loco nō perdurat p.125

CAPVT IX.
De bellis, incendijs, terræmotu & inundationibus.

BEllorum ſcientia propemodum nulla eſt: & ſi qua eſt, dependet ex Eclipſibus, & Cometis, & Martis poſitu in Revolutione mundi p.125

Mars ab Aſtrologis bellorum ſignificator ſtatuitur. Vnde ex eius poſitu, dominio, ſuum prognoſticō Aſtrologi efformāt p.125 & 126

Ex magnis quoque coniunctionibus Saturni & Iovis de bellis iudicatur. Vide aphoriſmos huc ſpectantes p.126

Arabes conſiderant pro bello ac litibus triplices partes: 1 partem diſſidij & interfectionis, 2 proſperitatis in litigando, 3 Evaſionis. Quomodo ex his prognoſin eruant, vide p. 126

Quomodo Aſtrologi iudicent de incendijs, terræmotibus atque inundationibus pag. 127

CAPVT X.

De ſtatu hominum.

Status hominum in Calendarijs anniverſarijs meritò fit mentio p.127

Status hominum cognoſcitur ex ſtatu illius Planetę, cui gradus hominum ſubijcitur, vel etiam res ab hominibus tractandæ p.127

Quæ res & perſonę Saturno ſubijciantur, quæ Iovi, Marti, Soli, Veneri, Mercurio, Lunę, vide p.128

Planetæ fortes & felices fortunant res & perſonas illis ſubiectas: debiles impediunt p.128

Status Magiſtratus ex Sole, ſubditorum ex Luna cognoſcitur. Modum vide p.129

Aſtrologi diligentis eſt, habere in promptu plurimas inſignium virorum genituras pag.129

Iudæorum ſignificator eſt ♄, Chriſtianorũ ♃ & ☉, Turcarum & Tartarorum ♂ cum Venere & Luna Aethiopum ♀ & ☽: Virorum doctorum & Literatorum ☿: Mulierum Venus. Ideoque ex horum Planetarum ſtatu de ſingulis iudicabitur p.129 & 130

Prægnantium conditio quomodo inveſtigetur p.130

Status civitatis certæ vnde innoteſcat Ibidem p.130

CAPVT XI.

De itineribus, metallis & cometis.

Prognoſticon itinerum ſumitur ex tertia & nona domo, ex Luna item & Mercurio, qui generales itinerum ſignificatores pag.133

Ex poſitu Saturni indicatur de plumbo, ex Iove de ære & cupro, ex Marte de ferro & ſulphure, ex Sole de auro, ex Venere de ſtanno, ex ☿ de argento vivo, ex ☽ de argento p.133

Quid Cardan⁹ de his ſentiat, cognoſces ib.

Cometas, chaſmata, aliaq; ignita meteora vnde prædicant Aſtrologi p.133

Si cometa appareat, quomodo ſignificata eius cognoſcantur 1 ex loco, 2 poſitu ad Solẽ, 3 ex motu, 4 figura, 5 duratione p.134

Initium & finis effectuum in Cometis quo pacto cognoſcatur p.135

CAPVT XII.

De Electionibus.

Electionum vocabulo quid intelligant Aſtrologi p.135 & 136

Quæ electiones probandæ ſint, quæ improbandæ ibidem

Tempus electionis in genere iudicatur 1 ex experientia quotidiana, 2 ex generali tẽporis conſtitutione, 3 ex Luna diſpoſitione, 4 ex Planetæ appropriati fortitudine p.135

In Phlebotomia reſpiciendum ad ſigna cœleſtia quæ vel bona ſunt, vel mala ad eam rem pag.135 2 ad aſpectus Planetarum qui quoq; ſunt vel boni vel mali pag.135. 3 ad complexionem, & 4 ad ætatem hominis p.135 & 136

Optimum quoque eſt obſervare aſcendens bonum, bonumque Planetarum in themate poſitum, item ne Luna in membri ſecandi ſigno currat p.130

Non temere vena eſt ſecanda p.136.

Balnea & ſcarificationes quando electivè adminiſtrentur p.136

Virtutes naturales Attractiva, Retentiva, Digeſtiva Expulſiva, à quibus Planetis regantur p.136 & 137

Leonis ſignum nunquam eligitur ad operationes medicinales p.139

Tempus purgationib. accommodatum vel vernum eſt vel autumnale p.137

Signa purgationi convenientia ſunt ♋, ♏ ♓ ♎ & ♒ Ergo Luna in his non impedita verſari debet p.138 & 139

Qui planetæ ſinguls ex quatuor humoribus præſint, & quando iſti humores purgari de-

debeant pag. 139

Aphoriſmi de purgationibus inſtituendis, aliiſq; medicamentis exhibendis p.139

Luna non ſit in ſignis ruminantibus cum purgatio datur, ob periculum vomitus p.139

Capillorum oviumq; tonſura quando ſit ſuſcipienda, vnguium reſectio quando inſtituenda p.139

Caſtratio & mactatio illorum, quæ fumo induranda ſunt fiat decreſcente Luna p.140

Infantes quando ablactandi p.140

Sationi & plantationi quæ tempora eligenda & præſcribenda, p 140

Tempus ſponſalibus celebrandis conveniens p.141

Itinera & navigatione quando ſint ſuſcipiendæ p.141

Converſationes quando feliciter habeātur cum magiſtratu, cum religioſis, ſenibus, agricolis, militibus, fœminis, aut ingenioſis quibuſque viris p.14· & ſeq.

Pueri quando ſint committendi preceptorum inſtitutioni & diſciplinæ p. 143

Nova veſtimenta quando conficienda uel induenda p.143

Venationes et Lignationes tum ad focum, tum ad ſtructuras ædium, quando felicibus aſtris fiant p.143 & 144

TERTII MEMBRI

Iudicium Genethlialogicum generale tractantis.

PROOEMIVM

De continuatione & requiſitis neceſſarijs huius doctrinæ.

IVdicium generale regionum & Prognoſticorum anniverſariorum, differt à genethliaco quod certos homines in individuo reſpicit p.145

Generationis hominis duplex principium, Conceptio & partus. Conceptionis tempus præfertur partui, ſi præciſe notum eſt p.145

Puer tū naſci dicitur, ſimul ac aerē extrā matris uterum per os & nares atrahit p.146

Momentum iſtud partus vel nativitatis maximarum virium eſt ad prognoſticationem p.146

Locus Lunæ in partu congruit cum loco Lunæ in conceptu p.146

In iudicio genethliaco primum thema erigitur, eiuſque præcipui ſignificatores dirigū-tur. Ibidem.

Quis ordo doctrinæ in hoc tertio membro obſeruetur, proponitur, ibid.

CAPVT I.

De collectione dignitatum Planetarum & domorum gubernatione.

IN iudicio genethliaco ſi thema probè conſtructum ſit, ante omnia fortitudines, & debilitates Planetarum examinanda veniunt p.147

Sex accidentia in Planetis, præcipuè conſiderantur. Dignitas eſſentialis, poſitus in themate, motus Planetarum, poſitus ad Solem, vicinitas & conſociatio, pag. 147 & 148

Ratio qua fortitudines & debilitates Planetarum in numeros referuntur, & unus alteri dignitate præfertur p.148

Exemplis duobus collectiones fortitudinum, & debilitatum declarantur pag. 149 & ſeqq.

Pars quoq; fortunæ non aliter ac Planetæ examinari debet, an ſit fortis vel debilis: Modum vide p.152 & 153

Examine peracto, conſtituendi ſunt Planetæ, qui non tantum domicilia, ſed etiam debiliores Planetas regans p.153

Diſcrimen eſt inter Dominum ſigni, qui οἰκοδεσπότης dicitur, & inter Dominum gradus ſigni, qui Almuten vocatur p.153 ſapè tamen concurrunt p.154

Domus quoq; cæteſtes aliæ fortunatæ, aliæ medio-

mediocres; Modum diſcernendi vide pag. 154

CAPVT II.

De generali iudicio vitæ & inquiſitione hylech & Alcochodon.

FRuſtra quæritur de ingenio, moribus, divitijs, coniugio nati, niſi conſtet eum ſat diu vita frui poſſe p. 154

In generali iudicio vitæ primùm parentes deinde horoſcopus eiuſq; dominus: tum Luminaria conſideranda ſunt p. 155

Interfectores, ſive anæretæ in nativitate qui Planetæ ſtatuantur p. 155

Luna naturalem, Sol vitalem potentiam gubernat. Ergò optimè poſiti longam vitam decernunt p. 155

Exempla, quibus aſtra diuturnam vitam decernunt, adducuntur p. 155. 1 Pauli tertij Pontificis, 2 Chriſtierni Regis Daniæ, 3 Auguſti Electoris Saxoniæ, 4 D. Ioannis Heidenreich ibid. Item 5 D. Andreæ Sartorij, 6 Martini Benekendorfii p. 156. 158

Exempla brevis vitæ duo, 1 Puellæ cuiuſdam, 2 Alexandri, Electoris Auguſti filij p. 158

Luminaria quando infeliciter ponantur, & mortem immaturam minentur p. 158 & 159

Aphoriſmi aliquot pro generali iudicio vitæ p. 159 & ſeq.

Exempla duo peculiariter aſſumpta, & plenariè explicanda, applicantur præceptis pag. 160

Hylech quid ſit & quomodo inveſtigetur beneficio quatuor regularum p. 161

Ptolemæi ſententia approbatur & quorundam aliorum reijcitur p. 161

Exempla peculiariter aſſumpta applicantur p. 162

Alcochodon quid ſit, quomodo quinque regularum ſubſidio inveſtigetur, & quis eius uſus p. 162

Alcochodon patefacit vitæ annos generaliter in annis maioribus, medijs vel minoribus p. 162

Cautela diligenter obſervanda, ne Aſtrologus ex ſolo Alcochodon abſq; directionib. profectionibus &c. audacter vitam alicui longam promittat aut deneget, & præſertim ultra conſuetum vitæ terminum p. 162 & 163

CAPVT III.

De domino genituræ & horæ Planetariæ.

DOminus genituræ quis ſit ex Planetis, & quæ Aſtrologorum de eo opiniones p. 164

Dominum genituræ quidam Horoſcopi Almuten ſtatuunt: alij Lunæ ſignum præferunt p. 164, alij iſtum Planetam celebrant, in cuius termino eſt Sol de die, Luna de nocte: alij illud ſignum venerantur, quod Luna proximè poſt partum ingreditur p. 165

Luminaria ad dominium geniturarum non adhibentur 165

Firmici & Ioannis de indagine ſententiæ reijciuntur. 165

Ptolemæi & recentiores Genituræ Dominum ſalutant, qui in quinq; locis hylegialibus prævalet. 166

Loca hylegialia ſunt Horoſcopus, M.C. locus ☉, locus ☽ locus ⊗, ibid.

Græci aliam ſententiam fovent de domino nativitatis, aliam Cyprianus p. 167: ſed quid in tanta opinionum varietate ſtatuendum ſit, docet p. 167

Dominus horæ Planetariæ, ſeu Dominus orbis quis ſit, & quomodo inveſtigetur pag. 167 & 168

Hora planetaria quo ordine & modo numerentur. 168

Tabula oſtendens horas planetarias, ea-

rumque gubernatores per totam hebdomadam & ſingulos eius dies, ibid.

Dominus horæ planetariæ quem uſum in iudicio genethliaco obtineat p. 169

CAPVT IV.

De nutritione.

PRiores quatuor anni à nati vitate vocātur anni nutritionis & maximè morbis ſunt expoſiti p. 170

In nutritione quinque ſignificatores attendendi, Horoſcopus, Luna, Sol, genituræ Dominus, & duo benefici Planetæ p. 170

Luminare temporis vel conditionarium quod vocetur p. 170 & ſeq.

Generalia præcepta de nutritione ex Luminaribus deſumpta p. 170

Plurimorum autorum aphoriſmi plurimi de aſcendente p. 171, de Luna p. 172, de Sole 173, de diſpoſitoribus Luminarium, de genituræ Domino, & reliquis Planetis p. 173

Arabum doctrina proponitur de gubernatoribus nutritionis p. 174 Exemplis duobus peculiariter aſſumptis præcepta illuſtrantur p. 174

CAPVT V.

De temperamento.

TEmperamentum quid ſit Phyſicis, eius quatuor principalia genera, Sanguineum, Phlegmaticum, Cholericum, Melancholicum p. 175

Temperamenta iudicantur ex qualitatibus ſignorum iuxta trigonos, ex planetis quinque, & Luminarium diverſitate in anno vel menſe p. 175

In themate natalitio ſignificatores temperamentorum conſtituuntur decem p. 175

Modus conſiderandi qualitates ſignificatorum p. 175 & colligendi teſtimonia omnium p. 176.

Præcepta ſiunt perſpicua, applicatione duorum exemplorum peculiariter aſſumptorum p. 177 & 178

CAPVT VI.

De forma, ſtatura & habitu corporis.

FOrma & habitus corporis dependet à parentibus à loco natali, ab educatione, & denique à ſiderum poſitu p. 179

Quando liberi patribus, quando matribus ſimiles fiant pag. 179, vbi etiam regulæ iudicii traduntur.

Aſteriſmi Zodiaci qualem membrorum habitum & inter ſe proportionem deſignent: p. 180 & 181

Illius aſteriſmi ſignificata attenduntur qui horoſcopat, vel in quo Luna eſt, aut horoſcopi dominus p. 181

Planetæ ſinguli qualem ſtaturam, colorem vel habitum corporis denotēt p. 181 & 182

De proportione faciei quinq; conſideranda veniunt 1 ſignum aſcendens, 2 Planetæ in aſcendente 3 Luminaria, 4 quarta anni, & 5 ſtellæ fixæ in Horoſcopo p. 183

Proponuntur & exempla Pauli Eberi et adoleſcentis gibboſi p. 183

De colore faciei, oculorum & capillorum, vnde is iudicetur p. 186

De ſtatura nati vnde iudicium petatur p. 187

Vbi & exempla duo proponuntur Ioachimi Camerarii et Philippi Melanchthonis, ibidem & p. 185

De corpulētia & gracilitate nati quomodo iudicium feratur p. 188

CAPVT VII.

De gemellis & monſtris.

PRo gemellis tres ſignificatores conſiderandi; Sol, Luna, Horoſcopus p. 189

Gemelli quando naſcātur, aut etiam plures vno partu, itē cuius ſint ſexus, vide p. 190

Thema-

Thema conceptionis talia manifeſtiùs patefacit, ſed thema partus obſcuriùs. 190

Monſtra rariùs naſcuntur, ſed tamen naſcuntur, & cauſſę eorum quinque potiſſimum ſunt, 1 DEVS, 2 Diabolus, 3 materiæ defectus vel copia, 4 imaginatio fœminæ, & 5 ſtellarum poſitus p 190

Triplicem monſtroſitatis rationem Ptolemęus explicat, in fortuna, corpore & moribus animi, ibid.

A quibus cauſſis cœleſtibus omnia tria originem trahant, vide p. 190 *&* 191, *ubi etiam aphoriſmi certi annotantur.*

CAPVT VIII.
De moribus ingenio nati.

Accidentia animę alia ad rationalem partem alia ad irrationalem pertinẽt. Illa vocantur vulgo ingenium: hęc mores, pag. 191

Regulę generales de accidentibus animi, pag. 91

Morum ſignificatores Aſtrologici ſunt ſeptem, 92, *iudicium vero formatur ex regulis quibuſdam & exemplis adductis.*

*Prima regula legitur p.*192 *ſecunda, ibidẽ, tertia, quarta, quinta, pag.*193, *ſexta & ſeptima p.* 193

Exempli loco adducuntur Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, Ioanne Iacobus Medices p. 194, *item Rodolphus Pius Cardinalis, Georgius Trapezuntius, Marcellus Corvinus, Ioſephus Scaliger p.* 195. *Paulus Eberus* 196 *&* 185, *Ioachimus Camerarius & Philip. Melancthon p.* 197 *&* 185

Quales mores à ſingulis Planetis in ſpecie ſignificentur, prolixè docet p. 197 *&* 198

*Quando plures Planetę ſimul morum ſignificatores ſunt, quomodo mixtio inſtituatur: p.*200 *&* 201, *quod etiam aphoriſmis explicatur* 201. 202 *&* 203

Signa zodiaci, quas morum ſignificationes obtineant, ſive ſignificatores in illis habeant, p. 205, *ſive horoſcopum teneant.* 206

Venus in ſingulis ſignis quid ſignificet, p. 206 *& ſeq.*

*Stellę fixę inſigniores, ut Caput Meduſę, Pleiades, Capella, &c. quales mores ingenerent p.*207 *&* 208

Temperamenta ſingula quid in moribus valeant. 208

Ingenium quid ſit, quid felix vel infelix, qui eius ſignificatores, nempe Mercurius & Luna. 208

*Ex Mercurio ſolo quale iudicium de ingenio ſumatur p.*208 *&* 209, *ubi & recitantur exempla Melancthonis, Veſalij, Iuſti Ionę, Ioannis Heidenrichij Hieronymi Volfij, Ioachimi Camerarij, Eraſmi Reinholdi.*210 *&* 211. *Matthię Flacij, Georgij Sabini, Andreę Alciati, Ioannis Schoſſeri Æmiliani, & Ioſephi Scaligeri p.*211

*Ex Mercurio & Luna coniunctim etiam cum alijs planetis, ubi exempla recitantur Andreę Sartorij, Cornelij Agrippa, & Eraſmi Roterodami p.*213

Ex Mercurio cum ſtellis fixis p. 214

Luna ſola conſiderata quid ingenio conferat p. 213. 214, *quid cum Mercurio pag. ibid.*

Specialia de ſingulis planetis, quid ſcilicet ingenio conferant p. 215 *ubi & exempla ponuntur Sethi Calviſii, Petri Bembi & Fratris Cornelii p.*215

Quid ſtellæ fixę & domus cœleſtes operentur, ubi & exempla ponuntur Hieremiæ Setſeri & Calebi Trigophori pag. 217. *Quid temperamenta afferant p.* 218

*Imbecillitatem ingenii quæ generatim denotent, & quid ſpecialiter Mercurius nocumenti afferat in ſignis certis & domibus, quidve Luna malè poſita p.*218 *et* 219

CAPVT IX.
De fortuna & miſeria nati in genere, & in ſpecie de divitijs.

*De ijs quę extra nati ſubſtantiam ſunt, obſcurius et minus certum indicium fertur p.*220

Apho-

Digitized by Google

Aphoriſmi quinque afferuntur et exemplis Regis Matthiæ Hunniadis, Mauritii Electoris, Marcelli Cotmini, et Auguſti Electoris Sax. declarantur, quibus inſignis fortuna et felicitas ob igit p 223 et 221

Ex aphoriſmis contrariis infelicitas indicatur, et exemplo Ioannis Friderici Saxoniæ Electoris declaratur, ſed tamen alij diverſi & notabiles leguntur p.221 et 222

Vnde mediocris felicitas iudicetur, quæ pleriq; hominibus contingit p. 223

Quid divitiarum mentione intelligant Aſtrologi, & qui illarum ſignificatores ſtatuantur, videlicet novem numero p.2 4

Divitiarum ſignificatores cenſentur, 1 domus ſecunda p. 224, 2 dominus ſecundæ, 3 Planeta in ſecunda, cum exemplo Ioannis Heidenrichij D 4 Iupiter p. 225. 5 pars fortunæ p. 2 6. 6 dominus ⁘ 7 ſtellæ fixæ egregiæ p.227. 8 domus quarta, ubi & Geneſes Maximiliani 1 Imper. Iacobi Fuggari ſenioris, & Ioannis Roſenbergeri ſimul declarantur p.2 8 & qui extraordinarie opes afferunt p.2 9

Aphoriſmi de domo ſecunda & Planetis in ea p. 30, de Iove aphoriſmi p.230 de parte fortunæ 231

Quando nato decernuntur regnum, magiſtratus, ſacerdotium, ſimul divitiæ licet per accidens decernuntur. de his p. 232, vbi aphoriſmi non pauci adducuntur, & exemplo Matthæi Cunonis D. explicantur.

Exempla duo peculiariter aſſumpta modum iudicãdi perſpicuũ reddunt p. 32.233 Quomodo colligenda ſint teſtimonia fortitudinis, debilitatis vel mediocris ſtatus, quæ ſingulis divitiarum ſignificatoribus competunt p.233 & 234

Collectis teſtimoniis, quinq; quæſtionibus ſatisfieri poterit, an natus ſit futurus dives? 233, qua occaſione p. 234: an licito vel illicito modo p. 237: an divitiæ ſint perſeveraturæ p.238: quando incrementum vel decrementum potiſſimum ſumpturæ p 239

Planetæ quales divitias ſinguli denotent, & à quibus perſonis acquirendas p. 239 itẽ ſigna & domus cæleſtes p.239

Aphoriſmi de divitiarum duratione pag. 240 Speciale verò & definitum tempus ſumitur ex directionibus ibid.

CAPVT X.

De fratribus & ſororibus nati.

EX genitura nati alicuius difficulter certum iudicium petitur de fratribus ac ſororibus eius: tria tamen conſiderari ſolent, an ſcilicet habiturus ſit fratres vel ſorores, cuius conditionis illi ſint futuri, & quo animo erga ipſum affecti p.240

Significatores fratrum ac ſororum ſunt 4, tertia domus, dominus eius, Mars & Planetæ in tertia domo collocati p.241

An ſignificatores decernant fratres ac ſorores ne? p.241

Qui Planetæ fœcundi ſint, qui ſteriles vel indifferentes. Ibidem

Mercurius ſemper alterius planetæ naturam aſſumit, cuius verò quocunq; tempore, docet p.241

Quæ ſigna cæli habeantur fœcunda, ſterilia vel mediocria p.241

Collectio teſtimoniorum ex ſignificatoribus pro fratribus diiudicandis p. 241

Ptolemæus aliam ſententiam conſignatã reliquit, & ſignificatores agnoſcit Medium cæli, & ♀ de die; ☽ de nocte p. 241 & ſeq.

Sequuntur aphoriſmi ſpeciales de numero fratrum duodecim p. 242

Conditio & fortuna fratrum vnde explorari debeat p.243 & 244

Concordia vel diſcordia fratrum æſtimatur ex domino aſcendentis, ſi cum domino tertiæ domus conferatur p.244

Doctrina de fratribus tradita, etiam affinibus & cognatis aliis applicari poteſt pag. 245

Digitized by Google

CAPVT XI.

De parentibus.

COgnationem occultam inter ſe habent genituræ parentum & filiorum p.245 & 245; ſicut etiam fratrum & ſororum p. ibid.

Significatores patris & patrimonii ſunt quinq; p. 246 de quibus regulæ generales ib.

Sequuntur regulæ ſpeciales de præcipuis ſignificatoribus, de domo quidem quarta ei.uſq; domino p. 246, de Sole verò & Saturno p.247

Aphoriſmi de morte patris, tam in diurna quam nocturna geneſi p.247

Significatores matris etiam ſunt quinque p.249, de quibus regulæ generales & ſpeciales ibidem.

Ad conditionem matris pertinet partus, & quæ eum comitantur. Huic accommodati ſunt aphoriſmi aliquot p.251 & 252

Arabes tum patri tum matri partes inquirunt in diurna & nocturna geneſi, atque ex illis plurima iudicant. De his p.252

An natus ſit legitimus filius aphoriſmis aliquot docetur p.253

An concordia vel diſcordia ſit inter patrem & matrem perinde p.254

An parentes natum diligant & uter vehementius p 254

An natus bona parentum amplificaturus vel diſſipaturus ſit p.255

CAPVT XII.

De liberis.

DE liberis certius iudicari poteſt, quàm de fratribus & ſororibus p.255

Aſtrologica prognoſis liberorum deſumitur ex ſignis, quæ 5, 11, & primam domum occupant p.255: Ptolemaus tamen à trita via paululum diſcedit, vt videre eſt p. 256

Teſtimonia pro liberis quia ratione colligantur, vide ibidem, item quomodo pars liberorum & vita inveſtigetur.

An natus habiturus ſit liberos, docetur generalibus & ſpecialibus regulis p.256, & idipſum exemplis declaratur Ferdinandi & Maximiliani II Imperatorum. Item D. Martini Benekendorfii p.258. 259

Quot natus habiturus ſit liberos, docent regulæ duæ p.259.260

Sexus liberorum oſtenditur collectione teſtimoniorum maſculorum & fœmellarum p.261 & ſeq.

An quis liberos ſuſcepturus ſit legitimos vel illegitimos, & quo tempore p.261

Fortuna liberorum examinatur generalibus & ſpecialibus regulis, ſic etiam concordia & inter ſe, & cum parentibus p. 262

Iudicium de morte liberorum dirigunt generalia & ſpecialia præcepta p. 263, & exempla declarationis gratia ſubiunguntur.

CAPVT XIII.

De morbis & adverſa valetudine.

MOrbi alii totius corporis, alii certorum membrorum p. 264

Valetudinis ſignificatores recenſentur novem pag. 264. autores tamen morborum ſunt ♄ & ♂, atque eorum infelices aſpectus ibidem

Vt iudicium dextrè feratur de valetudine, examinandi ſunt ſignificatores omnes, & teſtimonia ſunt colligenda pag. 265: Res fit perſpicua exemplis p.265

Cuiuſmodi valetudo nato ſit obventura, bonane vel mala, explicatur tribus regulis generalibus pluribus ſpecialibus p.266

De morbis certis certorum membrorum nemo iudicabit, niſi ſciat ſigna zodiaci, & domus cœleſtes, quibus membris in corpore humano præſint p.268, quibus item planetæ ſinguli p.268 269

Ratio qua morbi genus ſpeciatim determinari debeat p.270

Sequuntur aphoriſmi ſpeciales de morbis & vitiis oculorum, cum exemplo Fantini Corne-

Cornelii Veneti, & filiæ cacæ Chriſtophori Kotzen p.271, auditus cum exemplo Medici p.272, lingua cum exemplo puellæ ſurdæ & mutæ pag.273, dentium cum exemplo Facii Cardani p 274

Vlterius de vulneribus & capitis læſionibus cum exemplo cuiuſdam Neapolitani p. 274, de Epilepſia & inſania & Dæmoniacis p. 275, de calculis, dyſenteria, febribus & phtiſi p.276, de vitiis pudendorum, Hernia, maleq; olentibus p. 276 de calvitio, canitie, podagra, cum exemplo Ioachimi Schmidii, de præcipitatione & caſu ex alto cum exemplis pueri & Noriberg. cuiuſdam p.278 279

Qui planetæ longos, breves, varios, mediocres, vel chronicos morbos cauſentur pag. 279 & ſeq vbi etiam exempla duo peculiaria præceptis accommodantur.

Tempus morborum iudicatur generaliter ex ſitu ſignificatorum in themate: ſpecialiter ex directionibus, revolutionibus, profectione, tranſitu Alfridaris p.281

Curationes morborum ſignificant ♃, ☿ et Venus p.281: ubi etiam oſtenditur, an morbi ſint curabiles nec ne: p. 282, item an facilè vel difficulter p.282

CAPVT XIV.

De familia & beſtijs.

Familiæ ſignificatores ſunt 4 Domus ſexta, Dominus eius, Mercurius, & Planetæ in ſexta p 283

Examen ſignificatorum vide ibidem, ſed regulas ſpeciales de ſingulis ſignificatoribus. p. 283

Affectio mutua ſervi & Domini unde iudicetur & quo pacto p. 284

Pecora vel bruta domeſtica eoſdem habent ſignificatores cum ſervis & eodem modo iudicantur, ſed tamen ſexta domus minora animalia, duodecima maiora complectitur p. 284 & 285

Præcepta, ut hactenus ſemper factum, ita hic quoque exemplis illuſtrantur. Ibidem

CAPVT XV.

De Coniugio.

Coniugii ſignificatores cenſentur ſeptima domus, dominus eius, & Planetæ in ea: mares tamen peculiariter reſpiciunt Planetæ fœminini p.286 mulieres maſculini pag.286

♄ hoſtis eſt coniugij & ſexus fœminei p.286

Proferendo iudicio perpendendum an ſignificatores ſint ſteriles vel fœcundi, an benefici vel malefici, an fortes vel imbecilles pag. 287

An natus ſit ducturus coniugem nec ne, regulis quibuſdam edocetur p.287

An natus facilè vel difficulter ſponſam ſit impetraturus, & quo tempore, monſtrant aphoriſmi generales & ſpeciales p. 287

Numerus vxorum, & patria ac conditio earum conſtat ex regulis p. 288 & 289 propoſitis.

Vxor quali forma, quo animo, moribus & fama ſit futura p.290

An natus ducturus ſit divitem vel pauperem p. 29 . Exemplum cuiuſdam qui duxit uxorem divitem p 93

Denique qualis futurus ſit amor coniugium, & uter prius ſit moriturus oſtenditur exemplo Henrici Stampini p. 94, 95 & 296

Fœminis peculiariter coniugium ſignificat Sol & Mars, præter domum ſeptimã p. 297

An mulier ſit nuptura, an facilè vel difficulter & quo tempore dicet p.297

Mariti eum numerum patriam, conditionem, formam corporis animique mores explicat p.298

Dictum de fortuna mariti & affectione erga uxorem ſubiungitur p.299.

CAPVT XVI.

De religione nati.

Fruſtra quærimus ſanctos Deoque gratos ex ſideribus: quia tamen multæ ſunt religio-

ligiones Ethnicæ, & à Deo non inſtitutæ, illæ cœlo procul dubio ſubiiciuntur p 299

Significatores religionis ſunt Planetæ in nona vel tertia domo, 2 nona domus eiuſque Dominus, 3 Iupiter nonæ domus conſignificator p 299

Seorſim ſignificant Chriſtianam religionem ♍ & ♎ ♃, ☿ & ☊: ſed idolatriacam ♑ & ♒ item ♄ ♂ & ☋ ibidem & ſeq.

Iudicium de religione quomodo inſtituatur oſtendunt præcepta generalia p. 300: & aphoriſmi ſpeciales, tum ad pietatem inclinantes 300: tum ad impietatem p.301

Exempli loco adducitur Ioann. Georgius Elector Brandenburg p.300, aliique duo viri peculiariter aſſumpti p. ibid.

CAPVT XVII.

De itineribus & peregrinationib.

Itinerum ac peregrinationis ſignificatores ſunt tertia nonaque domus. domini earũ, & Planetæ in iis exiſtentes præterea Luminaria cum Mercurio p.302

Ex horum ſignificatorum diligentes conſideratione, multis quæſtionibus reſponderi poteſt, ſi nec aphoriſmi ſpeciales negligantur pag 302

An natus ſit peregrinaturus, an ſemper domi manſurus? p.303

Verſus quã plagam mundi ſit migraturus p.304 an navali vel terreſtri itinere? p. 304

Qua de cauſa itinera ſit ſuſcepturus, quaque fortuna ea confecturus p.304

Quales difficultates vel pericula peregrinanti ſint obuentura, & quibus occaſionibus p.306

Vna regio magis favet peregrinationibus certi hominis quam altera. Quæ cauſſa ſint, & unde cognoſcantur manifeſtat p.306

Subiunguntur exempla duo modum iudicandi præeuntia p.307 & ſeq.

CAPVT XVIII.

De ſomniis.

Svnt homines, quibus ſomnia futuros eventus præſagiunt. Illud cognoſcitur ex ſignificatoribus ſomniorum p.309

Somniorum ſignificatores ſunt ſignum nonæ domus, dominus eius, & Planeta in illa reperti p.309

An ſomnia nati futura ſint veracia vel fallacia regulis explicatur p.309

Somniorum qualitas deprehenditur ex Planetis ſignificatoribus. Quid ergo ſinguli Planetæ præſtent, vide p.309 & ſeq.

Exempla denique ſub finem propoſita lumen præceptis exhibent p.310

CAPVT XX.

De magiſterio ſeu genere vitæ nati.

Genus vitæ, artem uel profeſſionem nati, qua victus quæritur, difficulter definire poſſumus, rectiùs uel certiùs naturalem ductum, & ad certos labores inclinationem oſtendimus, p.311

Significatores artis ſunt ex Planetis, ♀, ♂, ☿, ex domibus 10, 1 & 7 p.311: ad hos regulæ iudicij diriguntur, ibid.

Qualitas artis, quam natus tractabit, unde æſtimetur generaliter p.312

Specialius eam determinabunt, qui perpendunt aphoriſmos de Mercurio, tum ſolitario tum cum aliis mixto p. 313: de ♀ ſolitaria, aliiſq; mixta, pariter de Marte p. 314

Perpendendæ etiam aliæ mixtiones utpote Veneris cum Mercurio, utriuſque cum aliis ſignificatoribus, item Mercurij cum Marte, & utriuſq; cum aliis, denique Martis cum Venere, & utriuſque cum aliis pag. 316 & ſeq.

Signa cœleſtia quid in decernendo magiſterio præſtent: vide p. 316, quid domus cœleſtes p. 317, quid ſignificatores extraordinarij p.318

††† Succeſ-

Succeſſus quoq; in arte tractanda ex ſignificatorum felici vel infelici ſtatu depromitur p.318 & 319

Denique exemplis duobus adductis omnia præcepta fiunt perſpicua p 319

CAPVT XX.

De ſtatu & honoribus nati.

STatus & honorum decreta quid requirant, & quales quæſtiones vulgò de ijs proferantur p.320

Significatores honorum ſtatuuntur quinque ex quorum fortitudine & debilitate iudicatur p.320 & ſeq.

Ratio colligendi teſtimonia fortitudinis, & debilitatis, reperitur ibid.

An natus evehi debeat ad dignitates, an ſemper inglorius permanere, docent regulæ generales p. 321, & ſpeciales 1 de Luminaribus coniunctim, ibid. 2 de Sole Seorſim p.322, de Luna & medio cœli p.323: de aſcendente & ſtellis fixis p.325. 326

Quales conſtellationes regiam dignitatem decernant, vide p.326

De qualitate & origine venturarum dignitatum diſſeritur p. ibid, ex principali ſignificatore, & domib. cœleſtib.

Planetæ ſinguli quales honores conferant, 327

Duratio honorum iudicatur perinde ex principalis ſignificatoris natura & robore, p.328. Iudicium verò maximopere iuvant regulæ generales p. ibid, & ſpeciales cum adductis exemplis p.328 & ſeq.

CAPVT XXI.

De amicis.

AMicorum qui ſint ſignificatores, & quomodo amicorum pars quæratur, pag.329

An natus habiturus ſit amicos nec ne, an multos vel paucos, innoteſcit ex regulis generalibus & ſpecialibus p.330

Quales amicos natus ſit habiturus, num agricolas, ſenes, prælatos, milites, principes, &c. indicatur ex natura ſignificatorum, pag.331

Singuli Planetæ quales perſonas ſignificent ibidem.

Conſtantia atque inconſtantia amicorum non aliunde; quam ex ſignificatorum natura cognoſcitur p.331

Hinc etiam iudicium fertur de coniugib. de domino & ſervo, de collegis, an in amore vel odio vivere poſſint p.331. 332

Planetæ qui inter ſe amici, qui inimici ſint, ibidem.

Quæritur ſæpè uter amicorum ſincerior ſit. Huic reſponderi poterit ex tribus regulis, pag. 333

CAPVT XXII.

De inimicis.

INimicis quos ſignificatores tribuant Aſtrologi p.334.

Quemadmodum ex ſignificatorum natura iudicatur de amicis: ita etiam de inimicis, an futuri ſint aliqui, an multi vel pauci, an aperti vel occulti, & cuius conditionis ac ſtatus p.334

Modus iudicandi de potentia vtriuſque inimicorum, item num victuri vel incendi, cum exemplis Mauritij Electoris & Maximiliani primi Imp.p.336

Inſtituitur & ibi collatio Geneſis Caroli V. Imperatoris & Ioannis Friderici Electoris Saxoniæ p.336

Subiunguntur plurimi aphoriſmi declarandi gratia, & exempla duo ſufficienter explicantur p.337

CAPVT XXIII.

De captivitate & ærumnis nati.

CArceris, & vinculorum ſignificatores ſunt Luminaria, ſi affligantur, Saturnus

nus & Mars, item domus 12 & 7 cum Planetis contentis p.338

Aphoriſmi de Luminaribus carceres innuentibus cum exemplis Maximiliani Imp. Chriſtierni Regis Daniæ, Alberti Marchionis Brandenburgici, Caſparis Peuceri, & Guilielmi ducis Iuliacenſis p.338: de maleficis cum exemplo Cornelij Agrippæ p. 340: de 12 & 7 domo p. 341 de extraordinarijs ſignificatoribus, ibidem.

Qualitates, cauſa et duratio carceris quomodo ſint indaganda p.341.

Sequuntur regulæ quæ nato ſecuritatem à carceribus denunciare poſſunt p 342.

Quod ſi carceres non decernuntur, poſsunt tamen in genere ærumnæ & pericula plurima obvenire p.342.

Significatum ærumnarum petitur ex Luminaribus, maleficis, ac fixis de maleficarū natura pag.342.

Aphoriſmi de ærumnis, & calamitatib. ex Luminaribus, & maleficis generales, 342 ſed ſpeciales ex Saturno, Marte reliquiſque Planetis; item ſtellis fixis calamitoſis, cum exempli Eraſmi Roterodami, Ludovici Sfortiæ & Vrbani Landriani p. 343.

CAPVT XXIV.

De morte violenta.

Mors alia naturalis alia violenta: utraque ſuos ſignificatores habet in cœlo pag.344.

Carcer, & violenta mors plerumq; concurrunt, unde eoſdem ferè ſignificatores habent, ibidem.

Violentæ mortis ſignificatores ſunt præter Luminaria, maleficos, domum primam, & 8. earumq; dominos; ſigna violenta ♈ ♋ ♑ ♒, ♎, ſtellæ fixæ maleficæ; ut caput Algol, oculus Tauri, Hercules, dexter humerus Orionis, Antares, chele auſtralis p.345.

Aphoriſmi de luminaribus violentam mortem ſignificantibus, cum exemplis Hieronymi Savonarolæ, Ludovici regis Vngariæ, Galeati Sfortiæ, Mutij Columnæ, Marchionis de Manzolis Bononienſis, Ioannis Baptiſtæ Cardani, Ioannis Mariæ Ducis Mediolanenſis p.346, 347, & 348.

De maleficis, cum exemplo Caroli Borbonij Ducis: De domino 1 & 8 cum exemplis Mauritij Electoris, Ludovici Bredenrodij, Caſparis Fidleri, Petri Aloyſii Farneſii & Ioann. Regiomontani p. 349 & ſeq. de ſtellis fixis, pag. 352

Præcepta generalia de genere violentæ mortis p. 352 & ibid. Item ſpeciales regulæ de Saturno p.353, de Marte ibid., de dominis octavæ & horoſcopi, de ſignis & domibus p.354 & ſeq.

Præ cæteris ſtellæ fixæ violentam mortem ſpecificant, unde optime notandi aphoriſmi leguntur p.355 & 356.

CAPVT XXV.

De morte naturali.

Mors naturalis fit abſumto humore radicali & extincto calore nativo, pag.358.

Si violenta mors non decernitur, atq; fortunæ duæ in octava reperiuntur, mortem naturalem prædicere convenit, ibid.

Plura generalia præcepta de morte naturali vide p 358.

Planetæ ſinguli ſi ſint mortis autores, certam ſpeciem morbi mortiſq; denotant, ibid.

Interfectores vel Anæretæ quinam ſint: & quæ in ijs attendenda p.359

Cholerici, Phlegmatici, melancholici, ſanguinei, quo morbi genere ſinguli intereant, pag.359.

Mors repētina unde ſignificetur, & exemplum Comitis Gaiazij, ibid.

Tempus mortis cautè determinandum & potius pericula mortis quam mors ipſa prædicenda ſunt p.359 & ſeq.

Tempora mortis vel periculoſi decubitus patefaciunt anni climacterici, directiones, profectiones, Alfridaria p.361

Quomodo iudicandum ſit de exiſtimatione nati poſt obitum, ſive ea brevis vel diuturna, ſive bona malave futura ſit p.361

Planetæ ſinguli unde poſt obitum famam vel exiſtimationem præſtent, ibid.

Ad extremum concluditur tertij membri caput hoc ultimum, exemplorum duorum collatione cum præceptis traditis.

QVARTI MEMBRI.

De iudicio Genethlialogico ſpeciali.

PROOEMIVM

Continuationem, & neceſsitatem ſpecialis iudicij oſtendens cum partitione eiuſdem.

Genethliacum iudicium vel generale, vel ſpeciale: & generali ſpeciale meritò ſubiungitur p.363

Generale iudicium quid præcognoſcat vel prædicere doceat, ibid.

Generalis doctrina imperfecta & manca eſt ſine ſpeciali, ibid.

Specialis doctrina accidentium tempora determinet, natumque præmonet, quo ætatis anno, menſe vel die accidens expectandum ſit pag.363

Quatuor potiſſimùm ſunt quibus particularia tempora eventuum cognoſcuntur; Directio, Profectio, Revolutio, Tranſitus, pag. 363 & ſeq.

Quo ordine hoc ultimum membrum ſit pertractandum, ibid.

CAPVT I.

De directionibus.

Directiones durant ſæpè per plures annos donec ſignificator mobilis ad alium promiſſorem deveniat p.364

Virtus directionis in principio fortis, in ſubſequentibus annis debilior, ibid.

Directiones ex ſtimulantur profectionibus revolutionibus, & tranſitibus, & ideo cum illis ſimul conſiderari debent p. 364

Fieri poteſt ut directionis effectus prorſus evaneſcat p.364

Directio alia eſt fauſta, alia infauſta 364, quæ ſingulæ ſint vide ibid.

Directiones iudicantis à ſuis ſignificatoribus, domibus ſcil. & planetis 364 & ſeq.

Planetæ præter principalem, & naturalem ſignificationem, habent quoq; accidentariam: ratione domus cæleſtis, & Planetæ cui imperant p.365

Cauſa & occaſio ſignificati monſtratur à promiſſore, ibid.

Promiſſor eſt vel planeta, vel radius, ad quem ſignificator dirigitur p.365

Quinq; Hylegialia loca principaliter diriguntur, Horoſcopus, Medium cœli, Sol, Luna, & pars fortunæ. Ibidem.

Horoſcopi directio inſtituitur propter vitam animi affectiones, & peregrinationes ib.

Horoſcopi directio quid præmoneat, ſi fiat ad Saturni corpus, △ vel ⚹, □ vel ☍, aut denique terminum eius p.365

Horoſcopi directio ad Iovis corpus, △ ⚹ ☍ □, terminum quid afferat. Ibidem

Horoſcopi directio ad Martis corpus, △ ⚹ ☍ □, terminum quid denotet. Ibidem

Horoſcopi directionem quid ſequatur, ſi fiat ad Solis corpus △ ⚹ ☍ vel □ p. 366

Horoſcopi directio quid præſtet ſi ad corpus Veneris, △, ⚹ ☍ vel □, vel terminum fiat p.367

Horoſcopi directio ad corpus, △ ⚹ ☍ □ vel terminum Mercurij quid notet pag. 368

Ho-

Horoſcopi directio ad Lunam, vel eius radios ibidem; Item ad ☊ & ☋, partemq; fortunæ, quid portendat, p.368

Horoſcopi directio quos effectus ferat, ſi pertingat ad Canopum, Arcturum, caudam ♌, ad lucidam in navi, ad cingulum Orionis, ad cor Leonis, ad Canem minorem, ad fundum vaſis, ſpicam ♍, ad fixam ſuper genu leonis, ad cervicem Leonis, ad Lucidam hydræ, ad præſepe vel pleiades, ad aſellos p. 369 & ſeq.

Horoſcopi directio quid ferat, ſi pertingat ad cuſpidem domus ſecundæ, tertiæ vel quartæ p.370

Medij cœli directio ſignificat honores, favorem magnatum, affectionem plebis, & actiones nati p.371

Medii cœli directio quid decernat, ſi fiat ad corpus, △ ✱, □ ☍, terminum Saturni, uel Iovis p.371, Martis, Solis vel Veneris pag. 372, Mercurij vel Lunæ p.373

Medij cœli directio ad ☊ ☋ ∴, item ad Capellam, cor ſcorpij, dextrum humerum Orionis, oculum tauri, humerum ſiniſtrum Orionis, quales effectus eliciat p.373

Quales ad Rigel ſi fiat, ad Canopum, caudam ♑, cor Leonis, Sirium, Arcturum, ſpicam ♍ p.374

Quales deniq; ſi fiat ad pleiades, caput Algol ad domum undecimam, duodecimam, Horoſcopum p.375

Solis directiones admittuntur propter valetudinem, munera publica, magnatum favorem, patriæq; æſtimationem p.375

Effectus qui ſint expectandi, ſi fiat directio Solis ad ☌ △ ✱ □ ☍ terminum Saturni vel Iovis vel Martis p 376 Item Veneris vel Mercurij p.377 aut Lunæ p.378

Solis directiones ad ☊ ☋ ∴ ad Rigel, cor ♏, canem minorem, cor ♌, caput Herculis, oculum ♉ chelas ♍, explicat pag.378 ad ſpicam ♍ cornu meridionale ♉, pleiades, aſellos, præſepe p.376

Solis directiones ad ſingula cœli domicilia enodat p 380 & 381

Lunæ directiones fiunt propter ſtatum corporis animiq; propter matrem, ſorores, uxores, filias &c.p.381 & ſeq.

Lunæ directiones ad ☌ △ ✱ □ ☍ terminum Saturni effectuũ ratione enarrat p.383 ad ſyzygias, & terminum Iovis, vel Martis, vel Solis, p:383, Veneris, Mercurii p.ibid.

Lunæ directiones ad ☊, ☋, ∴ in ſignificatis lege p. 383 ſimiliter ad Rigel, ſpicam ♍, lucidam hydræ, caudam cygni, ſiniſtrum humerum Orionis & Bootis, ſerpẽtis collum, ſerpentarij ſtellam, vulturẽ cadentẽ, nebuloſã in oculo ♐, Lucidã coronæ, cor ♏ p.384

Deniq; ſignificata directionum Lunæ ad duodecim cœli domicilia proponit p. 385

Pars fortunæ pro divitiarum ac rei familiaris ſtatu dirigitur p.386

Partis fortunæ directiones ad ☌ □ ☍ ✱ △ Saturni, Iovis, Martis, Solis explicat p.386 eaſdem illius ſyzygias ad Venerem, Mercurium, Lunam, ☊ ☋ interpretatur p.387

Ad ſingula vero domicilia cœli directiones partis fortunæ & earum ſignificata habet p.387 ibidem.

Effectus directionum ſunt diſſimiles, aliâs vehementiores, aliâs remiſſiores p.ibid.

Rationem expendendi effectuum magnitudinem docet p.ibid. ſed eandem ſpecialibus & neceſſariis cautelis dilucidat p.388

Directiones malæ ſæpè antevertunt ſuum annum p ibid. quando id fiat, legitur ibidem

Præcepta hactenus propoſita exemplis duobus illuſtrantur in ſubſequentibus pagin.

Tabulæ directionum generoſi cuiuſdam nati viſuntur p.389 & 390

Quid generoſo nato certis annis ex directionum decreto obtigerit p.390 & ſeqq.

Quid alii doctiſſimo viro directiones attulerint in determinatis quibuſdam ætatis annis p.391 & ſeq.

CAPVT II.

De profectionibus annuis.

PRofectiones annuæ quid ſint vel vocentur p.397

Pro-

Profectione annua quilibet ſignificator 30 gradus conficit, ſive ſit Planeta, ſive pũctum aliquod Eclipticæ p. 397

Sunt quidem etiam menſtruæ & diurnæ profectiones, ſed illæ non adeò attenduntur, & facile intelligi poſſunt. Ibidem

Regula quærendi profectionem cuiuſvis ſignificatoris p. 397. ſed compendioſius quæſitum habetur ex tabula.

Tabula generalis profectionum reperitur p. 398, vbi etiam tabula ſpecialis nati cuiuſdam geneſi & p. 399 alterius doctiſſimi viri

Tabulæ profectionum ſpeciales in quem finem conſtituantur p. 399.

Modus cognoſcendi ſignificatores per totum annum, ad quos profectio certis diebus pertingere poteſt: p. 400 & 401

Certos vero illos dies calculo indagandos docet p. 402. tum præceptis, tum exemplis, item p. & ſeq. 402 compendioſius & tabulis.

Ratio quærendi arcum progreſſionis ad datum aliquod tempus p. 402.

Profectionum uſus pręcipuus eſt, vt oſtendant annos fœlices & infelices p. 403

Annorum climactericorum fundamentum eruitur ex profectionibus p. 403

Climacterici anni qui vocentur, quidq; afferant ſive ex ſeptenario conſurgant, ſive ex novenario Ibidem.

Annus 36 lethalis eſt viris; 72 ac 84 fœminibus: climactericus autem Heroicus vocatur ſolus annus 56; p. 403;

Profectiones dominorum ſeptennii oſtendunt quoq; annos fauſtos & infauſtos; atque hinc climacterici ſeptenarii principaliter deriuantur p. 403

Annus 49 ſeptenarii quadratus eſt potẽtiſſimus, ſicut etiam 81 novenarii quadratus: periculoſior tamen eſt annus 63; qui ex 7 novemq; in ſe ductis componitur p. 404

Dominos ſeptennii vulgus vocat Alfridarias p. 404 Earum tabellam uide ibidem

Vſum tabelæ de Alfridariis mõſtrat p. 404

Alfridariæ aliæ principales, aliæ participes p. 404

Alfridariæ principales quid præſtent ratione filiorum: divitiarum, voluptatis, Laborum, Honoris, ingenii cõſilii, & c. vid. p. ibid.

Profectiones Horoſcopi patefaciunt annos periculoſos & annorum dominos p. 405

Singuli Planetæ ſi ſint domini annorum peculiares operationes habent, eas recenſet p. 406 cum ſeqq.

Profectiones minus ualent quam directiones, illarum tamen vim multum adaugent p. 408 vel etiam retardant p. 409

Regulę iudicij, oſtendentes quando directiones propter profectiones in ſequentem annum differantur p. 409

Profectiones non tantum annos fauſtos vel infauſtos patefaciunt, ſed etiam dies: Modum vide p. 409 & ſeq.

Effectus profectionum quomodo ſpeciatim ſit determinandus. Ibidem

Tandem exemplo generoſi Baronis doctrina hactenus propoſita explicatur, & caput 2. concluditur.

CAPVT III.
De revolutionibus.

Revolutiones in genere quid ſint p. 412: quid revolutio mundi vel nativitatis: ibidem.

Modi quærendarum revolutionum multi p. 412 ſed facilis & accuratus proponitur p. ibid. & exemplo illuſtratur p. 414

Ratio erigendi figuras cœli ad momenta Revolutionum p. ibid.

Regulas iudicii pro revolutionibus generales quidem exhibet p. 414 ſed ſpeciales p. 415, 416 & 417 & ſeq.

Ad iudicium Revolutionum faciunt etiam domini Aſcendentis, de illis p. 418. Item ſigna aſcendentia p. 419.

Saturnus ſi in revolutionibus perveniat ad ſuum vel alterius planetæ locum, quid denotet p. 419

Iupiter ſi eo deveniat p. 419: Mars, Sol p. 420 Venus vel Mercurius p. 421 ſi denique Luna p. 422

Exem.

Exemplum præceptis applicatur, modumque iudicandi prgit p.4:3

CAPUT IV.
De tranſitibus.

TRanſitus Planetarum quid vocentur, & quomodo ad iudicium genethliacum adhibeantur p.424

Singuli Planetæ peculiaria habent tempora traſituum pro ratione motus ſui p. ibid.

Loca præcipua ſunt 72, in quibus tranſitus conſiderari ſolent Ibidem

Tranſitus alij Boni, alij Mali, aut mediocres ex planetarum natura reputantur. Ibid.

Tranſitus non aliter ac Profectiones, vel directionibus accommodantur ibid., vel per ſe conſiderantur p.ibid.

Tranſitus per ſe parum efficaces videntur, ſed directiones irritant, ac ſenſibiliter in actum deducunt p.424

Specialiter tranſitus dies & menſes eventuum definiũt, ſive boni ſint ſive mali p.425

Quomodo tranſitus ex Ephemeridibus petendi, & ab uſum transferendi ſint docet p.425 tum præceptis tum exemplis.

APPENDICIS
De Correctione Figuræ Genethliacæ, & Directionum Calculo.

CAPUT I.
De Trutina Hermetis.

TEmpora nativitatum, à vulgo obſervatis, ut plurimum erronea ſunt p. 427, Ideoq; corrigenda erunt, vel per trutinam Hermetis, vel per Animodar, vel per Accidentia nati.

Trutina Hermetis quid vocetur p. ibid.: ſed præcepta eius vide p.428

Ille gradus cœli horpſcopat tempore partus, quem conceptionis tempore Luna tenuit pag.428

Tempus partus interdum acceleratur, interdum retardatur ob varias cauſas p.427

Tabula manſionis in utero materno habetur p 428: eius fundamentum vide ibidem

Dies & hora conceptionis quomodo inveſtigetur p.428 & 429

Thema cœli ad momentum conceptionis ſi conſtruatur, varia iudicia de fœtu exhibere poterit, utpote temperamentum & caſus obventuros p.424

Planetę ſtatim poſt horam conceptionis dominantur, tum prægnanti, tum fœtui p.430

Primus menſis poſt conceptionem Saturno tribuitur, ſecundus Iovi, tertius Marti & ſic conſequenter p.430. 431 & 432. Quid quovis menſe accidat vide, ibidem

Exemplaria themata Conceptionis & nativitatis p.443 & 434

CAPUT II.
De Animodar.

COrrectio temporis per Animodar à Ptolemæo docetur p.434

Animodar quid vocetur, & qui procedẽdi modus ſit obſervandus p.434 & ſeq.

Almuten ſive Planeta dominans, quomodo ſit eligendus in themate p.4 5

Correctio talis temporis natalitij per Animodar, impugnatur ab Abrahamo Iudæo, Pico & alijs p.437 ſed defenditur à Iunctino, & à multis Aſtrologis vſurpatur p.ibid.

CAPUT III.
De correctione thematis natalitij per accidentia nati.

COrrectio vel examen temporis natalitij optimè & certiſſimè fit per accidentia nati p.437

Accidentia nati quid vocentur, Ibidem

Examen per accidentia nati triplex inſtituendum. per tranſitus Planetarum, Profectio-

ctiones annuas, & directiones: ſed directionibus maximè fides habenda p.437

Per tranſitus Planetarum ſuper gradum horoſcopi examen qua ratione ſit inſtituendum p.438

In verificationibus thematum ſigna nunquam ſunt mutanda. Ibidem

Bona & mala quæ per tranſitus ſignificantur non ſunt diuturna p.438

Per profectiones annuas quomodo tempus natalitium ſit examinandum p.438

Tabulæ tres profectionibus inſervientes p.439 earum fundamentum p.439 & 440

Aſtrologi in profectionibus uni ſigno annum adſcribunt, atque ita Zodiacum 12 annis revoluunt p.441

Directiones Horoſcopi ad promiſſores quomodo examini inſerviant p.442

Directiones vt expeditè inſtituantur in promptu eſſe debet ſpeculum Aſtronomicum p.442

Modus conſtituendi ſpeculum Aſtronomicum Ibidem.

Admonitio neceſſaria de æquatione aſpectuum ante directiones facienda p.443

Leovitij Blanchini doctrina de æquatione aſpectuum refellitur p.443

Exemplū ſpeculi Aſtrologici vide p. 442 & tabulam æquationis aſpectuum p. 443

CAPVT IV.
De directionibus.

Directiones quid ſint, & cur introductę p.444

Directio habet duos terminos; ſignificatorem & Promiſſorem p.444

In diligenti thematis examine omnes domus & omnes Planetæ diriguntur: ſed illud rarò fit, & ſufficit ſi de præcipuis ſolliciti ſimus p.444

Plerumque ſaltem dirigi ſolent aphetæ, Luna, Sol, Horoſcopus, Medium cæli, & pars fortunæ p.445

Directio duplex directa & converſa pag. 445, ſed caſus in directionibus tres reperiuntur p.445

Præcepta primi caſus, quomodo Medium aut Imum cæli vel Planetæ illic exiſtentes dirigendi ſint p 446

Quilibet gradus directionis annum ſignificat. quid verò minuta graduum importent, illud oſtendit tabula p.446

Præcepta ſecundi caſus, quomodo Horoſcopus & occiduus cardo, item Planetæ in illis exiſtentes directionem ſubeant p. 446

Exempla directionum Horoſcopi & M. C. vide p.447 & 448

Præcepta tertii caſus, qua ratione Planetis extra prædicta loca inventis directiones accommodentur p.448 & ſeqq.

Horaria tempora ſunt duodecimæ partes diei vel noctis naturalis. Vnde etiam Horæ inæquales appellantur p.449

Horaria tempora duplicia, nempe diurna & Nocturna, quæ in vna hora inæquali ſupra Horizontem aſcendunt p. 449 & ſeq.

Diurnę & nocturnę horę temporales ſemper ſunt inæquales, præterquam in duobus æquinoctijs: in quocunque tamen die diurna hora cum nocturna coniuncta, duas æquinoctiales horas conſtituit p.ibid.

Modi duo inquirendi Horaria tempora: primo ex tabula quantitatis dierum; deinde ex aſcenſionibus obliquis p.450

Tertii caſus præcepta ſchematibus graphicè depinguntur p. 451 & exemplis illuſtrantur p.ibid. & ſeq.

In directione converſa idem proceſſus obſervatur, qui in directa, niſi quod in ſignificatoris locum promiſſor aſſumitur, & in promiſſoris locum ſignificator p.455

DE EFFECTIBVS ASTRORVM Tractatus

PROEMIVM.

De Definitione, certitudine, vtilitate, partitione & requiſitis Aſtrologiæ.

Aſtrologiæ definitio.

ASTROLOGIAM, in eo doctrinæ genere, quod cœleſtia contemplatur, nunc vſitate appellari eam partem, quæ naturales virtutes, quas configurationes cœleſtes & ſtellæ, calore ſuo diſſimili, quo qualitates diuerſæ in aere generantur, in inferiora exercent, conſiderat; ac inde ſubiectarum rerum mutationes elicit, olimque dicta fuit προγνωστικὸν διὰ ἀστρονομίας, nemini recentiorum ſcripta legenti, dubium eſſe poteſt. *Multi vero doctorum de certitudine eius non immerito dubitant, cum videamus inclinationes aſtrorum ſæpe numero à cauſſa omnium prima DEO, bonis & malis angelis, materiæ inferioris vago motu, libera hominis voluntate, educatione bona velmala, aliiſque de cauſſis impediri, vel in totum elidi. Quæ licet experientia quotidiana luculenter comprobet: non tamen plane certitudo huic arti Aſtrologicę detrahenda eſt. Quanquam enim certitudo eius tanta non ſit, quanta Aſtronomiæ. Nam motus, & configurationes ex motibus prouenientes, cum ab immutabilibus fermè proficiſcantur principiis, maxima ex parte æternis, & fixis contineantur legibus: dum interim illorum actioni ſubiecta materia inferior, ad quaſcunque mutationes adeo ſit prona, vt levi momento, in quamcumque abeat inconſtanti prope modo, formam: vnde etiam actio illa, quæ certa lege procedit, hac valde mutabili ſubiecta materia, redditur, quod ad effectus attinet, multum incerta. Aliquam tamen eſſe certitudinem hinc colligi poteſt. Primum ſenſibus eſt manifeſtum, inferiorem hanc naturam prioribus formis abiectis novas ſubinde acquirere, & levi momento mutari. Cum nunc nulla fiant mutationes abſque cauſſis, quæ [illegible]nt primum initium motus: Erunt omnino, & harum mutationum aliquæ efficientes cauſſæ. Nulla autem in hoc vniuerſi theatro natura exiſtit, quæ vi agendi in hæc inferiora magis prædita ſit, quam ſuperior, quæ & propter actionem, vndique inferiorem ambit, & æternam obtinet conditionem, vt copioſe oſtendit Ptol. lib. 1. quadrip. cap. 2. Certum igitur eſt mutationes inferiorum, à cœleſti effici ſubſtantia, ſeu; quod idem eſt, cœleſtia corpora in hęc inferiora agere; quod vt multis aliis in locis, ita cap. 2. primi Meteor. Ariſt. aperte demonſtrat. Ac prima quidem, quam nulla alia antecedit actio ſeu efficientia, merito cœleſtibus tribuitur corporibus. Sive enim conſideremus mutationes in inferioribus illas, quæ vt plurimum eodem ordine ſeſe invicem ſubſequuntur; vt Sol terram calefacit, ca-*

Aſtrorum effectus quæ mutent, & Aſtrologiã in dubium vocent.

Aſtrologiæ tanta certitudo eſſe nequit, quanta eſt Aſtronomię.

Vnde ſumitur Aſtrologiæ certitudo.

Prima actio in natura merito aſſignantur cœlo.

Digitized by Google

leſaciendo tenuiores partes in vaporem diſſolvit, hic ſuperiora petit, & ibidem condenſatur, condenſatus in aquam diſſolvitur, qualis ordo in plurimis alijs mutationibus apparet: Sive etiam illas, quarum vna quidem alterius eſt cauſsa; ſed nullum ordinem vt plurimum ſervant, ac tantum rarò continuantur eodem modo: Veluti febre laborare poteſt quidam ex excandeſcentiâ ſpirituum: Excandeſcentiæ vero cauſsa per ſe nulla dari poteſt, ſed tantum ex accidenti, quod ſcilicet forte ſit contumelia affectus à vicino; ac poteſt quis contumelia affici ab innumeris cauſſis; quarum an haberi poſſit ratio ab homine, dubitatur non immerito: Tamen vtrarumque vna erit prima, quæ non ab alio, ſed à primo efficiente, perpetuo quodam ordine agente, cœpit eſſe. Talis autem efficiens in cœleſti tantummodo reperitur motu. Nam quæ inferiorum eſt corporum efficientia, ſequi videtur ad paſſionem aliquam. Ea vero, quæ ſuperiorum eſt, primo producitur nulla antecedente mutatione. Curſus enim tantum ſuos continuant corpora cœleſtia, & continuando omnes actus extruunt. Erunt igitur primæ efficientiæ à cœlo, & prima mutationum cauſsa à cœlo deprometur.

Mutationes quę in inferioribus a cælestibus cauſſantur prę uideri poſſunt.

Quod vero mutationes illæ probabiliter ab homine cognoſci poſſint, hinc manifeſtum eſt. Nam ſi initio prima efficientia fuerit nota: Poſtea, & ordo quem ſeruare ſolent efficientiæ cognitus: Nihil ad extremum remorari poterit iudicium de futuro euentu. Si quis obiiciat nobis accidentia, quæ curſum naturæ fortaſse impediunt, aliò diſtrahunt, & mutant: Reſpondemus: Operationes accidentium infrequenter agere atque accidere, atque ideo iudicio de euentu vt plurimum contingente nihil obſiſtere. Non enim ex aſtris iudicandum eſt, quod quæ prævidentur euenta, ex neceſſitate quadam ſint futura, atque aliter non poſſint accidere: ſed tantum, quod ſic natura tam agentium quam patientium cauſsarum inclinet, ac vt plurimum hoc procedat modo. Præterea in vita occurrunt innumera, quæ euidentem demonſtraut cœleſtium corporum vim, & efficaciam. Nam vere omnia erumpunt, quæ per hyemem latuere. Æſtate vlterius ad finem motus ſui procedunt; vbi circa autumnum contrario incipiunt curſu ferri; quem hyeme terminant; vt Solis veſtigia in acceſsu & receſsu imitari manifeſtè videantur. Flumina, & maria, & humores viventium ſecundum Lunaris ſplendoris mutationem decreſcunt, & augeſcunt. Reliquarum quoque ſtellarum vires peculiaribus deprehendunt effectibus, quæ non tantum eruditis, ſed & vulgo ſunt nota: quemadmodum Caniculam æſtus; Arcturum, hyades pluuiæ comitantur. Et cum in maioribus ſtellis manifeſte animaduertatur vis quædam in alterando & mutando, minoribus ſimilem quoque vim, licet non ſit adeo conſpicua, ſtatuere maximè erit conſentaneum.

Exempla manifeſta rum actionum corporum cęleſtium in hęc inferiora prol. lib. 1. quadrip. ca 2.

Præcognitio mutationum in inferioribus haberi poteſt ex aſtris.

Patet igitur cœleſtia corpora in mutationibus naturalium rerum vim agendi habere, primamque tempore, & natura efficientiam ab ipſis eſſe: Et res naturales in motibus, & mutationibus ſuis, quas ordine quodam ſubeunt, à cœleſtium motibus pendere. Conſtat quoque præcognitionem in talibus mutationibus haberi poſſe, in quibus ordo & modus ſucceſſionis vt plurimum idem ſeruatur.

Phyſices & Aſtronomię cognitio Aſtrologo neceſſaria eſt.

Via autem qua haberi poteſt hæc præcognitio, duas requirit ſcientias: vnam motuum & ſtationum rerum inferiorum in natura, quæ Phyſica dicitur: Alteram progreſſionum & affectuum corporum cœleſtium, quæ Aſtronomia appellatur. Nam ſi inclinationes rerum naturalium ad motum & ſtatum fuerint perſpectæ; latere non poterit, quo ordine effectus producantur; vbi prima mutatio, quæ

cæteris

cæteris occaſionem dedit, innoteſcet. Iam ſi ad momentum illud primum nota fuerint loca cæleſtium corporum, accedente crebra experientia & obſeruatione non poterit ignorari, qua cæleſti vi primus motus fuerit excitatus. Et quia primū motum ſequitur ſucceſſio mutationum, niſi impediant accidentia: manifeſtum eſt, non tantum præcognitionem futurorum euentuum haberi poſſe, ſed & viam præcognitionis delineatam eſſe. Quæ ſane via, ſi conſtituta eſt veterum Aſtrologia, quæ à Ptolomæo potiſſimum in Quadripartito nobis eſt propoſita, fidem ei detrahere non poſſumus, niſi experientia noſtra conuincat contrarium. Nam rationibus, quas de rebus imaginati ſumus, non quas ex rerum ſingularium ſecundum ſpecies intuitu deduximus, falſi arguere diſciplinas, peruerſum, & fallax eſt ſtudium, non dignum Philoſophis. Ac certum eſt, non defuiſſe illis primis artificibus, quos Ptolomęus conſtituit Ægyptios, ex quibus ipſe ſuam quoque Aſtrologiam extruxit, media neceſſaria, quibus ad artis conformationem fuit opus, ſcientiam nimirum Phyſicæ, & Aſtronomiæ, diligentiam maiorum ſuorum & propriam in obſeruationibus ſingularium, occaſiones accommodatas ad perfectas cœli, & aeris obſeruationes, iudicium rectum in procedendo, animum denique ad præclare de poſteritate merendum propenſiſſimum: vt iniquiſſimi cenſendi ſimus, qui noſtris moribus, & conditionibus illos fuiſſe iudicemus. Sed de certitudine ſatis.

Ad vſum quod attinet, eum multis referre non eſt opus. *Vniuerſa enim vita noſtra abunde teſtatur, Aſtrologiam ſumme vtilem eſſe: quippe ad præcauendum quæ ob futura, aſſequendum quæ profutura ſunt, maximam vim obtinet; vt quæ doceat præcognoſcere mutationes, quæ in his inferioribus e venturæ ſunt: item quæ in corporibus noſtris ſecundum ſanitatem, ægritudinem ac mores eueniunt: Ac tandem in iis contingunt, quibus vt alimentis ad vitam tuendam, & medicamentis ad ſanitatem procurandam, vtimur. Addo quod Aſtrologia in pias orationem & pietatis ſtudium excitet: quandoquidem mala, quę ab aſtris ſignificantur, non ſunt edicta pretoria, ſed vitari & declinari pleraque præcautione, & ſtudio poſſunt. Efficit quoque vt res aduerſa moderatius ferautur, nec repentino inſultu perturbent ac deiciant animum: Secunda vero non nimium inſolentes nos reddant. Trauiſa enim bona non faciunt natum aliis intolerabilem, & amicis ac affinibus moleſtum. Ad extremum ſummam voluptatem in humanis mentibus concitat. Nihil enim iucundius eſt animo beluinis voluptatibus non corrupto, quam mirabiles effectus ſyderum in his inferioribus corporibus cognoſcere.*

De utilitate Aſtrologiæ. Ptol. lib. 1. c. 3. quadrip. Prol. ſent. 5. Cent. & ſent. 8.

Diuiditur autem ars hæc Aſtrologica in duas partes; quarum prima generalis, *ſtellarum & locorum ſignificat proprietates, tum quę per ſe inſunt, tum quę pro loco, tempore & ſitu conſequuntur, proponit, atque ita fundamenta ſternit futuri iudicii.*

Altera Specialis, *in duo membra diſpeſcitur, quorum primum euenta, quę pluribus ſunt communia, ratione locorum aeris, aquę, ac aliarum circumſtantiarum explicat: atque ita quomodo generale* προγνωστικὸν *conſtituendum ſit, docet. Alterum membrum iudicium Genethlialogicum continet, oſtendens quę ſingulorum hominum ſint temperamenta, quęque temperamenta ſequantur accidentia: vt robur, imbecillitas, aptitudo ad has vel illas ægritudines, inclinatio ad certa ſtudiorum, actionum, morum & affectuum genera, & his ſimilia. Nos quatuor membris omnia proponemus: Ac in primo fundamenta Aſtrologię declarabimus. In ſecundo prognoſticum generale tempeſtatum. In 3. iudicium generale Natiuitatum*

Partes Aſtrologiæ duæ, vna generalis quæ fundamenta tradit. Altera ſpecialis, quæ vel Prognoſtica tempeſtatum, vel iudicia Genethlialogica proponit.

tatum. In 4. iuditium ſpeciale ſumtum ex tranſitu, profectione, directione, reuolutione, & ſimilibus.

Ad hęc omnia recte intelligenda & ad vſum transferenda, neceſſaria eſt, vt paulo ante diximus, teſte etiam Cardano ſegm. 1. Aph 33. poſt Aſtronomiæ ſtudium, quod motuum cœleſtium leges nobis explicat, & baſis eſt futuri iudicii, Rerum naturalium cognitio, & eius præcipue partis, quę de qualitatum commixtione, & cauſſis generationum & corruptionum agit; qua nulla in Phyſicis nobilior, nulla difficilior eſt: Quod quoque Ptolom. ſent 7.: Centiloquii bis verbis demonſtrat: Non poteſt, inquit, quiſpiam, ſtellarum mixturas percipere, niſi naturales prius differentias mixturasque cognouerit. Nec diſſentit Hermes ſent. 5. Centiloquii. Et Card. 3. Aph 155. dicit: Aſtrologi vt diuinatores, peſſimi homines ſunt, deceptores ac malorum morum: Philoſophi naturales, veritatis ſtudioſi & probi. Ob hęc Aſtrologus tantum verax eſt & probus, quantum in ſua diuinatione adhęret principiis Philoſophię naturalis.

In quibus Aſtrologũ verſatum eſſe oportea t ſi dextre iudicare velit.

Taxantur qui in triuio Aſtrologica proponunt.

Merito igitur reprehendendi ſunt illi deceptores iuuentutis; qui Aſtrologica turpis lucri cauſſa & vt ipſi ſaltem præcepta eò commodius repetãt, & ſibi familiaria faciant, in triuio pueris vel adoleſcentibus proponunt, quibus admini cula deſunt, nec dum iudicium vllum eſt, ad rimandas, & dijudicandas cauſſas & rationes variarum in natura actionum, quod Simiæ caput fundamenta ipſa nequaquam intelligens parum attendit. Quanquam & hoc fatendum ſit, requiri ad feliciter exercendam Aſtrologiam vim quandam inſitam, & naturalem quaſi ad diuinandum impetum. Vt enim bonos Poetas ars ſola non efficit, plurimumque in iis natura valet: ſic nec ſolæ præceptiones Aſtrologum perficiunt, ſed requiritur præter artẽ exercitatio, & naturalis quidam inſtinctus; quandoquidem generalibus prædicendis ſcientia & exercitatione inſtruimur; Particularia vero diuino tantummodo afflatu concitati vaticinantur: Id quod Ptol. confirmat ſent. 1. Cent. his verbis: A te, & a ſcientia; Fieri enim nequit, vt qui ſciens eſt, particulares rerum formas pronunciet, ſicut nec ſenſus particularem, ſed generalem quandam ſuſcipit ſenſibilis rei formam: Oportetque tractantem hæc rerum coniectura vti. Soli autem numine afflati prædicunt particularia. Idem quoque Manilius teſtatur lib. 2. Aſtron. dum dicit: *Hęc quoque fatorum eſt leges prædicere fati*. Et Card. 1. Aph. 22. Eſt a. quoddam ſupercœleſte, quod hominem ad diuinandum iuuat: Et 4. ſent. Gentil. Ptol. Anima ad cognitionem apta, veri plus aſſequitur, quam qui ſupremum in modum ſe in ſcientia exercuit.

In Aſtrologo requiritur naturalis inclinatio ad diuinãdum.

PRIMVM MEMBRVM.

De principiis ſeu fundamentis Aſtrologiæ

Caput I.

De proprietatibus ſeu viribus Planetarum.

Stellæ igneæ.

STellæ, quas igneas ſtatuimus, ex luce, & colore flammeo, *quę ſpecies quædam ſunt ignis, vt dixit Plato in Timæo*; ex calore, *quo hæc inferiora, vt terram, aquam & aerem ſua natura frigida calefaciunt*; & denique ex penetran-

netrante actione, qua vſque ad centrum ferè terra agunt; duplices ſunt, Erraticæ, & fixæ, vt in præcedenti parte c. 1. monuimus. Cum vero præcipua vis in agendo, & mutando hæc inferiora, conſiſtat in 7. erraticis, & reliquæ ad modum harum actiones ſuas exerceant, de his primo loco agemus. Colliguntur autem vires Planetarum ſex potiſſimum modis.

1 De natura Planetarum iuxta 4. primas qualitates

Primo dum natura ſingularum, quam quæuis per ſe obtinet, conſideratur, Ptol. lib. 1. quad. cap. 4. & Albumaſ. cap. 1. lib. iuxta 4. Introd. magni.

☉ Solis enim natura, quam ſenſibus percipimus, eſt 1. potenter calefacere, non tam ob magnitudinem, qua 166. maior eſt terra, vt demonſtratur apud Ptol. lib. 5. Almag. cap. 17 ex proportione quintupla ſeſquialtera diametrorum, cum aliàs ex remotione nimia adeo imminutus deprehendatur, vt vix pedalis appareat: quã ob potentiam ſeu robur ſyderis. Eſt enim fons caloris & lucis: Et 2. paululum exſiccare, Viuificus enim eius calor eſt, & non vehementer ſiccus, quoniamque humido iungitur.

☽ Lunæ natura eſt plurimum humectare, ob propinquitatem terræ, ex qua humidaſ exhalationes ſine impedimento educit & madefacit aerem: 2. & parum calefacere, ob Solis illuſtrationem. Neque enim propria ſed Solis luce eaq; diſſimili, pro vt propinquior vel remotior eſt a Sole ſingulis menſibus fulget, & quò lux mutuaticia minor eſt, eò & minus calefacit; minuſque humectat. Saturni.

♄ ♄ eſt primo valde frigefacere, cum quia a Solis calore & radijs longiſſime diſtat, iuxta Ptol. cap. 4. lib. 1. quad. tum quia minorem habet, quam quæ homini conuenit caliditatem, iuxta Card. in eundem locum comment.; Etſi igitur omnia aſtra ignea & calida ſunt; tamen quia ♄ calor omnium minimus eſt, ſequitur cũ in aere ſua natura frigido, potius frigiditatem excitare, dum aliarum ſtellarum vires impedit. Lunæ igitur iunctus frigiditatem auget, præſertim hyeme & primo vere. 2. parum exiccare; Plurimum enim ab humido terræ diſtat, & ob paucitatem caloris ſui vapores humidos comprimit.

♃ Iouis eſt, 1. calefacere mediocriter, quia medius inter ♄ & ♂, & ob conuenientem diſtantiam, a Sole mediocriter validos excipit Solis radios: 2. humectare nonnihil: quia cum plurimum luminis habeat, vapores attrahit humectando, moderate tamen, cum longius a terra abſit. Hinc quia calefaciendi vis humectationem aliquantulum ſuperat, fœcundus etiam cenſetur

♂ Martis eſt 1. exiccare & areſacere: 2. in calefaciendo vrere. Nam & Soli vicinior, & denſioris ſeu craſſioris ſubſtantiæ eſt, id quod rubedo innuit.

♀ Veneris eſt 1. temperate calefacere, & plus quidem Ioue, iuxta Ptol. quoniam & Soli vicinior eſt, & copioſam lucem habet, vt & vmbram gignat. 2. multum humectare. Vicina enim terræ magnam humidarum exhalationum copiam attrahit, cum veſperi quando Heſperus, tum mane quando Lucifer dicitur.

☿ Mercurij tandem eſt indifferenter agere. Modo enim Soli vicinus exiccat, modo Lunæ aſſiſtens humectat. Per ſe tamen ſubitarum mutationum cauſſa eſt, quandoquidem & ſitum & motum variè variat.

2 de natura Planetarum iuxta bonitatẽ, & maliciam.

Secundo dum reſpectu conſtitutionis noſtræ virtutes illarum expenduntur. Quia enim natura noſtra conſiſtit in κράσει quatuor Elementorum, prædominante tamen calido, ad cuius prædominium vis actionis, quæ vita eſt, conſequitur: Et a ſimilibus conſeruantur ſimilia, à contrarijs vero intereunt: Sequitur amicos & beneficos Planetas eſſe ♃. ♀ & ☽, qui temperate agunt in calefaciendo & humectando; ſed ita tamen, vt ♃ quia in illo calor humido perfecte dominatur, Fortuna maior: Venus ob humidi copiam, Fortuna minor ſtatuatur. Luna

Boni

ob calo-

Digitized by Google

Mali

ob caloris paucitatem humidiq; exuberantiam parum quidem benefica, at lumine plena maxime benefica cenſetur. Exitiales verò & malefici Planetę ſunt ♄ & ♂; quandoquidem exiccando & frigefaciendo oppugnant vitę noſtrę principia. ♄ tamen Infortunium maior; ob qualitates ambas vitæ contrarias, Mars minor dicitur, ob exceſſum ſiccitatis & caloris. Sol & ☿ ancipitis ſunt natura, quod pro occaſione nunc maligni nunc benigni fiant. Mercurius enim cuicunq; ſuas adiunxerit vires, eum in actionibus ſuis roborat & adauget: vnde cum bonis bonus, cum malis malus ſtatuitur. Sol vero quia cęteris Planetis iunctus eoſdem comburit & lumine ſuo impedit, fortunatorumq; benefica decreta fruſtratur, dum eorum occultat radios & lucem quaſi extinguit, ac maleficorum noxias vires fouet & intendit; hanc ob cauſam maleficus potius cenſeri debet; tametſi quando alicui fortunę per conuenientem aſpectum copulatus eſt, maxime omnium beneficus indicatur. Idem dicit Haly de iudic. aſtror. part 1, cap. 4. Sol fortunat aſpectu ſuo, at coniunctione corporali detrimentum & infortunium adfert.

Indifferentes.

3. De Planetarum ſexu; Ptol. li. 1. quad. cap. 5.

Tertio dum reſpectu ſexus noſtri, alij Planetarum maſculini, alij fœminini dicuntur. *Etſi enim DEVS, ſtatim in primo creationis exordio, naturam noſtram & aliorum animantium gemino hoc ſexu diſcreuit, eandemque diſcrepantiam adhuc conſeruat, in qua marium maior, fœminarum minor vis eſt, & mares ad agendum, fœminæ ad patiendum habiliores ſunt: tamen cum naturæ motus à cæleſtibus cauſis quodammodo conſtringantur & definiantur, non videntur diſſentanea ab experientia & communi Aſtrologorum conſenſu, inprimis præſcripto Ptol. cap. 5. lib. 1. Quad. tradere, qui & Planetas hoc modo diſtinguunt. Primum vero ipſa duo luminaria ſexum dirimunt, vt ☉ ad maſculinum, propter calorem & ſiccitatem; ☽ ad fœmineum ſexum, propter humiditatem inclinet. Poſtea ♄ ♃ & ♂ maſculinę ſtatuuntur naturæ; quandoquidem vim ſiccandi maiorem quam humectandi acceperunt: In ipſoq; Ioue calefaciendi vis, humectandi: In ♄ frigefaciendi vis, ſiccandi ſuperat virtutem. ♀ fœminę naturę ponitur. Humectandi enim in ea vis calorem excedit: Mercurius denique vtriuſq; particeps eſt, cum nullam habeat propriam naturam, ſed perpetuo adſtipuletur alijs.*

Sol & Luna principaliter ſexũ diſcernunt. Poſtea ♄ ♃ & ♂ maſculinę sũt naturæ. ♀ fœmineæ. ☿ ancipitis naturę.

4 de auctione, & diminutione virium Planetarum, ratione ſitus ad Solem. Ptol. lib. 1. cap. 5.

Quarto dum reſpectu poſitus ad Solem vel horizontem examinantur. *Nam 1. a Sole* maſculeſcere, *augeri lumine, & fortiores fieri dicuntur Planetæ, quoties mane ante Solem oriuntur, & Orientales ſeu matutini ſunt; vel vt explicatius dicam, quam diu in Zodiaco contra ſignorum ordinem facta numeratione a Sole minus diſtant ſex ſignis, atq; ita Sol ipſos ſecundum ordinem ſignorum antecedit, ipſi ſequuntur, Veluti Sol ſit in ♊ vel ♋. Planeta in ♈ vel ♓.* Effœminari *vero, minui lumine & debiliores fieri, cum poſt occaſum ☉ apparent, & occidentales ſeu veſpertini ſunt, vel quam diu in Zodiaco ſecundum ſ. ſ. facta numeratione a Sole minus diſtant 6. Signis, atq; adeo ipſi in eodem ſignorum ordine Solem præcedunt, Sol ſequitur. Veluti Planeta exiſtat in ♌ vel ♍, Sol in ♉ vel ♊. Atq; hoc diſcrimen non male ab Aſtrologis inprimis Ptol. cap. 5. lib. 1. quad. & Album. cap. 8. libr. 4. Introd. magni conſtitutum eſt. Nam matutini è Solis radijs emerſerunt, vimq; ſuam ſeſe Solis radijs eximendo potentius exerunt: quandoquidem & de nocte oriuntur, & ſplendorem atq; efficaciam maiorem edunt, & dextri appellantur, Album: in 7 libr. Introd. magni. Veſpertini vero humiditatem ☽ ſequuntur, & in radios ☉ incurrentes magis ac magis debilitantur: quandoquidem & de die oriuntur, & Solis præſentia offuſcati aerem minus afficiunt,*

teſte

teſte Cardano in com.ſiniſtriq; Albumaſari vocantur. Quod vero hęc potiſſimum de tribus ſuperioribus accipi debeant, conſtat paſſim ex Aſtrologis, ipſiſq; adeo Aſtronomiæ præceptis. Augentur ♄ ♃ & ♂ lumine cum Sol velociore motu ab ipſis recedit, ipſiq; a res motioribus locis ad viciniora nobis deſcendunt. Minuuntur, cum à propinquioribus terræ locis ſurſum tendunt, & Sol ipſis magis ac magis appropinquat. Contrarium obſeruant inferiores. Hi Veſpertini, lumine augentur, & quaſi maſculeſcunt: Matutini, lumine minuuntur & effæminantur.

Reſpectu horizontis, *quo circulo quaſi termino vniuerſa ſingulorum in nos efficacia que concluditur, Maſculeſcere & efficaciores dicuntur Planetę, iuxta Ptol. cap. 5. lib. 1. Quadr. quicunque ab horizonte ortiuo vel occiduo deducuntur ad Meridianum ſupra vel infra terram. Effæminari vero, quicunq; vel à meridiano ſupra terram ad horizontem occidentalem, aut etiam à meridiano infra terram ad ortum feruntur: vel quod Planetę ab horizõte ad meridianum in vtroque ſitu rectiores; inde vero verſus horizontem obliquiores acquirant aſcenſiones: Vel quod verſus cor & imum cæli ab horizonte procedētes ob directiorem ſemper & minus refractionibus vaporoſis impeditam conſtitutionem, maiorem: inde vero ab obliquiorem & ſe ſe magis ac magis refractionibus immergentem poſitum, minorem efficaciam & virtutem edant.*

Et ratione ſitus ad horizontem.

Quinto dum reſpectu conditionis ſeu temporis diſcernuntur. *Quia enim homines in luce verſantes ad actiones propter oportunitatem feruntur, calore & actrice vi in illis vigente: in tenebris vero humiditate prędominante, ad quietem magis conuertuntur: horum motuum quoq; cauſſa, alij ex Planetis diurnis, alii nocturni appellantur. Diurni quidem ☉ & ♃, Nocturni ☽ & ♀: Mercurius promiſcuus conſtituitur: Ptol. lib. 6. quadr. & Album. cap. vlt. lib. 4. Introd. mag. Solem enim diei: Lunam nocti Deus ipſe prefecit, vt eſt cap. 1. Geneſ. verſ. 16. Deinde Iupiter ab Aſtrologis die lætari dicitur, vimq; maiorem de die habet, propter temperatam κρᾶσιν, in qua calor dominatur humido. Venus vero cum ea temperie conſtet in qua, vt in noctis qualitate, calor maxime ab humido vincitur, noctis quoq; vmbra gaudet. Mercurius vtriuſq; eſt naturæ: Diurnus quidem in matutino exortu, cum Solem antecedit; quandoquidem ea regio propter ☉ acceſſum incaleſcit fitq; aridior, quę qualitates diei ſunt: Nocturnus vero in veſpertino occaſu, cum Solem ſequitur; ſiquidem veſpertina regio ex receſſu Solis ab ea fit frigidior & humidior, quæ qualitates noctis ſunt. Sunt autem hęc omnia ita accipienda, vt diurnus intelligatur, vel de die, vel ſupra horizontem: Nocturnus vel de nocte, vel infra horizontem.*

5 De diurnis & nocturnis planetis Ptol. lib. 1. quadrip. c. 6.

☉ ♃ diurni ſunt Planetæ.

☽ ♀ nocturni.

☿ ambigous eſt

Poteſt enim poſitus Planetę iuxta Card. com. in 33. text. lib. 1. quad. Ptol. 8. modis iuxta hanc & pręcedentem a Sole deſumtam differentiam variari: 1. In die ſupra terram Orientalis; Et ita ♃ optime; ♀ peſſime conſtituitur. 2. In die ſupra terram Occidentalis: Et ita nec ♀ nec ♃ bene ponuntur, 3. In die infra terram Orientalis; qui poſitus cum priori conſentit. 4. In die infra terram Occidentalis & ita ♃ male ♀, bene collocatur. 5. In nocte ſupra terram Orientalis, & ita ♃ bene ♀ male diſponitur. 6. in nocte ſupra terram Occidentalis, & ita nec ♃ nec ♀ bene conſtituuntur. 7. In nocte infra terram Orientalis, qui poſitus priori reſpondet. 8. in nocte infra terram Occidentalis, & ita optime ♃ peſſime ♀ ſeſe habet.

Maleficis neutra hæc tribuitur differentia per ſe. Quia enim vi ſua, naturali potius.

Maleficis quoque neutra tribuitur differentia per ſe, ſed alia de cauſa.

tius obſiſtunt motui & quieti, quam quod hæc duo promoueant, nec promouent, niſi quatenus contraria vi ipſorum temperatur malitia: Ideoq; Saturno conditio diurna tribuitur ad frigus ipſius temperandum, quoniam in mala mixtione ſemper deteriores qualitates contrarijs emendare conuenit, quo minus noceant. Marti verò conditio nocturna aſcribitur ad caliditatem & ariditatem ipſius tẽperandã.

6 Remotiores Planetæ minus, propiores magis efficaces ſunt.

Sexto dum conferuntur ad proprios ſuos orbes, Eccentricum & Epicyclum, *in quibus aſcendere, deſcendere, in apogeio & perigeio eſſe, tardi, veloces, mediocres curſu, directi, ſtationarij & retrogradi dicuntur, & pro poſitus ac motus ratione vires immutant. Omnes enim Planetæ, iuxta Eccentrici, & Epicycli apogeium puriores, meliores & feliciores exiſtunt; quia a terra remotiores & ſtellis fixis proximiores ſunt, tametſi minorem efficaciam habeant, & aerem minus moueant. In oppoſito autem augis non tantum deteriores, ſed & robuſtiores ſunt, aeremq; validius turbant. Omne enim agens naturale tanto validius agit, quanto proximius eſt paſſo. Id quod & Card. 7. Aph. 156. oſtendit, dum inquit: Omnis Planeta quanto magis eſt terræ propinquus, eo impreſſiones celerius recipit. Cum vero Planetæ fuerint iuxta longitudines medias, nihil ex hoc ſignificabunt, niſi mediocritatem quæ inpluribus optima eſt, 7. Aph. 155. Sed hoc in Luna minime accidere experientia comprobat. Ea enim quia cum terra magnam cognationem habet, eidem in oppoſito Epicycli viciniſſima, vbi & velocioris eſt curſus, non ſolum robuſtior, ſed & melior & purior eſt. In auge vero Epicycli vbi tardioris curſus & remotior à terra eſt, non modo debiliores, ſed & turbatiores edit effectus.*

Lunæ in ſingulis quartis effectus.

Ac in ſpecie iuxta cap. 7. libr. 1. quad. Ptol. Luna à ☌ ad quadraturam primam humida magis eſt quam calida, perinde vt corpus recens natum humidiore & puriore conſtat ſubſtantia. A prima vero quadratura ad ☍ calida magis eſt quam ſicca, propter abſumtionem humidi & incrementum caloris: Ab ☍ ad ſecundam □ ſicca magis quam frigida: Et a ſecunda □ ad ☌, frigida magis quam humida. Sic reliqui Planetæ cum Sole exiſtẽtes & radijs ☉ oppreſſi q; extra omnem ſtatum ſunt poſiti, & nullas vires obtinent; A matutino vero exortu ad ſtationem primam. ♄ ♃ & ♂ plurimum humiditatis habent. A ſtatione prima ad medium retrogradationis, vbi ἀχρόνυκτοι ſunt & Soli opponuntur, calefaciunt propter abſumtionem humidi & incrementum caloris. Ab oppoſitione ☉ ad ſtationem ſecundam deſiccant; Inde ad occultationem frigefaciunt. Atq; has vires exercent quidem ſingulæ in circumfuſo nobis cœlo; Eaſdem vero multis quoq; modis variãt, dum, permiſtę ſimilis aut diſſimilis naturę ſtellis, potentiores vel impotentiores euadunt, præualent, vel inferiores ſunt. Semper enim contraria retundunt inuicem vehementiam virium ſuarum, quemadmodum ſimilia promouent.

Caput: II.
De ſtellarum fixarum proprietatibus.

P*Roximum poſt Planetas locum in agendo & mouendo hæc inferiora, obtinent ſtellæ fixæ, quanduam minorem habeant vim, quam Planetæ; cum & remotiores ſint à terra, extremam in mundo habeant ſedem, & tremulo micent lumine. Ac deprehenſa eſt harum virtus per experientiam æque ac Planetarum: Quemadmodum enim luminarium operationes primo conſtant omnibus: Deinde animaduerſum eſt, luminarium vires multipliciter variari, ex reliquorum Planetarum*

netarum cum ipſis configuratione & poſitu: Sic ſtellarum fixarum quoq; natura, ex varietate operationum luminarium, deprehenſa eſt, quandoquidem alia atq; alia efficiunt dum accedunt & recedunt, vel alio modo configurantur cum fixis. Etſi vero nouis prorſus differentiis non diſcernantur a Ptol. cap. 4. lib. 1. Quadr. ſed iuxta Planetarum naturas, quas ſplendore & colore ſuo referunt, vnde & denominantur, operationes ſuas potiſſimum exerceant; ita vt rubeæ & fuſcæ, ſiue ſplendidæ ſint ſiue non, Martis naturam habeant, & vrant atq; fortiter exſiccent: Plumbeę Saturni frigefaciant, & gelu ac grandines afferant; Candidę & ſplendidæ Iouis moderate calefaciant, ſalubres ſint, & nonnihil humectent, nonnunquam etiam tonitrua efficiant: Candidiſſimæ & ſplendidiſſimæ ♀ multum humectent, & nonnihil calefaciant: Candidæ pallentes & hebetis luminis ☽ ſimiliter copioſe humectent parum calefaciant: Claræ valde ſplendidę & modice rubentes, ☉, copioſe calefaciant, & paululum exiccent: Cinereę ſplendidæ & q. nutantis coloris, ☿ dubias qualitates moueant: Obſcuræ ♄ & ☽ frigefaciant, & aliàs humectent, aliàs exſiccent, ac nebulas, interdum etiam grandines producant: Nebuloſę ac maculoſæ ♂ & ☽ imbres cieant, &c. quam ob cauſſam quoq; Ptol. in dicto capite in quo ex profeſſo de ſtellarum fixarum viribus agit, hoc vnicum præſtat, vt cuius Planetæ, vnius ne vel plurium, naturam ſtellæ fixæ in imaginibus referant, exponat; quod, ipſum etiam Stadius in tab. Bergenſ. c. 14. ſeu vlt. com. de ſtellis fixis facit, & Card. c. 7. & 8. ſuppl. Alm. noſq; ſupra in 2. parte c. 5. idem fecimus: Sciendum tamen vires ſtellarum fixarum & tribus hiſce differentiis diſcerni, quas notat Card. in com. ad allegatum caput Ptolomæi. 1. Magnitudine. Quæcunq; enim maiores ſunt, illæ & maiorem, quæ minores illæ imbecilliorem vim habent. 2 Lumine: Faciunt omnia illuſtria ſiue bona ſint ſiue mala, quæ lucidum habent lumen: Tenebroſę obſcuritatem mentis & intellectus; aliorumq; effectuum afferunt. Sic quę denſum habent lumen, efficaciores ſunt; quæ rarius, debiliores: Et quę plurimum ſcintillant, vt Canicula, magnas conturbationes efficiunt, maria agitant, mentes hominum inquietas reddunt: 3. Loco. Primo namq, robuſtiſſimæ ſunt, quę in Ecliptica fere conſtituuntur: vt Aſellus Auſtrinus in ♋ de natura ♂ & ☉, cuius vis eſt æſtum intendere; Dextrum genus ♌ & Cor ♌ de natura ♂ & ♃, quarum vis eſt, aerem incendere ad corruſcationes, & tonitrua: In extremo alæ ſiniſtræ ♍ de natura ☿ & parum ♂ quę aerem vehementer agitat ventis. In dorſo ♑ antecedens de natura ♂ & ☿, quæ quoque impetuoſa exiſtit &c. Hę enim omnibus Planetis atque ipſi Soli iunguntur. Proximum his robur habent, quæ intra tertium latitudinis gradum cohibentur. Corpore enim omnibus Planetis pręterquam Soli iungi poſſunt. Hinc quę intra tertium & 5. latitudinis gradum conſtituuntur, vt quibus ☽ cum Marte & Venere copulari poteſt. Ad extremumque intra 5. & 8. grad. latit. exiſtunt, vt ad quas Mars, & Venus ſed rarius accedunt. Secundo, Stellę quę Septentrionalem latitudinem vel etiam declinationem habent efficaciores, nobis Septentrionalem polum eleuatum habentibus, ſunt, quam quæ Auſtralem latitudinem vel declinationem habent. Tertio Quę quoque ſupra verticem alicuius regionis vel ciuitatis ſunt, ita vt declinatio illarum latitudini regionis vel ciuitatis exacte reſpondeat, atque inde verticales dicuntur, illæ iuxta Card. cap. 10. ſuppl. Alm. & Stad. cap. 4. com. de ſtellis fixis, plurimum in illa poſſunt, & maximæ efficaciæ ſunt: quæ autem remotæ ſunt, tanto minus poſſunt, quanto plus a vertice remouentur. Quarto Sic-

Stellæ fixæ agunt iuxta Planetarum naturas quas referunt.

1 Agunt ratione magnitudine.
3 Ratione luminis.

4 Ratione loci. & ſitus.

1

2

3

4

quæ cum aliquo Planeta iunctæ ſunt in longitudine, aut etiam cum Planeta oriuntur, occidunt, vel medium cœli tenent, plurimum poſſunt, vimque illius exhibent, cum quo verſantur. 5 *Vltimo ex fixis quæ proximæ Zodiaco exiſtunt, vel ob fulgoris maieſtatem, vel auguſtum luminis ſplendorem, & hinc euentuum efficaciam, vel ob magnificam & ſplendidam dignitatem quam decernunt Regiæ vel Bebeniæ dicuntur, & numerantur a Stadio cap. 8. com. de ſtellis fixis quatuor: Virgiliæ, Palilicium, Regulus & Cor ♏. Sed Cardan. cap. 7. & 8. ſup. Alm. 15. numerat: In ♉ tres, vnam ex pleiadibus, quæ eſt præcedentis lateris Boreus terminus 5. magn: duas ex hyadibus, Priorem 3. magn. quæ eſt inter nares & Boreum oculum, Poſteriorem oculum ♉ Palilicium. In ♊ vnam, Caput ſequens ♊ quod dicitur Hercules. In ♌ vnam Cor ♌. In ♍ vnam Spicam quæ Græcis dicitur. In ♎ vnam, luminoſiorem lancis Meridionalis. In ♏ tres, 1. vltimam lucidarum frontis ♏: 2. Cor ♏: 3. Extra formam ab aculeo in boream vergentem. In ♐ vnam, quæ eſt Auſtralior arcus ♐: In ♑ tres, 1. Auſtraliorem in ſequenti cornu ♑ 3. magn. 2. quæ eſt ſequens in rictu 6. magn. 3. quæ eſt antecedens duarum in cauda ♑. Et tandem tibiam dextram ♒.*

Caput III.
De ſignorum Zodiaci proprietatibus.

Stellis quidē potior efficacia tribuitur. Dodecatemoria tamen zodiaci etiam non plane negligēda ſunt. Stellæ fixæ ſedes ſuas in ſignis mutarunt.

E*Tſi omnis cœli efficacia, & efficaciæ differentia lucidis ſtellarum globis, vt a quibus principaliter prouenit, aſcribitur: tamen negare non poſſumus, eſſe & aliquam alijs cœli partibus proprietatem & vim, quandoquidem eam viciſſitudo temporum luculenter demonſtrat. Docet a. hæc viciſſitudo, zodiacum, ſub quo Planetæ latiore via perpetuo verſantur & oberrant, q. digito oſtendere pleraſque in inferioribus mutationes, non tantum in tempeſtatibus, ſed & genituris. Eum igitur, vt nunc in ſuis partibus & varijs diſtinctionibus perpendamus, operæ pretium eſſe videtur. Cumq; in primo capite præcedentis partis ſatis ſufficienter oſtenſū ſit, quare ſecundum longitudinem in 12. partes æquales, quæ ſigna vocantur, diſtributus ſit, & quare ab ♈, ſeu puncto æquinoctij verni numerationis initium fiat, quæ & copioſe comprobat Albumaſar lib. 2. Introd. cap. 2. 3. & 5. hoc iam ante diuiſionem ſignorum conſiderandum nobis supereſt, promotas eſſe imagines ſignorum, quas Aſteriſmos appellamus, a Ptolomei temporibus in longitudinem ad multos gradus, vt nunc non reperiantur in illis locis ſignorum, in quibus tum fuerunt. Et quia natura ſtellarum eadem manet; eo ſane modo de ſignis Zodiaci non ſtellatis, quæ dodecatemoria paſſim Ptolom. dicuntur, iudicandum erit, vt neutiquam virtus aſteriſmorum negligatur. Ex his enim ad illa collatis diſpoſitio cœli euidentius cognoſcitur, & accuratius ac certius iudicium de futuris euentibus depromitur. Quanquam & hoc fatendum ſit, quod ſi ſtellæ ♈ promoueantur in ♎, & ♎ in ♈, conuenire tamen tempora anni iiſdem zodiaci ſignis non ſtellatis, nec transferri ad alia atque alia ſigna vt ſtellæ. Ad zodiacum ergo non ſtellatum, qui reſpectu terræ & æquatoris conſideratur, quod attinet, eius a Sole peragratio tempus nobis definit, quod annum appellamus, cuius partes vt 4. ſunt, ver, æſtas, autumnus, & hyems, ita ipſius quoque zodiaci quatuor quadrantes recte conſtituuntur.*

Solis motus per zodiacum, annum eiuſque partes deſcribit. Vt 4. ſunt anni partes, ita 4. anni quadrantes.

De anni partibus vt primum agamus, docet Ptol. cap. 9. lib. 1. quadr. Album. cap. 5.

Digitized by Google

cap.5. ſecundi lib. Introd. & extra omnem controuerſiam eſt, **Ver** *humidiſſimum* Ver
eſſe & nonnihil calidum, propterea quod Sol a remotiſſimo ſuo a vertice noſtro diſ-
ceſſu ad nos per obliquum circulum rediens, omnem illam humiditatem, quæ hye-
mis frigore erat conſtricta, reſoluat, caloremque quendam excitare incipiat. Ac
licet Medici diſſentire videantur, qui ver temperatum faciunt; intelligendum ta-
men id ſolum de qualitate, cum nos loquamur de ſubſtantia vel quantitate humi-
di, quod in vere copioſſiſſimum eſt, cum aliàs qualitate temperatum, non vt hye-
mis humidum crudum ſit, atq; ideo non ad putrefactionem ſed generationem, calo-
re viuifico ☉ id ſuo aſcenſu elaborante & ſubigente, accommodatum ſit & fera-
tur. Poſtea Aeſtas *calidiſſima eſt & ſicca, quod calor eo tempore intendatur, om-* Æſtas
nemq; humiditatem diſſoluendo abſumat. Autumnus *ſicciſſimus & frigidus, quod* Autumnus
omnis humiditas in æſtate abſumta nihil autumno relinquat, & calor ipſe, diſce-
dente à vertice noſtro Sole, ſubinde remittatur. Hyems *tandem frigidiſſima, &* Hyems
humida eſt, quod tempore natura ad nouam humidi regenerationem tendat, vt de-
currentem hyeme, vere rurſus redire poſſit, ortuſq; & interitus hoc modo in cir-
culum agantur. Ortus namq; procedunt ex humido tanquam materia; ſed dum
calor potentiam humidi exſiccando in actum producit, humidum formæ cauſſa per-
mutat ſicco, quod nulla poſſit eſſe conſiſtentia niſi ſicci corporis. Ad humidi au-
tem generationem confert frigus, dum colligit & cogit partes in ſeſe, vt nihil te-
nuioris ſubſtantiæ exhalet, ſed intus condenſetur, reſoluaturq; in aqueam naturam.

Atq; hanc viciſſitudinem non tantum quatuor anni tempora, ſed & ætates vi-
uentium obſeruant. Videmus enim prima ætate humidi actum prævalere, quo par-
tium incrementum acquiratur; Secunda ætate caloris vim permutato humido in
ſiccum actuoſiorem euadere; Tertia defectu humidi calorem diminui & ſiccita-
tem dominari; Quarta tandem prævalente ſiccitate frigus ſuccedere. Quatuor er- Quatuor zodiaci
go, qui ex motu ☉ annuo in zodiaco determinantur, ac temporum nominibus de- quadrâtes
nominantur quadrantes, ita ſe habent; vt Primus Vernus *hæc tria ſigna ♈ ♉ &* 1. Vernus
♊ complectens, ſit in qualitatibus, inſtar veris, humidus & calidus, inſuper ſan-
guineus & ætati puerili conueniens.

Secundus æſtiuus, ♋ ♌ & ♍ *continens, ſit calidus & ſiccus Cholericus, Iu-* 2 Æſtiuus.
uenili ætati dominans. Tertius Autumnalis, ♎ ♏ & ♐ *comprehendens, ſit ſic-* 3 Autumnalis.
cus & frigidus, melancholicus ac decreſcens, virili ætati præſidens.

Quartus hybernus ♑ ♒ & ♓ *continens ſit frigidus & humidus phlegmaticus,* 4 Hybernus.
& ſenili ætati congruens.

Secundo *diuidunt zodiaci ſigna 12. Ptolomæo cap. 10. lib. 1. quadrip. & Al-* 2 Diuiſio
bumaſari cap. 6. & 7. libr. 2. Introd. in Cardinalia ſeu mobilia 4. *quarum duo* zodiaci in
♈ & ♎ æquinoctialia ſunt, in quibus dies & nox æquantur, & aer quaſi medio ſigna Car-
modo ſe habet in calore & frigore: Duo ♋ & ♑ Solſtitialia, in quibus Sol τρόπας dinalia.
facit: In illo deſcendendo à vertice, vbi aer calidiſſimus eſt: In iſto aſcendendo ad
verticem, vbi aer frigidiſſimus exiſtit. Fixa ſeu firma *ſimiliter quatuor, ♉, ♌, ♏,* Fixa 4.
& ♒, in quibus aeris conditio, quam Sol in cardinalibus ſignis inchoauit, fit maior
tam euadit, magiſq; à nobis ſentitur, propter diuturniorem ſub tali conditione mo-
ram. Et tandem Communia ſeu Bicorporea *quatuor,* ♊, ♍, ♐, & ♓, *quod* Communia 4.
priore ſua parte ad conditionem antecedentium, poſteriore ad ſequentium accedât,
ſeu communes antecedentis & ſequentis quadrantis anni qualitates obtineant, vel
etiam duobus diuerſis corporibus pingi ſoleant.

Digitized by Google

Tertia diuiſio ſecũdum trigonos. In Ignea 3 Terrea 3 Aerea 3 Aquea 3

Tertio diuiduntur *Ptol. cap.* 17. *libr.* 1. *quadr. & Albumaſari cap.* 7 *lib.* 2. *Introd. ſecundum trigonos quatuor, vt* Ignea tria ſint ♈, ♌ & ♐, *ob calorem & ſiccitatem, quæ dominantur cholera & ſapori amaro:* Terrea tria ♉, ♍ & ♑, *ob ſiccitatem & frigiditatem, quæ præſunt melancholiæ & ſapori acri* : Aerea *tria* ♊, ♎ & ♒ *ob humiditatem, & caliditatem, quæ gubernant ſanguinem & ſaporem dulcem.* Aquea *tria* ♋ ♏ & ♓, *ob frigiditatem & humiditatem, quæ mouent phlegma & ſaporem ſalſum: ſicuti verſus memoriam iuuantes docent.*

Ignea ſunt Aries, Leo, Chyron, Terrea Taurus.
Virgoque iuncta Capro. Sed pollent aere fratres
Libraque fuſor aquæ; Naturam imitantur aquarum.
Et Cancer rutilans, & Scorpius, & duo piſces.

Atq; in hac diuiſione tria ſemper in vno trigono ſigno iunguntur, vnum mobile, alterum fixum, tertium commune.

4 diuiſio in ſigna Maſculina & Fœminina.

Quarto diuiduntur *Ptol. cap.* 11. *lib.* 1. *quadr. Et Album: cap.* 8. & 9. *lib.* 2. *Introd. iuxta ſexus diuerſitatem, quam & ipſa vt Planetæ in hoc inferiori mundo naturaliter promouere & conſeruare videntur.* in Maſculina ſeu diurna ſex, & Fœminina ſeu nocturna ſex; *hoc tamen ordine, vt per ambitum zodiaci maſculo ſeu diurno ſigno ſemper fœmineum ſeu nocturnum ſuccedat; quando & maſculi ſocietate fœminarum gaudent, & diem nox excipit. Quia ergo* ♈ *primum eſt ſignum, diurnum erit & maſculinum, quoniam maſcula vis potior eſt:* ♉ *fœmineum & nocturnum,* ♊ *maſculum & diurnum, ſicut tabula adiuncta oſtendit.*

Tabula diurnorum & nocturnorum ſignorum

Maſculina Diurna	♈		♊		♌		♎		♐		♒	
Fœminina Nocturna		♉		♋		♍		♏		♑		♓

Sunt autem maſculina ſigna ignea vel aerea & fortunata: Fœminea terrea vel aquea & infortunata; quod in illis prædominetur vis caloris, qui ad vitam; In his vero frigus quod ad mortem & interitum ducit.

5. diuiſio in Septentrionalia, ſeu Imperantia. & Meridionalia ſeu obedientia.

Quinto diuiduntur ſigna in Septentrionalia ſex ♈, ♉, ♋, ♊, ♌ & ♍. *quæ ab æquatore verſus Septentrionem declinant, in quibus Planetæ conſtituti nobis viciniores & efficaciores ſunt, & Sol caloris vim & lucis copiam maiorem in hæc inferiora diffundit; vnde & à Ptol. c.* 13. *lib.* 1. *Imperantia dicuntur:* Et Meridionalia ſex, ♎, ♏ ♐, ♑ ♒, & ♓ *quæ ab æquatore verſus meridiem declinant, in quibus Planetæ &* ☼ *exiſtentes à vertice noſtro remotiores ſunt, minuſq; in ſublunarem hanc regionem agunt; vnde & obedientia appellantur. Imperantia tamen & obedientia, non promiſcuè agunt & patiuntur mutuo, ſed ſitus tãtummodo reſpectu, quem habent ad alterutrum æquinoctiale punctum. Quia enim æqualiter ab alterutro æquinoctiani puncto diſtantia æquali temporis ſpacio ſupra horizontẽ eſcendunt, veluti* ♈ & ♓ *in noſtra latitudine cũ* 12. *gra.*, 8 | 49. ll *æquatoris, Hora* 0, 50 l, 35 ll, 16 lll: ♉ & ♒ *cum* 16. *grad.* 44 l, 33 ll *æquatoris, ſpacio* 1. *Horæ,* 6 l, 58 ll, 12 lll *&c. vt patet ex tabulis aſcenſionum obliquarum noſtræ latitudini conuenientibus: Et inſuper Sol in iis motu ſuo apparente diurno æquales in quantitate deſcribere videatur parallelos ex eo fundamento, quod lineæ æqualiter à diametro diſtantes æquales ſint per* 14. *prop.* 3. *lib. Euclidis; ſed ita tamen vt in Septentrionalibus ſignis dies lõgiores, in Auſtralibus noctes lõgiores efficiat: Sequitur Arietem piſcibus,* ♉ *aquario,* ♊ *Capricorno imperare, ſicut patet ex adiuncta tabula.*

Signa.

Signa						
Septentrionalia & Imperantia	♈	♉	♊	♋	♌	♍
Auſtralia & Obedientia	♓	♒	♑	♐	♏	♎

6. diuiſio in recta & tortuoſa.

Sexto diuiduntur *iuxta Alcabitium differentia 1. libelli Iſagogici, in Recta & tortuoſa, ſeu longarum & breuium aſcenſionum. Recta ſunt quæ in quoui ſpo. ſitu ſphæræ rectè ſeu tardè aſcendunt. Veluti in noſtra obliquitate ſigna medietatis deſcendentis* ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, *&* ♐. *Tortuoſa vero ſeu breuium aſcenſionum ſunt, quæ in qua vis ſphæræ habitudine obliq; ſeu velociter aſcendunt. vt in noſtra ſeptentrionali obliquitate ſigna medietatis deſcendentis* ♑, ♒, ♓, ♈ ♉, *&* ♊.

7. diuiſio in humana.

Septimo diuiduntur in humana, bruta & reptilia *iuxta Albobazen Hali cap. . part. 1. lib. de Iudiciis Aſtror. Alphrag. lib. 6. Introd. Alcabit. differentia 1. & Garcæum cap. 11. de iudiciis aſtr.* Humana *enim ſeu rationabilia ſtatuuntur,* ♊, ♍, ♎ *anterior pars* ♐, *et* ♒: *vel quod in ſignatura ſeu pictura repræſentent humanam figuram: vel quod affectus bonos et moderatos, quales ſunt ſociabilitas, manſuetudo, hoſpitalitas et ciuilis conſuetodo, humanis corporibus imprimãt.* Bruta *autem ſunt, quę vel nomina beſtiarum vt* ♈, ♉, ♑ *et poſterior pars* ♐ vel ferarum *vt* ♌ *habent; Et inhoſpitalitatis, immanitatis, inſolentiæ et rapacitatis ſignificationem edum. Reptilia deniq; ſunt* ♏ *et* ♓, *quæ quaſi humi ſerpunt, nec ingenii aut induſtriæ ſpeciem exhibent.*

Bruta.

8. diuiſio in habentia pulcrã vocem, mediam vocem, & muta.

Octauo diuiduntur *iuxta Alphrag. lib. 6. Introd. cap. 12. et Alcabit. diff. 1.* in habentia pulcram vocem; *Cuiuſmodi ſunt, quæ imagines hominum referunt, vt* ♊, ♍, ♎, ♒ *et prior medietas* ♐: Et habentia mediam vocem; *cuiuſmodi ſunt, quæ formas animalium balantium, mugientium et rugientium referunt, vt* ♈, ♉, ♌, ♑, *et poſterior medietas* ♐, *quę ipſa et multum luxurioſa vocantur, quod ad cupiditates et libidines alliciant*: Et denique voce carentia, *vt ſunt* ♋, ♏, *et* ♓.

9. in fœcũda.

Nono *iuxta eoſdem Alphr. et Alcab. citatis antea locis diuiduntur* in fœcunda *ſeu multorum liberorum, quæ præſertim in occidente conſtituta, copioſam prolem denotant; vt ſunt ſigna trigoni aquei,* ♋ ♏ *et* ♓: Mediocria ſeu paucam prolem habentia, *vt ſunt* ♈, ♉, ♎ ♐, ♑ *et* ♒ Et ſterilia, *vt ſunt* ♊, ♌ *et* ♍.

mediocria. ſterilia.

10. in pulcra mediocria. deformia.

Decimo in ſigna eximiæ pulcritudinis, *quæ ad formæ dignitatẽ, et decorem ducunt, vt ſunt* ♊ ♎, ♍, *et prior pars* ♐: Mediocris pulcritudinis, *vt ſunt* ♏, ♑, *et* ♓: Et deformia *vt ſunt* ♈, ♉, ♋, ♌ *et poſterior pars* ♐.

11. In felicium ingeniorum.

Vndecimo *conſtituuntur ſigna* felicium ingeniorum, *inprimis Mercurialia et Saturnina* ♊, ♍, ♑ ♎, *et* ♒, *quandoquidem, vt probat Marſil. Ficinus in 1. lib. de Studioſ. ſanitate tuenda cap. 6. duo hi Planetæ ad inueſtigationẽ rerum abſtruſarum ãnimum maximẽ præparant. Quicquid enim fuit vnquam præſtantium ingeniorum, habuerunt ſuos poſitus in his ſignis. Inprimis tamen ad naturę inquiſitionem et conſiderationem faciunt* ♑ *et* ♒, *vtpote in quibus* ☿ *optimè collatur. Hoc vero intereſt, quod* ♑ *magis contentioſa et mendacia, propter exaltationem* ♂, ♒ *placatiora et mitiora ingenia efficiat.* ♊ ♍ *et* ♎ *eloquentiam deſignant. Præter hæc ſigna* maximam ſtupiditatem ♉ denotat: *Reliqua ab ingenii donis non prorſus aliena ſunt, vt in doctrina geniturarum copioſius demonſtratur.*

Et quæ ingenium aliquod dant.

12. in coniuncta, & diſiuncta.

Duodecimo diuiduntur in conuenientia, coniuncta ſeu intuentia, & indiſiuncta ſeu auerſa. *Conuenientia quidem ſeu intuitus, vt docet Ptol. lib. 1. c. 15. quad. variis ex cauſſis oriri ſolet.* Primo quidem reſpectu radiorum, *quibus ſeſe*

1.

inuicem

in vicem reſpiciunt in figura, vt Albumaſar quoq; cap. 2. lib. 6. Introd. monet: Intuentur enim ſeſe radio vel oppoſito, cum ſcil. radii ex diametralibus cœli locis congredientes in centro concurrunt: Vel trigono, cum linea aſpectus eſt latus triquetræ figuræ circulo inſcriptæ: vel quadrato, cum ſeſe intuentur ſub latere quadrati, quæ tamen dicuntur odioſe ſeſe intuentia: vnde & inimica & mala ſunt: vel hexagono, cum recta aſpectus eſt latus ſexangulæ figuræ. Diffundit n. omne illuminans punctum, vt Optici docent, lucem ſuam inſtar hemiſpherii. Vt autem radii, in partes cœli ſecundum ordinem ſignorum miſſi ſiniſtri ſunt, Aſtronomis vertentibus faciem ad Auſtrum: ſic alii contra ſ. ſ. proiecti, dextri appellantur. Cæterum definiuntur hæ radiationes omnes, non tantum a puncto ad punctum, ſeu à gradu ad gradum, verum etiam συγκαταχρηστικῶς à ſigno in ſignum: Suntq; □ & ☍ radius infelices, △ & ⚹ felices, ☌ eſt indifferens. Atq. hæc quidem quæ ſeſe aliquo radio intuentur, ſigna intuentia ſeu coniuncta appellantur.

2 Imperātia obedientia. Secundo reſpectu ſitus ad æquinoctialia puncta, vbi ab alterutro æquinoctio, principio ſcil. ♈ vel ♎ æqualiter remota, Septentrionalia quidem Imperantia, Auſtralia Obedientia dicuntur, vt in quinta diuiſione paulo ante monuimus.

3 In antiſcia & inconiuncta. Tertio reſpectu ſitus ad Solſtitialia puncta, vbi iuxta Ptol. cap. 14. lib. 1. quadrip. & Album. cap. 5. lib. 6. Introd. quæ ab vno vel vtroq. Tropico puncto æquali diſtant ſpacio. & caloris vim ac lucis copiam æqualem habent, & æqualis potentiæ ſtatuuntur: Sol quoque per ea currens dies diebus, noctes noctibus, & horas horis æquales efficit; Signa æquipolentia, & ſeſe intuentia dicuntur, ſiquidem in iiſdem etiam partibus horizontis oriuntur & occidunt, vt patet ex ſubiecta tabula:

Signa recta, & directe aſcendentia						
Signa antiſcia	♋	odioſa ♌	♍	♎	odioſa ♏	♐
ſeu æquipollentia	♊	♉	♈	♓	♒	♑
Signa tortuoſa & oblique aſcendentia						

Signa tamen quod quoq. obſeruandum hoc loco, radio quadrato ſeſe ferientia, odioſe ſeſe intuentia dicuntur, vt ♌ & ♉, ♏ & ♒: vnde & inimica, & mala ſunt: Vide de Antiſciis copioſiſſime diſſerentem Iulium Firmicum lib. 2. cap. 32. Quæ vero ſigna inequaliter à Tropicis punctis diſtant, & nullo priorum trium reſpectum ſibi aſſociantur, inconiuncta, diſiuncta, vel a verſa Ptol. cap. 15. libr. 1. quad. appellantur; quod neq; pugnantiam, nec conuenientiam aliquam habeant. Nec enim in iſtis calor & lux æquali exceſſu & defectu inter ſe comparantur, vt in imperantibus & obedientibus; nec æquali menſura habentur, vt in æquipollentibus; ſed vtroq: modo diſſimilia ſunt, nec deniq. vlla eſt radiorum vel felicium vel infeliciū combinantio: Cuiuſmodi inconiuncta ſigna vnumquod vis ex 4 ſignis firmis ſeu fixis, quæ ſunt ♉, ♌, ♏ & ♒ 4 habent, duo quæ antecedunt & ſequuntur proxime, & duo quæ opponuntur. Veluti Tauro inconiuncta ſunt ♈ & ♊, & bis oppoſita ♎ & ♐: Leoni in coniuncta ſunt ♋ & ♍, & bis oppoſita ♑ & ♓, &c. Cardinalia verò duo tantum modo habent inconiuncta, ſuccedens & oppoſitum. Veluti Arieti ♉ & ♏ Cancero ♌ & ♒ &c, inconiuncta ſunt. Sic coniuncta ſeu bicorporea duo quoque habent, antecedens & oppoſitum. Veluti

Piſcibus

Piſcibus inconiuncta ſunt ♒ & ♌: Geminis ♉ & ♋ &c. Cæterùm hic triplex reſpectus non tantum in ſignis totalibus, ſed etiam in partibus ſignorum locum habet. Veluti ſecundus gradus ♈ imperat 28. grad. ♓, & reſpicit vel intuetur 28. gr. ♍. Sic ſextus gradus ♊ imperat 24. gr. ♑, & intuentur 24. grad. ♋

Caput IV.

De familiaritate & dignitate Planetarum in 12 ſigniferi locis.

A*Dhuc quæ & ſtellarum per ſe, & locorum zodiaci inter ſe proprietates ſint, conſideravimus: nunc facta mutua inter ſtellas & ſigna zodiaci colatione, videndum nobis eſt, quas dignitates ſeu incrementa, vel deiectiones detrimenta ſeu debilitates Planeta in hoc vel alio zodiaci loco conſtituit conſequantur, cum propter familiaritatem cum ſigno, tum propter iſtius ſigni qualitates conſentientes vel diſſidentes cum Planeta. Cumq. dignitates ſeu ἐνέργεια Planetarum duplices ſint; Eſſentiales & Accidentales; de Eſſentialibus, quas Græci ἰγιο-γιαις τὰ αὐ᾽ὀπλανω, hoc eſt, efficacias reſpectu mundi appelant, in hoc capite agemus.*

Dignitates Planetarum duplices, Eſſentiales, Accidentales.

Sunt a. nihil aliud, quam innatarum virium incrementa, quæ ipſis Planetis accidunt ratione conſtitutionis in aliis atq. aliis zodiaci ſignis. *Ac prima dignitas* Domus *eſt, qua nempe Planetæ peculiaria ſigna ſibi pro domibus vendicant in quibus ipſi Oeconomiam, vt Patresfamilias, exercent, & οἰκοδεσ-πόται dicuntur. Nam quemadmodum quiſq. domi ſuæ pro arbitrio omnia liberrime gerit, ſic reperiuntur quædam loca, in quibus Planetæ propter qualitatum conuenientiam vires ſuas abſque omni impedimento exerunt. In domorum vero aſſignatione ante omnia numerus, & ſignorum & Planetarum conſideraudus eſt: de quo Ptolom. cap. 16. lib. 1 Quadrip. Albumaſar cap. 3. & 4. libr. 5. Introd. Iulius Firm. cap. 2. lib. 2. Aſtron Quia enim ſigna ſunt 12. Planetæ verò 7 tantum, neceſſe eſt quibuſdam Planetis plura ſigna; in quibus domicilia habeant, tribui, ne ſignum aliquod abſque tali dignitate ſuperſit. Sapiens igitur antiquitas cui vis luminarium vnum tantum ſignum, & reliquis quinque Planetis ſingulis bina ſigna attribuit hoc conſilio: vt eum luminarium vis in qualibet geneſi ſit maxima, vnico tantum in ſigno quod vis luminare dominaretur, ne pluribus ea vis imperys diſtincta diſſiparetur, & languidior redderetur. Prætcrea luminaria quoque ratione poſitus vel ſupra vel infra horizontem, naturam ſuam non mutant. Sol enim ſiue ſupra ſiue infra horizontem exiſtat, ſemper diurnus & maſculinus Planeta exiſtit, fons quoq; eſt omnis caloris. Soli ergo domicilium in ſigno igneo, maſculino, & diurno tantum attribuitur. Lnna quoq; ſemper fœminina & nocturna eſt, ſiue ſupra ſiue infra horizontem conſtituitur, & humorumq; mater ſtatuitur: vnde merito hoſpitium ſuum in ſigno aqueo, fœminino & nocturno tantum habet. Reliqui autem quinq; Planetæ naturam ſuam propoſitu ſupra vel infra horizontē ſubinde mutant. vt ſub terra verſantes, quamuis ſint maſculini ac diurni per ſe, reddantur tamen fœminini & nocturni; & ſupra terram maſculeſcant, licet aliâs fœminini ſint per ſe. Atq; ideo quoque ſinguli bina ſunt hoſpitia ſortiti, vnum in maſculino ac diurno, alterū in fœminino & nocturno vt quilibet eorūmutata pro ratione poſitus in mundo natura, ſigno tamē naturæ ſuæ conueniente nōdeſtituatur.*

Eſſentiales dignitates quid

1 Dignitas Domus.

Quare quoduis luminare vnum domicilium:

Reliqui Planetæ ſinguli duo habeant.

Ordo vero & ſeries domorum ſic ſe habet: Duorum luminarium cum vis ſit maxima, talia quoq; ſigna ipſis erunt tribuenda, ex quibus ſummum calorem & ſummam vim cæleſtium ſentimus. Sunt autem ea ♋ & ♌. Ergo hæc duo luminaribus aſſignanda erunt. Soli quidem ♌ aſſcribitur, cum ſit ſignum maſculinum, diurnū, & ignea.

Leo domus eſt Solis.

Cancer domus Lunæ. Medietas zodiaci Leonem antecedẽs ☽ aſſcribitur. Cancrum ſequens Soli.

& ignea natura, qualitatibus ſuarum ſtellarum virtutem ☉ quaſi extimulans, & in actum magis prouocans. Lunæ autem ♋ tribuitur. Eſt enim ſignum fœmininũ & nocturnum, naturam frigidam, & humidam, Lunæ naturæ apprimè conuenientem habens; Et hoc ideo quoq; quia vt Luna terræ proxima eſt, ſic ipſe quoq; ♋ vertici noſtro maxime appropinquat. Inſuper meditas, quæ ♌ antecedit, & ab ♒ per ♓, ♈, ♉, ♊ in ♋ extenditur Lunari aſſcribitur, naturæ & Lunaris dicitur: Medietas verò quę ♌ ſequitur, & ♌, ♍, ♎. ♐, & ♑ continet, naturæ Solari conuenit, & Lunaris dicitur.

♊ ♍ domicilia ☿

♉ ♎ domus ♀

Reliqua quæ ſuperſunt ſigna, cæteris Planetis, quorum etiam dominium tam late vt luminarium per ſemicirculum ſeſe non extendit, accomodantur; & eo quidem ordine, quem Planeta in cælo ad Solem tenent. Etenim Mercurio cum ſemper Soli ſit proximus, ita vt vltra 27. gradum a Sole non diſcedat, ſigna vtrinque Luminarium domicilia contingentia ♊ & ♍ pro domibus competunt. Inde domicilia Veneris ſubſequuntur ♉ & ♎, Quia cum ſit fortuna minor & luminaribus amica, merito hæc ſigna luminarium domos ſexangulari radio benigno intuentia ipſi aſſcribuntur. Accedit, quod ambo ſigna mediocriter fœcunda ſint, & fœcunditatem Veneris adaugeant.

♈ ♏ domus ♂

Venerem excipit ♂: Ideo q; & ipſi hoſpitium prębent proxima ſigna domicilijs Veneris, ♈ & ♏. Cum enim Mars ob ſiccitatem & caliditatem nimiam generationi rerum aduerſetur, & ideo malignus Planeta cenſeatur, atq; infortunæ minoris appellatione notetur, conueniebat eum imperium etiam in ſignis radio hoſtili quadrato luminarium domos intuentibus exercere. Martem ſequitur Iupiter, fortuna maior, luminariumq; amiciſſimus, cui data ſunt ſigna ♐ & ♓, quæ cæteris sũt fœcũdiora, vt quæ luminariũ domos trigona radiatione omniũ optima aſpiciũt.

♐ ♓ domus ♃

♑ ♒ domus ♄

Poſtremo remanet ♄ infortuna maior, qui cum locum in ſyſtemate mundi omnibus remotiorem habeat, ſitq; luminarium inimiciſſimus, ob id ♑ & ♒ ſigna a luminarium ſignis & vertice noſtro maxime remota, frigidiſſima & hyberna, luminarium domos radio maxime hoſtili & pernicioſo oppoſito affligentia, ei conueniunt; ſicut tabula adiecta, compendio quodam hactenus propoſita exhibens, docet.

Prima debilitas Planetarum dicitur Exilium.

Porro vt ſinguli Planetæ ſua domicilia, ita cõtraria ratione in ſignis domibus exacte oppoſitis, ſua quoq; exilia & detrimẽta habẽt; in quibus vires eorũ infringũtur & debilitãtur. Pugnãt enim ſigna oppoſita altera ſẽper qualitate inter ſe, ac radio maxime infauſto oppoſito ſe intuẽtur ac lædunt. Hæc igitur occupãtes Planetæ debiles, & afflicti cẽſẽtur. Vt autẽ luminariũ quodlibet vnicũ tãtũ ſignũ ſortitum eſt pro domo ita etiã vnicum ſignum, & quidẽ diametraliter oppoſitũ habet, in quo decrementũ viriũ ſuarum percipit. Reliqui Planetę, vt bina domicilia in ſignorũ numero ſibi vẽdicãt: Ita in duobus ſignis diametraliter oppoſitis, in exiliumq; pulſi exulãt, & viriũ iacturã faciũt, vt aparet ex adiecta tabula

Tabula domorum.

Medietas	Signum		Aſpectus	Planeta
Medietas Lunaris	♒	Diurna	☍	♄
	♓	Nocturna	△	♃
	♈	Diurna	□	♂
	♉	Nocturna	✶	♀
	♊	Diurna		☿
	♋	☽		
Medietas Solaris	♌	☉		
	♍	Nocturna		☿
	♎	Diurna	✶	♀
	♏	Nocturna	□	♂
	♐	Diurna	△	♃
	♑	Nocturna	☍	♄

Sext.

Secunda dignitas Planetarũ Exaltatio.

Tabula exiliorum Planetarum.

♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉
♌ ♋	♍ ♊	♎ ♉	♏ ♈	♓ ♐	♑	♒

Secunda Planetarum dignitas appellatur altitudo ſeu exaltatio, Græcis ὕψωμα; de qua præcipit Ptol. cap. 18. lib. 1. quad. Albumaſar cap. 5. 6. & 7. libr. 5. Introd. Iulius Firmicus cap. 3. libr. 2. Aſtron. Planetæ enim in certis zodiaci locis magnas ſolent inferre mutationes, quaſi noua potentia exaltati, non quod altiorem à terra, vel alio quouis puncto, in ſuo deferente aut Epicyclo diſtantiam nanciſcantur; vt quidem deceptus eſſe videtur magnus ille hiſtoriæ naturalis ſcriptor Plinius c. 16. lib. 2. in altera altitudinis acceptione; ſed quod in ſignis illis ob naturæ & qualitatum congruentiam inſignem virium ſuarum exaltationem ſeu incrementum acquirant; quam conſequitur euidentior mutatio in aere aliiſq; rebus inferioribus. Veluti Sol exaltatur in ♈, quia cum id ſignum ingreditur, in Septentrionalem mundi partem ſupra æquatorem exurgens, calorem viuificum, quo in ſubiectam terram, ac animantium corpora agit, vehementer intendit, luciſq; diurnæ ſenſibile incrementum efficit. Quantum autem virtutis cognata ſigni alicuius qualitas Planetis adiicit, tantum proprii roboris, oppoſitorum ſignorum contraria conſtitutio iiſdem adimit, vt antea dictum eſt. Planeta itaq; in ſigno exaltationi ſuæ oppoſito conſtitutus, deiectus eſſe, ſeu in caſu ſuo verſari dicitur. Hinc cum Sol in ♈ exaltetur, cadet in ♎ oppoſito ſigno. *Namq; certum eſt Solem Libræ ſignum ingredientem, in Auſtralẽ mundi partem infra æquatorem abduci, caloremq; & lucẽ vnà nobis ſubtrahere & imminuere. Soli maxime oppoſitus eſt ♄, frigoris & vmbrarũ autor. Hinc in eo axaltabitur loco, vbi Solis potentia deiicitur. Conſentaneum enim eſt, ibi vim pernicioſã & interimentem incipere, vbi viuifica potentia diminuitur.* In ♎ igitur altitudinem Saturnus; In ♈ vero deiectionem ſeu caſum habeait. *Luna Tauri ſignũ quod Arieti ſuccedit competit, cum Solem in potentia ſequatur, luminare minus dicatur, & poſt Solem ſecundum in generatione obtineat locum; ac prӕterea quoq; poſt coniunctionẽ cum Sole, quæ fit in ♈ exaltationis ☉ ſigno, primo in ♉ appareat & conſpiciatur.* Vt autem Luna in ♉ exaltatur, ſic in ♏ deijcitur. *Iouis vis maximè fit conſpicua cum ad nos altiſſime in Septentrionem attollitur. Tum enim & venti Septentrionales, qui fœcundi ſunt, excitantur. Quia vero nuſquam propius ad Septentrionem accedit quã in* ♋. Ideoq; & ♋ ſignũ exaltatiõis Iouis erit: Deiectionis vero oppoſitũ ♑. *Martis quoq; potentia deprehenditur eſſe maxima in deiectione Iouis, hoc eſt, in* ♑. Quare in ♑ exaltabitur. *Quo enim in loco benefica vis Iouis euebitur, in eius oppoſito maleficam ♂ vim attolli conſentaneum eſt, & vbi hæc deiicitur, ibi illa euebitur.* Hinc deiectiõis Martis ſignũ erit ♋.

Secunda Planetarum debilitas caſus.

♈ ☉ exaltatio.

♎ eiuſdẽ caſus.

♎ axaltat ♄ ♈ Caſus ♄

♉ exaltãt ☽ ♏ Caſus ☽

♋ exaltat ♃ ♑ Caſus ♃

♑ exltat ♂ ♋ Caſus ♂

Venus humiditate potens ibi exaltatur, vbi humiditates primo incipiunt moueri, vt paulum anteinitium veris, cum Sol ♓ occupat. Quare vt in ♓ ſuam habet altitudinem ♀, ita in oppoſito ſigno ♍ deijcitur. *Contra Mercurius Veneriq; oppoſitus & aridior ſtella, circa initium autumni, cum omnia humoris inopia exareſcunt,* in ♍ exaltationem habet, *quod ſignum ambiguæ eſt naturæ. Intercedit enim inter calidiſſimum & frigidiſſimum tempus. Et ſic ambiguo Planetæ maxime conuenit.* In ♓ autem deijcitur.

♓ exaltat ♀ ♍ Caſus ♀

♍ exaltat ☿ ♓ Caſus ☿

Caput Draconis Albumaſar ex ſẽtẽtia Hermetis in ♊ exaltari dicit, quod à capite Draconis ☽ in Septẽtrionẽ ab Ecliptica attollatur. Cũ vero maxi-

♊ exaltat ☊ ♐ Caſus ☊ ♐ exaltat. ☋ ♊ Caſus. ma altitudo ☉ & Planetarũ in ♊ & ♋ fiat, & iam ♋ exaltationi ♃ ſit dicatus, exaltabitur ☊ in ♊, deijcientur vero in ♐: vbi rurſus cauda, quæ capiti opponitur, exaltatur, In ♊ vero dijcitur, ſicuti tabula hactenus propoſita *ἐν σύνῳ* comprehendens oſtendit.

Tabula exaltationum & deiectionum.

Exaltatio	☉	☽	☊	♃		☿	♄		☋	♂		♀
Signa.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
Defectio	♄		☋	♂		♀	☉	☽	☊	♃		☿

Cardanus in libr. de 7. erraticis ſtellis, & Firmicus cap. 3, lib. 2. aſſerunt ♄ in 21. grad. ♎, ♃ in 15. ♋ ♂ in 28. ♑, Solem in 10. ♈, ☽ in 3. ♉, ♀ in 27. ♓. ☿ in 15. ♍ maxime exaltari. Quia verò rationes nullas addunt; nec quas ex Hermete affert Albumaſar c. 7. l. 5. Introd. vllius videtur eſſe momēti; nos merito quæ de gradibus vel huius vel antecedentis dignitatis aſſeruntur ab Aſtrologis, negligimus.

Tertia Planetarum dignitas Triplicitas. Triplicitas, quid. Tertia Planetarum dignitas Triangularitas ſeu Triplicitas dicitur, *de qua agit Ptol. cap. 17. lib. 1. quad. Alcabitius diff. 1. Albumaſar cap. 8. 9. 10. & 11. lib. 5. Zahel cap. 1. lib. de principijs iudic.* Eſtq; conſtitutio Planetæ politica in aliquo trigonorum ſuæ naturæ & qualitatibus conueniente. *Dignitatem hanc Planetæ acquirunt, non qua vnius tantum vel duorum ſignorum ſunt domini, ſed qua in tria loca trigonum æquilaterum & æquiangulum conſtituentia ius exercent. Vt n. trigonus lateribus ſuis totum ſubtendit circulum, ſic Planetæ horũ cauſſa cõmunes acquirunt vires in regiones & loca plura. Tria autem ad efformandam triplicitatem aſſumuntur ſigna, æqualibus non modo ſpacijs diſſita, ſed & eandem naturam habentia, cum propter aſpectum benignum, quo ſeſe mutuo intuentur, tũ propter ſimilitudinem ſexus, quorum vnum cardinale, alterum firmum, tertium bicorporeum eſt. Ac potior ſemper dignitas in quouis trigono illius Planetæ eſſe ſtatuitur, quod fixi ſigni dominus eſt.* Hinc cum primus trigonus, ſigna maſculina ♈ ♌ & ♐ continens, igneus ſit, erunt trigonocratores ſeu imperatores triplicitatis Sol interdiu, ♃ de nocte.

Ignei trigoni trigonocratores. ☉, ♃. *Alcabitius citato antea loco & Zahel Iſmaelita cap. 1. Introd. item Iulius Maternus cap. 11. lib. 2. Aſtron. Saturnum participantem conſtituunt, nulla alia ratione, quam quod diurnus Planeta ſit, & trigono primo diurno, apprime congruat. Nos vero cum in ♈ caſum habeat, imo præcipua qualitate huic trigono contrarietur, eundem reijcimus, & Martem rectius participantem diceremus, quem etiam multi ex Aſtrologis iungunt, quoniam in ♈ domum habet: Sed licet Mars Ariete dominetur, propter aduerſam tamen & maleficam naturam excluditur ab imperio præualentibus beneficis: Et addit hanc rationem Card. in com. ſuper 17. cap. lib. 1. quadr. Ptol. quia Mars inimicus eſt Soli, qui plurimum poteſt per ſe, cum Dominus ſit Planetarum, & præterea etiam exaltationem habet in triangulo hoc igneo, inprimis Ariete domo Martis. Venti huic triangulo aſſcribuntur ab Arabibus quidem Orientales, ſicut & triangulum hoc Alcabitio & Zaheli Orientale dicitur; ſed nos ex ſententia Ptolomæi aſſcribimus huic triangulo propter dominium Iouis ventos Septentrionales, quibus propter Martis domum, cum Sol peculiares ventos nullos habeat, admiſcentur Occidentales, vt Borrholybici.*

Terreſtris trigoni trigonocratores ſunt. ♀ & ☽. Secundus trigonus eſt, cuius ſigna fœminina ♉, ♍ & ♑ trigonocratores habent Venerem interdiu, Lunam de nocte; *quando & ambo Planetæ fœmi-*

mine

nini ſunt, nec conuenienter imperium ☿ & ♄ plus maſculinis quam fœmininis relinquitur. Alcabitius, Zabel & Firmicus Martem participantem iungunt, ſed ſimili viciſſim vt in priori triangulo ratione, quod omnes fœminini ſint. Nos vero licet inſuper ♂ in ♑ exaltetur, eum tamen repudiamus, quandoquidem qualitate principali huic trigono aduerſatur. Rectius vulgus Aſtrologorum ♄ addit propter ♑, cui dominatur, qui & qualitatibus huic trigono magis congruit: Sed propter maleficam naturam, & quia prolificæ Veneri maxime contrarius eſt, ac in fœmineo trigono parum poteſt, à Ptolomæo, & accuratioribus Aſtrologis excluditur. Venti huic trigono ab Arabibus quidem Meridionales tantum tribuuntur, ſicut trigonum hoc Alcabitius & Zabel meridionale appellant: Sed melius Ptolomæus ventos aſſignat huic trigono Meridionales mixtos Orientalibus, vt ſint Auſtriſolani. Auſtros quidem ſeu Meridionales ob Venerem, quę dominatur ♉: Orientales vero ob ♄, qui in locum ☉ ſuccedens, cum ipſa propter generalem ſignificationem ſicut Sol nullum ſpecialem ventum habeat, Orientales ventos ciet, ad naturam malignam temperandam.

Tertius trigonus Aereus eſt, cuius ſigna maſculina ♊, ♎ & ♒, triplicitatis Dominos habent Saturnum de die, ☿ de nocte. Alcabitius, Zabel & alii Aſtrologi, conditionis cauſſa participantem iungunt Iouem, qui licet nullum in his ſignis dominium habeat, tamen in locum ♀, cum ea fœmina ſit, & non conuenienter maſculino trigono præſit, ſuccedere conſtituitur; præſertim cum & Veneri peſſime conueniat cum Ioue. Sed nos, Ptolomæi veſtigiis inſiſtentes, duobus illis triplicitatis Dominis contenti ſumus. Venti huic trigono, iuxta Arabes, Occidentales quidem conueniunt, qui & trigonum aereum Occidentale vocant, vt Alcabitius & Zabel; ſed rectius iuxta Ptolom. Orientales ob Saturnum, qui in hoc trigono potens eſt, & Septentrionales ob Iouem aſſignantur, vt ſit ventus Borrhapeliotes; præſertim cum ☿ ventos proprios non habeat, & ♂ ob detrimentum in ♎ Saturno iungi non poſſit.

Aerei trigoni trigonacratores ſunt Saturnus, & Mercurius

Quartus trigonus Aqueus eſt, cuius ſigna fœminina ♋, ♏, & ♓ trigonocratorem habent vnicum Martem iuxta Ptolomæum; vt ſit cum quatuor ſint trigoni & 7. Planetæ, quilibet priorum trigonorum duos habeat trigonocratores: Aqueus vero vnum ♂, quando & is fixi ſigni Dominus eſt, & pater imbrium. Alcabitius Zabel & Firmicus huius trigoni dominos faciunt interdiu ♀ ob exaltationem, Nocte ♂, participem Lunam: At ♂ quia ♏ fixi ſigni dominus eſt, merito principalis trigonocrator conſtituitur, nec ipſi iungimus ♀ & ☽: vtut ♀ mater ſit pluuiarum, & ☽ humiditates moueat, cum antea imperium nacta ſint in trigono terreo. Venti huic trigono, iuxta Arabes Septentrionales quidem competunt, cum & Alcabitius & Zabel trigonum hoc Septentrionale faciant: At melius ex ſententia Ptolomæi tribuuntur occidentales propter Martem, & Auſtrales, ob Veneris in ♓ exaltationem, cui etiam optime conuenit cum Marte, cum alias nulli aſſocietur, vt ita ventus huius trigoni ſit Notolybicus.

Aquei trigoni ſolus trigonocrator eſt. ♂.

Quarta Planetarum dignitas eſt Terminorum ſeu Finium, quæ quinq; Planetis aſſcribitur, quatenus potentiam habent certo tempore & ſpacio definitam vltra cuius ſpacij terminos ipſa quaſi definit, nõ aliter ac qui magiſtratus pro tempore gerunt. Luminaribus termini non tribuuntur, quandoquidem illorum actio indefinita eſt, & adeo anguſtis terminis non incluſa; cum actionem ſuam, ☉ quidem in hemicyclium ſequens ♋, ☽ in hemicyclium antecedens ♌ diffundat,

Quarta dignitas Planetarum Terminus ſeu finis Ptol. lib. 1. quad. cap. 19.

vt in initio huius capitis in doctrina domorum dictum. Græci appellant ὅρια ac Dominos finium ὁριοκράτορας vel ὁρίων κυρίους.

Termini quid.

Sunt ergo termini Planetarum nihil aliud, quã certi ac limitati in ſignis gradus, in quibus Planetæ prerogatiuã quandã habent, ac fortiores exiſtũt. *Et de Dominis terminorum ſcribit Haly cap.2.part.1. de iudic. Aſtror. quod Dominus termini, quando eſt in ſuo termino maius poſſe habeat in illo ſigno, quam Dominus domus, vel Dominus exaltationis exiſtentes in loco perigrino, &c. Item Alcabitius ac in eundem Commentator Ioannes de Saxonia: Quod Domini terminorum maior ſit efficacia in directione quam Domini triplicitatis.] Nam licet domini triplicitatis magnam vim in mutatione habeant, quandoquidem ab eis ſignificatio petitur, vtrum puer vitalis ſit an non: Tamen directio ad terminos fortunarum vel infortunarum inſtituta, generaliorem ſignificationem ſuppeditat de conditione nati, quæ & tam diu durat, quantum directio in illo termino, &c.*

De terminis controuertunt Ægyptii Chaldæi & Ptolomæus. Nos Ptolom. ſequimur.

Etſi vero de ordine finium magna inter Aſtrologos controuerſia eſt, dum plerique vt Albumaſar cap.8.& 9. lib.5.Introd. Alcabitius cap.4. differentiæ 1. libelli Iſagog. Iulius Firmicus cap.6.lib.2. Aſtron.& fermè Neoterici omnes Ægyptios ſequendos eſſe putant, pauciores Chaldæos, quorum vtrorum que placita enumerat. Ptolomæus cap.19.lib.1.Quadrip. Iudicamus tamen minus nos aberrare poſſe, ſi Ptolomæum Aſtrologorum omnium Coryphæum ſequamur, qui & Chaldæos ſimplici quidem, minus tamen abſoluta ratione fines diſtinxiſſe; & Aegyptios nec iuſtum ordinem, nec rectam conſequentiam numerorum in circumſcriptione finium ſeruaſſe ſcribit. Quia enim hi, priores partes ſignorum, nunc domiciliorum, nunc triangulorum, nonnunquam etiam altitudinũ dominis aſſcribunt, & ex aſcẽſionum ratione, quæ parum aſſignationem numerorum iuuat, conſequentiam numerorum petunt, ſicut haud obſcurum eſſe poteſt conſideranti hoſce fines Aegyptiorum ex ſubiecta tabula: Cuius ſiniſtra pars monſtrat, quot gradus quiuis Planeta in quouis ſigno ſibi vendicet: Dextra vero quouſque in quouis ſigno quiuis Planetarum terminos ſui dominii extendat: Apparet eos finium diſtinctionem nobis reliquiſſe ſuſpectam, neq; reprehenſione vacantem.

Tabula finium Aegyptiorum.

♈	♃	6	♀	6	♀	8	♂	5	♄	5	♃	6	♀	12	☿	20	♂	25	♄	30
♉	♀	8	♀	6	♃	8	♄	5	♂	3	♀	8	☿	14	♃	22	♄	27	♂	30
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6	☿	6	♃	12	♀	17	♂	24	♄	30
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4	♂	7	♀	13	☿	19	♃	26	♄	30
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6	♃	6	♀	11	♄	18	☿	24	♂	30
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2	☿	7	♀	17	♃	21	♂	28	♄	30
♎	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2	♄	6	☿	14	♃	21	♀	28	♂	30
♏	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6	♂	7	♀	17	☿	19	♃	24	♄	30
♐	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4	♃	12	♀	17	☿	21	♄	26	♂	30
♑	☿	7	♃	7	♀	7	♄	4	♂	5	☿	7	♃	14	♀	21	♄	25	♂	30
♒	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5	☿	7	♀	13	♃	20	♂	25	♄	30
♓	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2	♀	12	♃	16	☿	19	♂	28	♄	30

Ptolo-

Ptolomei autem ratio, quam ex antiquo quodam libro ſe inueniſſe ſcribit, rationiq; magis conſentaneam eſſe cenſet Aegyptiaca, & vnice probat ac declarat Iouianus Pontanus à cap. 23. lib. 1. de rebus cœleſtibus ad caput vſq; 35. ſic ſeſe habet. Cum potentes ſint Planetæ triplici nomine, vt in hoc capite expoſuimus 1. Domicilii, 2. Altitudinis, & 3. Triplicitatis, ſane in quo ſigno Planeta fuerit duobus nominibus potens, quamuis ſit maleficę naturæ in eo principem locum ſibi vendicabit & fines reget. Quod ſi vero malefici duplici nomine non furint potentes, in vltimas ſigni partes relegabuntur: Excipiuntur tamẽ ♋ & ♌ domicilia luminariũ, quorum initia maleficis ideo dedicantur, quod in initio ♋ quod ſignum frigidiſſimum & humidum eſt, & Lunæ tribuitur, Martis calor ac ſiccitas temperetur, atq; ideo in eo ♂ gaudere videatur, vtut in eo alias deiiciatur. Plurimum enim poteſt ibi ♂ vbi maximam temperiem acquirit. Eadem ratione Saturno tribuitur primus terminus in ♌, quandoquidem eius frigus, tum à calore Solis, tum a calore ſigni mitigatur, atq; hæc bona cauſſa, vt docet Cardanus in com. ſuper 19. c. lib. 1. quadr. Nocendi vero vis maior in iiſdem locis efficitur, quando frigus ♄ in initio ♌, & ♂ caliditas in initio ♋ per grandines, tonitrua, æſtus ac incẽdia damna inferioribus adferunt. Diſtribuuntur autem gradus ſigni inter ſingulos hoc modo, vt ſemper beneficis 7. partes, ☿ 6. Maleficis 5. tribuantur. Quod ſi tamen Planeta in illo ſigno duplicem poteſtatem non habeat, ſed in vno ſequentium duorum, tum ratione turpis duplicis poteſtatis pars vna adiicitur ſupra iuſtum numerum, quem alioqui haberet, & ei detrahitur, qui vel ſimplicẽ habet poteſtatẽ, vel in motu tardior eſt, ſicuti ſũt ♄ & ♃: Pręfertur vero exaltatio triplicitati & triplicitas domicilio, ſicut patet ex ſubiecta tabula, quæ finiũ diſtinctionẽ, quã nos approbamus, continet.

Fundamẽta Ptolomaicæ numerationis terminorum.

Quot gradus quilibet Planetarum in determinatione finium ſibi regulariter vendicet.

Tabula finium Ptolomaica.

♈	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5	♃	6	♀	12	☿	20	♂	25	♄	30
♉	♀	8	♀	6	♃	8	♄	5	♂	3	♀	8	☿	12	♃	22	♄	27	♂	30
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6	☿	6	♃	12	♀	17	♂	24	♄	30
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4	♂	7	♀	13	☿	19	♃	26	♄	30
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6	♃	6	♀	11	♄	18	☿	24	♂	30
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2	☿	7	♀	17	♃	21	♂	28	♄	30
♎	♄	6	☿	6	♃	7	♀	7	♂	2	♄	6	☿	14	♃	21	♀	28	♂	30
♏	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6	♂	7	♀	11	☿	19	♃	24	♄	30
♐	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4	♃	12	♀	17	☿	21	♄	26	♂	30
♑	☿	7	♃	7	♀	7	♄	4	♂	5	☿	7	♃	14	♀	21	♄	25	♂	30
♒	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5	☿	7	♀	13	♃	20	♂	25	♄	30
♓	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2	♀	12	♃	16	☿	19	♂	28	♄	30

Porro vt conſpiciatur quo iure ſingulis Planetis tam lati vel anguſti fines ſint adſcripti, duobus rem exemplis declarabimus, & ex paulo ante propoſitis regulis ſimili modo alia facilius poterant determinari.

Veluti ♈ Mars quidẽ domiciliũ habet, ſed quia altera dignitate caret & maleficus eſt, reiicitur in penultimũ locũ, & præfertur ei ♃, qui trigonocrator eſt Arietis cũ Sole, qui alias primas partes occuparet, cũ duplicẽ ĩ ♈ habeat dignitatẽ, niſi luminare eſſet, Cumq; ♃

Exemplum 1. de terminis.

nulla

nulla alia in ♈ præeminentia fulgeat, & in locum ♃ ſolummodo ſurrogetur. Venus vero in ſequenti ♉ ſigno & domo & trigono potens ſit, detrahitur vna pars Ioui, vt 6. retineat, & adſcribitur ea veneri, quæ inde 8 partes conſequitur. Poſtea Mercurio, qui in tertio ſigno ♊ domum habet, tertius locus datur, cui & ſi debentur 6 tantummodo partes, tamen quia ♄ in ♈ deijcitur, detrahitur vna Saturno, & datur Mercurio, vt exiſtant partes Mercurij 7. Marti ſuus numerus relinquitur ob dignitatem, quam in ♈ habet.

Exemplũ de terminis.

Simili modo in ♎ duplicem habet dignitatem ♄. Exaltatur enim in ♎ & trigonocrator eſt ieus ſigni: vnde primos fines ſibi vendicabit. Licet vero ipſi, vt malefico tantum debeantur 5 gradus; quia tamen magnã dignitatem habet in ♎, adijciendus adhuc erit 1 grad. vt habeat 6. Veneri quia in ♎ domum habet, ſecundi merito fines tribuuntur, at licet ei, vt benefica 7 pars debeantur; eſt tamen vna detracta propter inimicitiam potentis ♊, & altera propter Martem, qui in ſequenti ſigno domum habet, Iupiter tertios fines regit, quandoquidem in tertio ſigno ♐ & trigono & domo potens eſt. Dantur ei 8 partes his de cauſſis, cum alias 7 tantum ei conueniant: Atq; illa quidem 8 pars Mercurio detrahitur, vt tantum remaneãt 5, cum aliàs ☿ 6 exigat. Vltimum tandem locum ♂ vt maleficus obtinet, & 6 ipſi aſſignantur gradus, cum 5 tantum aliàs habeat, quãdoquidem in ſequenti ſigno ♏ & domum & trigonum habet; ac ea quidem pars quę adijcitur, detracta eſt Veneri, quæ ſimplicem in hoc ſigno dignitatem habet, vt 5 tantum relinquantur Veneri.

Cæterum vt appareat in quibus nam gradibus Ægyptiaca ratio ab hac Ptolomaica differat, & de quibus zodiaci partibus dubitetur in aſſignatione finium, tabulam hanc continentem gradus dubitationum ſubiungere placuit.

Tabula Finium oſtendens dubitationum in ſingulis ſignis gradus.

♈ 0 ♃ 6 ♀ 12 *Dub.* 14. ☿ 20 *Dub.* 21 ♂ 25 *Dub.* 26 ♄ 30
♉ 0 ♀ 8 ☿ 14 *Dub.* 15. ♃ 22 ♄ 26 *Dub.* 27 ♂ 30
♊ 0 ☿ 6 *Dub.* 7 ♃ 12 *Dub.* 14 ♀ 17 *Dub.* 24 ♄ 25 *Dub* 30
♋ 0 ♂ 6 *Dub.* 13 ☿ 19 *Dub* 27 ♄ 30
♌ 0 *Dub.* 25 ♂ 30
♍ 0 ☿ 7 ♀ 13 *Dub.* 17 ♃ 18 *Dub.* 24 ♂ 28 *Dub.* 30
♎ 0 ♄ 6 *Dub.* 14 ♃ 19 *Dub.* 28 ♂ 30
♏ 0 ♂ 6 *Dub.* 27 ♄ 30
♐ 0 ♃ 8 *Dub.* 12 ♀ 14 *Dub.* 17 ☿ 19 *Dub.* 21 ♄ 24 *Dub.* 26 ♂ 30
♑ 0 *Dub.* 12 ♃ 14 *Dub.* 30
♒ 0 *Dub.* 6 ☿ 7 *Dub.* 12. ♀ 13 *Dub* 30
♓ 0 ♀ 8 *Dub.* 12 ♃ 14 *Dub.* 16 ☿ 19 *Dub.* 20 ♂ 20 *Dub.* 28 ♄ 30

Quinta Planetarum dignitas Carpentorum.

Quinta dignitas Planetarum, omnium nobiliſſima, compoſita eſt ex alijs ſimplicibus, quæ hactenus declaratæ ſunt, & vocatur Carpentum, Thronus ſeu Regium ſolium. *De qua Ptol. lib. 1 cap. 20. quadr. Tunc autem carpento uti, ſeu regium ſolium occupare Planeta dicitur, cum ſignum tenet, duabus aut pluribus ſocietatis dignitatibus Planetæ cognatum. Ac tum quidem in omni ſuo*

gaudium collocatus, ſummam habet potentiam atq. operandi facultatem.

Veluti ♀ in ♉ & domo & trigono potens, ſigno illo vt regio curru utitur. Arabes & ♓ addunt, in quibus ♀ 1 exaltatur, & 2 trigono iuxta ipſos. ☿ in ♊ domum & triangularitatem & in ♍ domum & exaltationem habet: Ideoq. regio ſolio in iſtis ſignis inſidet. ♄ in ♎ exaltatur & trigonocrator eſt, ut in ♒ & domo & trigono euebitur, unde carpentum in his ſignis, præcipue tamen in ♒ habet. Mars in ♏ omnes habet dignitates: Ergo in eo ſigno regio curru vehitor. ♃ in ♐ & domo & trigono valet: unde ♐ carpentum eſt Iouis. Reliqua 4 ♈, ♋, ♌ & ♑ carpenti dignitate carent. Nam licet ☉ in ♈ exaltatione & trigono, in ♌ domo & trigono potens ſit: nunquam tamen in illis regio ſolio inſidere dicitur, cum generalis ſit ipſius actio. Reliquorum vero Planetarum in carpentis ſuis virtum maxima exiſtit; cum non modo corpore in huiuſmodi dignitatibus exiſtunt, verum etiam proprios terminos tenent, quos luminaribus ob generaliorem actionem denegauimus.

Sexta dignitas Perſona Planetę appellatur: *Quia iiſdem accidit, cum perſonas ſuas gerere aut ſuſtinere, & facie ad faciem luminaria intueri dicuntur: Ptol. lib. 1. quad. c. 20. ἰδιοπρόσωποι Arabes, Almugea vocant, vt patet ex Canone 21. part. 2. Iſag. Aſtrol. Schoneri.* Eſt autem dignitas hæc nihil aliud, quam certa quædam collatio ſitus Planetarum ad ſitum Luminarium; qua iiſdem eo modo configurantur, quo domus ipſorum cum luminarium domibus: ita tamen, vt ad Solem occidentales, ad Lunam Orientales ſint. *Hinc in Almugea Solis Planeta eſſe dicitur, cum à Sole ad Planetam tot numerantur ſ. ſ. ſ. ſigna, quot inter ♌ domicilium ☉ & domicilium iſtius Planetæ proximum continentur. Veluti inter ♌ & ♑ proximum ♄ domicilium ſigna ſunt 5. Saturnus igitur diſtans a Sole ſignis 5. ſecundum ſ. ſ. dicitur eſſe in Almugea ☉. Sic ♀ in Almugea ☉ dicitur, cum Sole exiſtente quocunque ſane loco, ipſa in tertio ab eo loco fuerit: vt ſi ☉ ſit in ♎, ♀ in ♐, ☉ in ♈, ♀ in ♊, &c. & ſic de cæteris Planetis iudicandum, vt ſubiecta tabula oſtendit.*

Cum a ſigno ☉ excluſiue fuerit ſecundum ſ. ſ.	Saturnus	ſignis	5	Tunc in Almugea ☉ exiſtere dicitur.
	Iupiter		4	
	Mars		3	
	Venus		2	
	Mercurius		1	

In Almugea vero ☽ Planeta eſſe dicitur, quando tot ſignis a ☽ loco contra ſucceſſionem ſignorum abeſt, quot inter ♋ domum ☽ & domum Planetæ proximam intercipiuntur. Veluti Iouis domus proxima a ♋ procedendo contra ordinem ſeſt ſignum ♓, quod a ♋ abeſt. Hinc quando ♃ abeſt 4 ſignis ☽, contra ordinem ſignorum dicitur eſſe in almugea ☽. Sic ♀ in Almugea ☽ eſt, cum ☽ exiſtente in ♉ ipſa eſt in ♓; vel ☽ exiſtente in ♊ ipſa eſt in ♈. Et ſic de cæteris Planetis iudicandum eſt, vt apparet ex adiuncta tabula.

Cum à ſigno ☽ excluſiue fuerit contra ſ. ſ.	♄	ſignis	5	tum in Almugea ☽ conſtitutus eſſe dicitur.
	♃		4	
	♂		3	
	♀		2	
	☿		1	

Sexta Planetarum dignitas perſona.

Septima Planetarũ dignitas Decanatus.

Septima Planetarum dignitas eſt Decanatus, *quæ ſinguli Planetę incipiendo à*

do à Marte domino ♈ primi ſigni;& deſcendendo iuxta ordinem redeundoq; abſo-luta numeratione ad ſupremum Saturnum,denis ſignorum gradibus præſunt; Vnde & Decuriones vel Decani,item facies ſignorum appellantur. *Eſt autem ſecundum Haly cap.3.part.1. de iudicijs Aſtror.*

♈ *Prima decuria ſeu prima facies* 10 *graduum* ♈,ſignificans audaciam, ſublimitatem & inuerecundiam, Martis.

Secunda notabilitatis, eminentiæ & dominii, Solis.

Tertia ſubtilitatis in opere,manſuetudinis gaudij & ſudorum, Veneris.

♉ *Prima* ♉, notans arandi, ſeminandi, ædificandi, & terram metiendi ſtudium, Mercurij.

Secunda potentiæ,nobilitatis,dignitatis,& depopulādi villas & agros, Lunę.

Tertia miſeriæ; ſeruitutis, feritatis & vilitatis, Saturni.

♊ *Prima* ♊ ſcribendi, numerandi, dandi & accipiendi, ſapientiæ & legationum, Iouis.

Secunda laborum, & inquirendi res cum labore, Martis.

Tertia obliuionis, irarum iocandi, ☉.

♋ *Prima* Cancri, ſubtilitatis, ſenſus, gaudij, & quæ homines ad amore inflammant, ♀.

Secunda hilaritatis, diuitiarum & vbertatis, ☿.

Tertia venationis, inſequendi fugientes, habendi res per arma & rixas, & contrariandi hominibus, Lunę.

♌ *Prima* ♌ crudelitatis, maleficiorum, audaciæ ac libidinis, ♄.

Secunda rixarum occultarum & occaſionum ad contentiones, Iouis.

Tertia pertinaciæ & cupiditatis rixandi, Martis.

♍ *Prima* ♍, ſeminandi, arandi, congregandi diuitias & parſimoniæ, Solis.

Secunda lucrandi & cumulandi diuitias quacunq; ratione, Veneris.

Tertia prigitiæ & debilitatis membrorum, propter infirmitatem, ☿.

♎ *Prima* ♎, Iuſtitiæ & ſtudij adiuuandi afflictos, Lunæ

Secunda quietis & tranquillitatis vitæ, Saturni.

Tertia profuſionis luxuriei & voluptatum Iouis.

♏ *Prima* ♏ contentionum, deceptionum, inſidiatum, Martis

Secunda componendi diſcordias & detegendi occulta, ☉

Tertia ebrietatis bellorum & fornicationis, Veneris.

♐ *Prima* ♐ audaciæ, libertatis & militiæ, Mercurij.

Secunda timoris, dolorum & lamentationum, ☽

Tertia pertinaciæ & non cedendi alijs, ſed indulgentis ſuis cupiditatibus, Saturni.

♑ *Prima* ♑ gaudij, ocij. Iouis.

Secunda appetendi res, quæ nec cognoſci, nec acquiri poſſunt, ♂

Tertia cupiditatis gubernandi res propria, & male ſuſpicandi de alijs, ☉

♒ *Prima* ♒ anxie quærendi lucra, & vtut multum laboraueris parum proficiendi, ſed in paupertate & vilitate perſiſtendi, ♀.

Secunda formoſitatis, acris intellectus, manſuetudinis, libertatis & compoſitorum morum, ♀

Tertia detectionum & manifeſtationum, ☽.

♓ *Prima* ♓ cogitationū multarū, itinerū, & inquirēdi ſubſtantiā & vitæ neceſſariā, ♄

Secunda

Secunda ſuperbiæ, appetendi res magnas, & immittendi ſeſe negotijs arduis, Iouis.

Tertia voluptatum, deſidiæ & appetendi res Venereas, ♂.

Etſi vero de hac dignitate Ptolom. in quadrip. nullum præceptum tradit, videmus tamen eum in opere iſto ſæpius Decanorum mentionem facere. Agitur etiam de hac dignitate apud Iulium Firmicum 4. lib. 2. Aſtr. Alcabitium c. 9. differentia 1. Iouian. Pont. c. 22. lib. 1. rer. cæl. Et Albumaſarem c. 12. lib. 5. Introd. vbi & hoc, cap. 13. ſequente, m. net; Indos incipiendo a Marte & ſurſum procedendo per ♃, ♄, & hinc a ♋ per ☿, ♀, &c. Decanos numeraſſe: ſed hanc numerationem vtpote vſu non comprobatam reijcit.

Vltima Planetarum dignitas Gaudium vocatur, de qua Alcabit. cap. 2. diff. 1. libelli Iſag. Hæc dignitas quinq; tantum erraticis ſtellis conuenit, quatenus in domicilio naturæ & ſexui magis conueniente exiſtunt. Cum enim, vt ſupra cap. 1. dictum eſt, quilibet Planetarum duo domicilia habeat, vnum Maſculinum, alterum Fæmininum, in eo gaudium habebit, quod cum natura & ſexu Planetæ magis conuenit. Hinc Saturnus maſculinus Planeta, duo habens domicilia; ♑ fæmininum, & ♒ maſculinum, in ♒ tamen gaudium habebit, quandoquidem ♒ cum Saturno natura & ſexu magis congruit, ♃ in ♐, ♂ in ♏, ♀ in ♉, ☿ in ♍ gaudebit. Almanſor propoſitione 93. ♃ in ♓ & Venerem in ♎ gaudere dicit, quod naturæ non videtur conſentaneum, cum ♃ non fæmineus, nec ♀ maſculina ſit, Card. 3. Aph. 17. Alcabitio & nobis quidem conſentit, ♀ tamen ambiguam facit.

Vltima Planetarũ dignitas Gaudium.

Saturni gaudium in ♒
♃ in ♐
♂ in ♏
♀ in ♉
☿ in ♍

Cæterum coronidis loco hæc duo notanda ſunt, Primo dignitates haſce numeris explicari ea ratione & modo, vt his ipſis magnitudo roboris ac potentiæ, vel è contra imbecillitatis ac impotentiæ, quam in quolibet ſigno, aut loco cæli Planetæ conſequuntur & percipiunt, æſtimari ac dijudicari, atq; ita in themate Planeta inter omnes fortior eligi poſſit. In domo namq; ſua Planeta conſtitutus 5. dignitates habet, & fortunatus ac potens ſtatuitur: vt viciſſim in exilio ſeu detrimento exiſtens 5. debilitates obtinere, & afflictus ac debilis eſſe cenſetur. In exaltatione conſtitutus 4. roboris ac fortitudinis teſtimonia conſequitur ac totidem deiectio ſeu Caſus debilitates affert. Triplicitas tres dignitates Planetæ confert: Terminus ſeu finis duas; Facies vnam; Gaudium ſimiliter vnam.

Dignitates Planetarum quibus numeris notentur.

Habent autem hæ poſteriores dignitates nullas ſibi oppoſitas ἀδυναμίας ſeu debilitates, cum quia non adeo magni momenti & effectus ſunt, tum quia Planetis omnibus non omnes competunt, præſertim terminus, perſona & gaudium, quibus luminaria caret. Quando vero in nulla harum dignitatum eſſentialium Planeta conſtituitur, peregrinus eſſe, & quinq; debilitates obtinere dicitur, ſicut compendio docet tabula dignitatum eſſentialium, in quam eas potiſſimum, quas paſſim conſiderant Aſtrologi dignitates eſſentiales, inſerimus.

Digitized by Google

Tabula Dignitatum eſſentialium.

Signa Zodiaci	V Domus Planetarum in zodiaco	IV Exaltat.	III Triplicitates Planetarum D	N	II Termini ſeu fines Planetarum in ſignifero, quos approbat Ptolomeus. grad. grad. grad. grad. grad.	I Decani ſignorum grad. grad. grad.	V Detrimen.	IV Caſus
♈	♂ D	☉	☉	♃	0 ♃ 6 ♀ 14 ☿ 21 ♂ 26 ♄ 30	♂ 10 ☉ 20 ♀ 30	♀	♄
♉	♀ N	☽	♀	☽	0 ♀ 8 ☿ 15 ♃ 22 ♄ 26 ♂ 30	☿ 10 ☽ 20 ♄ 30	♂	—
♊	☿ N		♄	☿	0 ☿ 7 ♃ 14 ♀ 21 ♄ 25 ♂ 30	♃ 10 ♂ 20 ☉ 30	♃	
♋	☽ N & D.	♃	♂	♂	0 ♂ 6 ♃ 13 ☿ 20 ♀ 27 ♄ 30	♀ 10 ☿ 20 ☽ 30	♄	♂
♌	☉ D.& N		☉	♃	0 ♄ 6 ☿ 13 ♀ 19 ♃ 25 ♂ 30	♄ 10 ♃ 20 ♂ 30	♄	—
♍	☿ N	☿	♀	☽	0 ☿ 7 ♀ 13 ♃ 18 ♄ 24 ♂ 30	☉ 10 ♀ 20 ☿ 30	♃	♀
♎	♀ D	♄	♄	☿	0 ♄ 6 ♀ 11 ♃ 19 ☿ 24 ♂ 30	☽ 10 ♄ 20 ♃ 30	♂	☉
♏	♂ N		♂	♂	0 ♂ 6 ♃ 14 ♀ 21 ☿ 27 ♄ 30	♂ 10 ☉ 20 ♀ 30	♀	☽
♐	♃ D		☉	♃	0 ♃ 8 ♀ 14 ☿ 19 ♄ 25 ♂ 30	☿ 10 ☽ 20 ♄ 30	☿	
♑	♄ N	♂	♀	☽	0 ♀ 6 ☿ 12 ♃ 16 ♂ 25 ♄ 30	♃ 10 ♂ 20 ☉ 30	☽	♃
♒	♄ D		♄	☿	0 ♄ 6 ☿ 12 ♀ 20 ♃ 25 ♂ 30	♀ 10 ☿ 20 ☽ 30	☉	
♓	♃ N	♀	♂	♂	0 ♀ 8 ♃ 14 ☿ 20 ♃ 25 ♂ 30	♄ 10 ♃ 20 ♂ 30	☿	☿

A. Cū Planeta in nulla harū dignitatū conſtituitur Peregrinus appellatur & habet debilitates.

Permatacio dignitatum dicitur mutua receptio. Secundo notandum & hoc, ſępius accidere, vt Planetæ ſuas dignitates inuicem permutent, *ita vt vnus in alterius Planetæ domicilio vel exaltatione ſit, & viciſſim alter in prioris eadem dignitate conſtituatur*. Ac talis permutatio, quæ in dictis duabus tantum dignitatibus fieri ſolet, proprie Receptio, vel Receptus mutuus nominatur. Eſtque duplex; Receptio ex domicilio, & receptio ex exaltatione.

Et fit vel ex domicilio. Receptio ex domicilio vocatur, *cum Planetæ ſigna, in quibus domicilia ſua habent, hoc modo permutant: vt ſi ☉ in ♈ domicilio ♂ conſtituatur: Mars viciſſim in ♌ domicilio ☉ exiſtat, Item ☉ in ♋ domicio ☽, Luna in ♌ domicilio ☉, &c.* *Vel ex exaltatione.* Receptio vero ex exaltatione appellatur, *quando Planetæ ſigna, in quibus exaltantur, permutatnt; vt ſi ♃ in ♎ verſetur exaltatione ♄, & ♄ in ♋, hæreat exaltatione ♃: Item ☉ in ♋, ♃ in ♈, &c: Tribuit autem talis receptio fortitudines Planetæ, quot ipſa dignitas, ex qua fit receptio; hoc eſt, receptio ex domicilio tribuit dignitates 5. ex exaltatione 4.* *Receptio ex domicilio 5. teſtimonia fortitudinis exhibet. Ex exaltatione 4.* *Eſt tamen vna receptio altera dignior & felicior. Nam quę ex △ fit radio, veluti ♄ in ♍, ☿ in ♑ Item ☽ in ♍, ☿ in ♉, &c. Vel etiam ex ⚹, veluti ☽ in ♉, ♀ in ♋: Vel ☽ in ♋, ♃ in ♉, &c. benignior cenſetur magiſq; potens: Quæ vero fit ex ſignis vel □ radio ſe mutuo contuentibus, vt ☉ in ♋, ♃ in ♈. &c. vel oppoſitione, vt ☉ in ♒, ♄ in ♌, Sic ♃ in ♊, ☿ in ♐; ♂ in ♋, ♃ in ♑, &c. Vel prorſus ſe inuicem non contuentibus & ſeparatis, vt ☽ in ♌, ☉ in ♋: ☽ in ♎, ♄ in ♉: Vel deniq; ex iis ſignis in quorum altero vel vtroq; alter vel vterq; Planetarum, qui ſe mutuo reſpiciunt detrimentum aut deiectionem habent: vt ♄ in ♋, ☽ in ♍: Item ♄ in ♈, ☉, in ♎ minus potentes, imo & interdum noxię cenſentur.*

Receptiones alię minores. Zahel cap. 25. libelli de princ. iud. ex aſtris, & Schonerus cap. 26. ſecundæ part. Iſagoges, alias aduc duas receptiones proponunt, minores illis

illis quas expoſuimus, quibus etiam Planetæ vires inuicem commiſcent, *quarum prima eſt*, vt Planetæ in ſua dignitate maiore vnica, domo ſcilicet vel exaltatione, conſtituti, recipiant alios, vel corpore, vel radio, in nulla ſua dignitate poſitos, vt ſi ☽ in 8 grad. ♉ recipiat ♄, ibidem vel in 8. grad. ♋, aut 8. grad. ♍ conſtitutum: Vel etiam in minoribus duabus vel tribus conſiſtens, triplicitate nempe & termino, vel triplicitate & facie, vel termino & facie, vel omnibus tribus, (Nam quando vnicam tantum minorem habet, non eſt habilis ad receptionem) recipiat alium in eodem gradu, vel ſimili irradiatione coniunctum, vt ☿ in 9. grad. ♉, ♄ in eodem vel 9. grad. ♍ &c.

Secunda vero eſt, vt Planeta in ſua dignitate alteri habenti in ea maiorem dignitatem, ſuam largiatur vim & naturam: vt cum Planeta, qui eſt Dominus domus vel exaltationis, iungitur Planetæ, qui eſt dominus vel triplicitatis et termini, vel termini et faciei. Veluti cum ☿ in 9. grad. ♉ termino et facie propria iungitur Veneri dominæ domus tum ♀ Mercuriũ recipit, et ſuam ☿ naturam communicat, vt quæ propria ſunt Mercurii, agat ipſe cum venuſtate et moderatione. Similiter cum ♃ de nocte in 5. gradu ♈, vbi et triplicitatem et terminum habet, iungitur vel Marti domino domus, vel Soli exaltationis domino, tum iiſdem communicat naturam, et multo potentius quidem quam priori modo. Sed hæc poſteriores receptiones non niſi in particulari et ad ſuperſtitionem inclinante iudicio locum habent.

Caput. V.
De ſignificationibus et natura Domorum.

Expoſitis ſtellarum & ſignorum proprietatibus ac viribus, quas habent per ſe ſeu ſua natura, & oſtenſis Planetarum eſſentialibus dignitatibus in diuerſis zodiaci ſignis; nunc antequam accidentales virtutes explicemus, quas acquirunt ratione diuerſi poſitus in cæli ſyſtemate; hoc quidem capite ſignificationes & naturam Domorum 12. in quas cælum dirimitur, vt quarum beneficio vires accedentes plenius cognoſcuntur, proponemus. Placuit enim ſyderum obſeruatoribus, vt quemadmodum cælum in primis zodiacus in 12. diuiſus eſt partes ſeu ſigna, quæ ob circumgyrationem terræ quotidianam, conſtitutionem eadem ſeruare nequeunt, ſed ſemper variant; eadem ratione reſpectu noſtri diuidere cælum in 12. alias partes, quæ poſitum eundem ſemper retineant, vt vt hæ potius quam illæ . . . . . . Et ad diuiſionem hanc adhibuerunt circulos ſex maximos, qui in rationali forma, vt præcedenti ſectione dictum, in communi interſectione horizõtis & meridiani ſeſe mutuo interſecantes, inter quos duo principales ſunt horizon & Meridianus, vel qui loco meridiani in modo æquali per 90. Ecliptica gradũ ducitur: Reliqui 4. minus principales ſunt, duo primi ſpacium orientale ab ortu ad meridiem, vel 90. Eclipticæ gradum in 3. part. duo ſecundi ſpaciũ ab ortu ad imum cæli ſimiliter in tres partes, eodemq; modo iidem circuli ſpaciũ Occidentale in ſex diuidunt, vt ita in vniuerſum ſint partes 12. Partes autem has ædes, domicilia, domus, manſiones, loca & cuſpides appellarunt, quanquam cuſpidis vocabulum potius initio, quam integræ domui conueniat, quandoquidẽ in illis ad tempus deſtinatũ poſitæ Stellæ, & aliquandiu manentes ſeu cõmorantes, tanquã in æde deſtina-

Duodecim in themate domus ad analogiam 12. ſignorũ

Quare partes in themate, domus vel domicilia vocentur.

ta peculiares operationes & virtutes edunt, non aliter ac in ciuitate aliqua, aliæ in domo aurificis, alia in ſutoris, ſartoris, victoris, pannificis, &c. opera exercentur.

Prima domus vitæ.

Ac prima quidem domus, quæ initium ſuum habet a ſemicirculo horizontis orientalis, & facta numeratione ſecundum ſ. ſ. terminatur infra horizontem in cuſpide ſecundæ domus, vocatur horoſcopus, q. horæ notatio, & inſpectio, *vt vult Lucas Gauricus c. 1. tract. 1. part. 4. Iſagoges in Aſtrol. cum exortu ſtellarum potiſſimum indicetur tempus*: Item aſcendens, ὁρίζων πρὸς ἀνατολὰς, Cardo vel angulus orientis, primus angulus; Item domicilium vitæ. *Sumitur enim ex hac domo in indicio γενεθλιαλογικῶν generalis de vita nati, vt valetudine, temperamento natiuo, quod vita inordinata nondum immutatum vel corruptum eſt, moribus, ingenio forma corporis, propria nati induſtria, & primæ præſertim ætatis ſignificatio: Idq; ideo Quia ſicut vitæ huius initium tunc capimus, quando ex vtero materno in hanc lucem egredimur: Ita hæc domus eſt ea cœli pars, quæ natiuitatis tempore de hemiſphærio cœli inferiore, & occultato in conſpectum noſtrum producitur, & primam impreſſionem facit. Ex hac quoque de omnium rerum origine & motu, & ſi quid iuxta Arabum placita feliciter incipiendum ſit, indicium ſumitur. Gaudium in ea habere dicitur ☿, vt qui præcipuus ſignificator eſt ſpirituum animalium, qui ex hac domo iudicantur: quanquã Iouianus Pont. lib. 2. cap. 5. de reb. cœleſt. vbi rationes reddit gaudii Planetarũ in domibus, Mercurium à gaudio in prima domo, ob verſatilem naturam, excludat, quod & ante ipſum Iulius Matern cap. 22. libr. 2. fecit. Conſignificator vero eſt ♄, Planetarum ſummus & primus. Vnde & ♄ in hac domo felix, fauſtus & fortis, non læſus infauſtis radijs ♂, ſed confirmatus bonis ac felicibus radijs ♃ aut ♀, generaliter longę vitę & bonæ valetudinis natum ſignificat. Color huic domicilio attribuitur albus: Eſtque ſua natura felix quidem, fœmineum tamen, ſed maſculeſcens, & qualitatis frigidæ ac humidæ ſeu phlegmaticæ.*

Gaudium ☿

Conſignificator. ♄

Color primę domus albus.

ſecunda domus ſubſtantiæ

Secunda domus ſuccedit primæ infra terram: Et dicitur Græcis ἀναφορὰ, Latinis Porta inferna, *quod velut apertis foribus Solem cæteraſq; ſtellas ſupra horizontem orituras, ad horoſcopum ſeu lineam aſpectus noſtri vehat*: Aſtrologis domus lucri, cenſus, peculii atq; ſupellectilis appellatur. *Sumitur enim hinc coniectura de bonis omnibus, quę induſtria & labore, non hæreditate acquiruntur. Ac primum quidem modi hinc petuntur, tam legitimi quam illegitimi, quibus natus acquiret facultates. 2. Media, per quas perſonas ac res ſubſtantiam ſuã aſſequetur: Ac 3. ſtatus opum, an videlicet ad finem vitæ nati ſint duraturę, an vero eas aliquando natus ſit amiſſurus. Ideo autem de domeſtica ſubſtantia ex ſecunda domo iudicatur. Quia cum nec vita conſiſtere, nec corpus officio ſuo fungi poſſit abſq; illis, quæ vitę corporiq; alimoniam ſubminiſtrant, recte poſt domum vitę domus facultatum, quæ ſunt alter ſanguis, collocatur. In hac autem domo nullus Planetarum gaudium habere cenſetur. Conſignificator tamen eſt ♃ ſecundus Planetarum, cui vt fortunæ maiori, opum vitæq; ſuſtentatio commendata eſt: vnde & ♃ hanc domum non impeditus tenens, natum diuitem futurum denotat. Color huic domicilio aſſignatur viridis: Eſtq; ſua natura felix fœmineum tamen vi- & præcedens, qualitatis frigidæ & humidæ ſeu phlegmaticę.*

Conſignificator. ♃

Color 2. domus viridis.

Tertia domus fratrum.

Tertia domus Græcis θεὰ, *à bonorum & felicium euentuum denominatione, quos nato conferre cenſetur*: Aſtrologis domus fratrum appellatur. *Fratrum, ſororum & propinquorum ſignificationẽ ſibi vendicat. Quia enim vt ratiocinatur*

Iouian.

Digitized by Google

Iouian. Pont. cap. 4. lib. 2. de reb. cœl. homo eſt ſociabile animal, nec aliud tam eſt a natura inſitum, quam ſocietatis ſtudium; inter quas tamen prior ac potior eſt fratrum ſororum ac propinquorum ſocietas ac coniunctio: Et hęc domus tertia inter alias omnes prima eſt, quę horoſcopo ſocietate iungitur, & radio ſ. ſ. ſ. inter cæteros primo ſextili eam aſpicit: Merito ex hac domo de fratrum, ſororum & aliorum cognatorum affectione erga natum pronunciatur: Item de hoſpitalite nati, fide religione ſeu pietate aliqua ex parte: præterea de controuerſii, & diſputationibus in iudicio, de itineribus breuioribus & legationibus. Gaudet autem in ea ☽: Et conſignificator eius eſt ♂. Color huic domicilio tribuitur croceus: Eſtq; ſua natura mediocris domus, fœminina tamē & qualitatis frigidę & humidę ſeu phlegmaticę.

Gaudium Lunæ Conſignificator. ♂ Color 3. domus croceus.

Quarta domus Græcis ὑπόγειον Latinis imum cœli *à ſitu & loco* Aſtrologis domus parentum, & patrimonij, *à ſignificatione dicitur. Significat enim parentes eorumq; ſtatum, inprimis tamen patrem, Item patrimonium & hæreditates, quas quis à defunctis parentibus, cognatis vel alijs acquirit. Iudicat etiam de agris eorumq; cultura, fodinis mettalicis, ædificijs, & ſi quæ his bonis immobilibus ſimilia ſunt. Vt enim ex ſecunda de bonis mobilibus & theſauris; ita ex hac de fundis & prædijs pronunciatur. Sumitur etiam hinc coniectura de honore, & exiſtimatione, quæ natum poſt mortem conſequitur, Gaudet in ea nullus Planeta: Conſignificator vero eſt* ☉. *Color huius domus eſt rubeus: Eſtq; ſua natura mediocris, maſculina, & qualitatis frigida & ſiccæ ſeu melancholicæ.*

Quarta do mus parentum. Conſignificator. ☉ Color 4. domus rubeus.

Quinta domus Græcis ἀγαθὴ τύχη, *id eſt, bona fortuna*, Aſtrologis domus liberorum dicitur. *Hinc enim de filijs & filiabus, eorumq; ſtatu, numero & accidentibus alijs, item donationibus, iiſq; quæ ad voluptatem, delectationem, & gaudium faciunt, conuiuijs, bibitionibus & Muſica, item conuerſatione familiari, & nuncijs ac donis iudicatur. Vt enim tertia domus addita eſt fratribus, propter primam aſpectus cum horoſcopo ſocietatem, quę ipſa tamen aliquando imbecillior eſt: ita iure quinta, propter trigonum radium, quem habet ad horoſcopum, attribuitur liberis. Namq; vt nulla eſt arctior, quam patris ac filiorum coniunctio; ſic nullus cœli aſpectus, nulla ſignorum ſyzygia, quam quæ eſt è triangulo, arctior ac propinquior in tota ſerie atq; orbicularitate progredientium ab horoſcopo ſignorū inuenitur. Gaudet in ea non ſolum ♀, ſed & conſignificator eiuſdem eſt. Color huic domui tribuitur mellitius. Eſtq; ſua natura mediocris, maſculina & qualitatis frigida & ſiccæ ſeu melancholicę.*

Quinta do mus liberorum. Gaudium ♀ Conſignificator. ♀ Color 5. domus mellitius.

Sexta domus Græcis κακὴ τύχη, *id eſt, mala fortuna ab infelicitate*, Aſtrologis domus ægritudinum appellatur. *Et enim feraciſſima, & quidamque fomes morborum: vnde quia nulla cum horoſcopo ſocietate eſt annexa, iudicium ſumitur de inclinatione ad has vel illas ægritudines, aliaq; mala, quæ corpora infeſtant, vitamq; labefactant. Sicut enim deſerta loca, & ab hominum frequentia remota, non fera tantum animalia, verum etiam venenata gignunt, & herbas producunt nocentiſſimi ſucci: Ita ſexta domus remota à prima omni aſpectu, mala affert nata varia. Et regulariter, quo plures Planetæ in hanc domum incidunt, eo frequentiores morbi ſignificantur, cum per totam vitam, tum maxime in ſenectute, quoniā Planeta in 12. præſertim infortunatus, morbos in pueritia & prima ætate deſignat. Cumq; ſexta hęc domus ſecundam, quæ eſt alimentorum reiq; familiaris beneuola ſocietate cōplectatur, & triangulari aſpectu intueatur, vernas, ſeruos & ancillas, ſeruiliaq; ſeu domeſtica animalia denotat. Sunt enim hęc omnia*

Sexta domus ægritudinum.

Gaudium Martis. Conſignificator ☿. Color 6 domus niger.

rei domeſticæ adminicula: vt quamuis herus & ſeruus propter dominatum ac ſeruitutem aduerſari ſibi videantur: tamen cum res familiaris abſq. miniſtris adminiſtrari nequeat, hac quoq. ex domo domeſticis rebus familiariq; alimonia præſidia innuantur. Gaudet in ea ♂: Conſignificator eſt ☿. Color huic domui aſſignatur niger: Eſtq; ſua natura infelix, maſculina tamen fœmineſcens, & qualitatis frigidæ & ſiccæ, ſeu melancholicæ.

Septima domus Coniugij.

Septima Græcis *Δύσις, id eſt, occaſus ſeu Cardo occidentalis* Aſtrologis domus nuptiarum ſeu uxoria vocatur. *Significat enim affectionem nati ergà rem uxoriam vel cœlibatum, item numerum uxorum, ac qualitatem uxoris. Nec immerito: Cum enim 7 domus opponatur horoſcopo, & contrarias habeat affectiones, prima domo ſurſum tendente, & quaſi impellente ac agente, hac vero ſeptima declinante ac patiente, ſintq; hæ duæ domus anguli figuræ primarii: Rectè ex 7 uxor ſignificatur, ſiquidem vir agit, uxor patitur: hæc paret, ille imperat, & uterq. domum cum autoritate gubernant, vir tamen ut primaria vi & actiuæ autoritate præditus, uxor vt ſecundam quandam prærogatiuam in domo viri ſui obtinens. Nec mirum, inquit Iou. Pont. cap. 4 lib. 2. de reb. cœl. in re famliari inter virum & vxorem lites plurimas excitari, quando hæc duo domicilia oppoſito ſeſe intuentur radio. Etſi enim naturalis eſt maris, & fœmina coniunctio, quia tamen actio & paſſio ſibi ad verſantur, & ſeſe aduerſis frontibus impugnant, fit vt ſæpe diſſidia excitentur. Sumuntur etiam ex hac domo emtionis & venditionis, item apertorum inimicorum, latronum, exulum & medietatis ac finis vitæ indicia: Gaudet autem in ea nullus Planetarum. Conſignificator eſt ☽: Color item huius domus eſt albus: Eſtque ſua natura felix, fœminina tamen, & qualitatis calidæ & ſiccæ, ſeu cholericæ.*

Conſignificator. ☽ Color 7 domus albus.

Octaua domus mortis

Octaua domus *Græcis ἐπαναφορὰ, id eſt, ſuperna porta, Item ἀργὸς τόπος, id eſt, locus piger & ocioſus dicitur; quandoquidem nulla cum horoſcopo familiaritate coniungitur, ſed potius locis maxime noxijs, vt ſexto ex ⚹ & duodecimo ex triangulo connectitur:* Aſtrologis locus interficiens et domus mortis nominatur. *Sicut enim Solem reliquaſq; ſtellas ex ſuperiore hemiſphærio decumbentes, & ad occaſum properantes, velut recluſis deducit, atq; per occaſum è conſpectu noſtro abripit, vt frui amplius ipſarum luce & calore deſinamus: Ita mortem & vitæ finem nati ſignificat, vel naturalem ex morbo aliquo, vel non naturalem & violentam à cauſſa aliqua externa, vt ictu, caſu, combuſtione, ſtrangulatione, ſubmerſione. Significat etiam mortuorum hæreditates, theſauros occultos, triſtitiam, venena lethalia, & his ſimilia. Gaudet in ea nullus Planetarum: Luna tamen in nocturna geneſi in eadem bene collocata, creſcens, felicibus felicium Planetarum radijs fulta, ſine ſocietate maleuolarum, ſtellarum, felicitatem decernit, atteſtante Iulio Firmico lib. 2 c. 22 & Iou. Pont. c. 4. lib. 2. Conſignificator huius domus eſt ♄. Color tribuitur niger: Eſtq; ſua natura infelix, maſla fœminina, & qualitatis calidæ & ſiccæ, ſeu cholericæ.*

Conſignificator ♄ Color 8 domus niger.

Nona domus religionis & itinerum.

Nona domus *Θεὸς* Græcis *nomine maſculino, vt tertia fœminino Θεὰ vocatur; quod vtraq; quidē domus benefaciat nato, quod proprium Deorum eſt, ſed maior ſit vis & autoritas nonæ, quā tertiæ, cum ſuppeditet ſignificationes euentuum ad religionem & res diuinas pertinentium. Sumuntur enim ex nona domo pietatis, religionis, dignitatum Eccleſiaſticarum, ſapientiæ, artium & ſtudij Philoſophici notæ. Nec abſq; cauſſa. Quia enim domus hac aſcendenti in hemiſphærio ſupe-*

ſuperiore iungitur aſpectu maxime familiari trigono, & aſcendens corporis temperationem, corporeaq; conglutinationis accidẽtia ſignificat, vitæq; ipſius qualitatem: Recte ex hac nona domo nati aptitudo propenſioq; ad religionem ſumitur, vt quæq. fondamentum eſt ad bonos mores rectamq; animi inſtitutionem. Habet etiam ſectarum ſignificationẽ, vt quæ in religione potiſſimum conſiderari ſolent. Porro domus hæc itinerum quoque appellatur, *quoniam longinquarum peregrinationum & legationum iudicia hinc petuntur. Conſtat etiam ex hac domo ſomniorum & diuinationum ratio, Gaudium in ea habet ♃. Conſignificator vero eſt ☼. Color huic domui tribuitur mellitius: Eſtq; ſua natura mediocris, fœminina & qualitatis calidæ & ſiccæ, ſeu cholericæ.*

Gaudium ☼ Conſignificator ♃ Color 9 domus mellitius.

Decima domus Græcis, *id eſt, medium cæli, culmen ſeu faſtigium,* Item Cor cœli, cuſpis regalis, domus regia, & domus honorum appellatur. *Hinc enim vt ex loco cæli altiſſimo; & quia denarius numerus, cæteros omnes complectitur ac terminus quidam eſt, ſummi quoq; boni, quod primum inter homines exiſtimatur, & ciuilium bonorum primarius finis eſt, honoris nempe & dignitatum, quibus natus inter alios eminet ſeu excellit, Prognoſtica; Item vitæ genus, artes, & quæcunq; artium ſuffragio nato deferuntur, colligimus.*

Decima domus

Perſpicimus etiam hinc magnatum, vt principum, vel aliàs in publicorum munerum functionibus conſtitutorum fauorem, ſeu affectionem erga natum. Tandem habet & hæc domus matris peculiarem ſignificationem, cuius conditionem & ſtatum poſt editum infantem indicat. Gaudet in ea nullus Planetarum. Conſignificator vero eſt ♂. Ac color huic domui conuenit mellitius: Eſtq; ſua natura felix, maſculina, qualitatis calidæ & humidæ ſeu ſanguineæ.

Conſignificator ♂ Color 10 domus mellitius.

Vndecima domus *ἀγαθοδαίμον, id eſt, Bonus genius à deſignatione fauoris, benignitatis, & aliorum felicium euentuum nominatur. Hinc enim ſtatus & conditio amicorum fidelium vel infidelium, quibus cum natus familiariter victurus eſt, depromitur: quando & primæ domui aſpectu ✶ aſſociatur, & ſine amicitia vita humanaque nulla eſt. Petuntur & hinc iudicia de conſiliarijs regum & principum, quandoquidem decimæ domui honorum proxime aſſiſtit. Gaudet in ea ♃, qui & bene conſtitutus, ita vt nec retrogradus nec combuſtus, nec in detrimento vel caſu ſuo, ſed in aliqua ſuarum dignitatum ſit, nec lædatur maleuolorũ radijs, fortunam & fauorem communem in rebus omnibus oſtendit. Conſignificator vero eſt ☼. Color huic domui aſſignatur croceus: Eſtq; ſua natura mediocris maſculina, & qualitatis calidæ & humidæ, ſeu ſanguineæ.*

Vndecima domus amicorũ.

Gaudium ♃

Conſignificator ☼ Color 11 domus croceus.

Duodecima domus *κακοδαίμων, id eſt, malus Genius à triſtium & exitialium euentuum indicationibus, quas exhibere & præbere creditur,* Aſtrologis domus carceris appellatur. *Cum enim nullo aſpectu aſcendenti coniungatur, imo ſtellæ ab aſcendente cadentes in hanc proximè motu apparente incidant, varias in vita ad verſitates, inſidias, inimicos, & hoſtes occultos, carceres, aliaſque turbationes & difficultates prodit. Ex hac quoq; domo de maioribus animalibus ac beſtijs & an damna inde perpeſſurus ſit natus: Item de ſeruorum fidelitate & ſubſtantia, vt & de quibuſdam morbis & ægritudinibus, præſertim quæ nato in prima ætate obueniunt, indicatur. Coniecturæ etiam hinc petuntur de ijs, quæ in partu mulieribus accidunt, ſiue ea bona ſiue mala ſint. Gaudet in ea ♄. Conſignificator ♀. Color eidem conuenit viridis: Eſtq; ſua natura domus infauſta ac maligna, maſculina tamen, qualitatis calidæ & humidæ, ſeu ſanguineæ.*

Duodecima domus carcerum & triſtitiæ.

Gaudium ♄ Conſignificator ♀. Color 12 domus viridis.

Arque

Atque hunc in modum totum cœlum per domicilia diſtribuitur, vt vix aliquid in vita boni aut mali, honoris aut opprobrii, vitii aut virtutis ſit eue- turum, quod non iis è locis eorumq; ſtatu ac dominorum ſitu conſtitutione que portendatur.

Prima diuiſio domorum In Cardines.

Porro diſtinguntur domus: Primo quidem in Cardines, ſuccedentes, & cadentes ab angulis. Cardines, *qui & anguli, centra, templa cœlica, & turres cœlorum paſſim ab Aſtrologis dicuntur, ſunt 4. hæ domus principales, & precipuæ, in tota cœli figura, 1. 4. 7. & 10. Planetæ enim & ſtellæ fixæ in iſtis conſtitutæ, manifeſtius vires ſuas exerunt, potentiuſque agunt, quam in aliis. Inter cardines autem prima domus principem tenet locum vt quæ maximam, vitæ partem gubernat, eſtq; baſis iudicii, deinde decima. Huic ſuccedit 7. tandem 4.*

Succedentes.

Succedentes dicuntur, *quæ in motu primo cardines ſuccedunt: Suntq; hæ quatuor. Secunda quæ ſuccedit primæ. V. quæ quartæ: VIII. quæ ſeptimę, XI. quæ ſuccedit decimę. Vocantur hæ domus Græcis ἐπαναφοραι, id eſt, erigentes, reductoriæ, quod à caſu ad cardines ſeu angulos ſtellas erigant & reducant. Eſtq; harum vis minor quam cardinum.*

& Cadentes.

Cadentes deniq; domus *ab angulis, Græcis ἀποκλίματα, h. e. declinantia domicilia, item καταφορὰ, id eſt, labentes ſeu deculminantes domus dicuntur. Stellæ enim in illis exiſtentes paulo ante à cardinibus ſeu angulis ceciderunt, & ita vires ſuas amiſerunt: Sunq; hæc 4. domicilia: III. VI. IX. & XII. Iulius Firmicus cap. 20. lib. 2. pigra, & abiecta figuræ loca appellat, quod horum vis omnium ſit minima, & ſtellæ in his conſtitutæ imbecilles exiſtant: quanquam in eodem & præcedenti 19. cap. paulo aliter domicilia diſtinguat: Secundũ enim locum tribuit aſſiſtentibus ex utraq; parte ſupremo & imò cœli, nonæ nimirum & vndecimæ, item 3. & 5. domibus: Infimum vero & abiectiſſimum locum adiacentibus horoſcopo & occaſui, domiciliis nempe duodecimo & ſecundo, item 8. & 6. aſſignat, vt quæ & horoſcopo nulla ſocietate iunguntur.*

Secunda diuiſio domorum in quadrantes.

Secundo diuiduntur in 4. quadrantes, quorum cuilibet tres aſſignantur domus, Primus quadrans *eſt ab horoſcopo ad medium cœli, i. e. a prima domo excluſiue ad 10. incluſiue, procedendo ſcil. ſecundum motum apparentem cœli ab ortu verſus meridiem: Continet hic quadrans has tres domos, 12. 11. & 10. vocaturq; Orientalis, aſcendens, puerilis, maſculinus, ſanguineus & vernus.*

2 Secundus *eſt à 10. ad 7. & comprehendit has tres domos 9. 8. & 7. Diciturque quadrans Meridionalis, deſcendens, Iuuenilis, Fęmineus, cholericus & æſtiuus.*

3 Tertius *eſt a 7. ad 4. & includit hæc tria domicilia 6. 5. & 4. Vocaturq; quadrans Occidentalis, deſcendens, virilis, maſculinus, melancholicus, & autumnalis.*

4 Quartus *denique eſt a 4. ad primam: Et complectitur has tres domos 3. 2. & 1. Diciturque Septentrionalis, aſcendens, ſenilis, fęmineus, phlegmaticus, & hyemalis.*

Tertia diuiſio domorum; Orientales dicuntur aſcendentes. Occidentales deſcendentes.

Tertio diuiditur thema in duas medietates, Aſcendentem & deſcendentem. Aſcendens, *quę & Orientalis dicitur, a quarta domo per prima ad 10. vſq; ſeſe extendit, & ſex domicilia comprehendit, 3. 2. 1. 12. 11. & 10.* Deſcendens *vero, quæ & Occidentalis appellatur, à decima per ſeptimam ad 4. ſeſe profert, & reliqua ſex domicilia continet, 9. 8. 7. 6. 5. & 4.*

Cæterum ſua natura feliciores domus ſtatuuntur, quæ felices euentus ſignificant, vt 1. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 10. & 11. Infelices vero quę aduerſa nato accidentia denunciant vt 6. 8. 12. Per accidens autem felix redditur domicilium, in

quod

quod vel ſignum zodiaci fauſtum & benignum incidit, vel in quo corpora benignorum Planetarum, vel etiam radij ipſorũ benigni, vtpote ✶ & △ hærent: E contrario infauſtum redditur & debilitatur domicilium, quando vel ſignum zodiaci maligum illud tenet, vel Planeta malignus in eo præſens eſt aut radium ſuum hoſtilem vt oppoſitum & quadratum ad id proijcit.

Felices domus quæ. Infelices quæ. Per accidens que domus felix dicatur

Ad extremum horum domiciliorum ratione Planetæ in medio cæli vel aſcendente conſtituti, habent 5 teſtimonia fortitudinis: in 7, 4 & 11 quatuor: In 2 & 5 tria: In 9 duo: In tertia vnum. Debilitatis vero in domo duodecima teſtimonia 5: In octaua & ſexta 4. Efficiuntur enim Planetæ forte in domibus felicibus, debiles verò infelicibus.

Teſtimonia fortitudinis, & debilitatis Planetarũ ratione domorum.

Caput VI.

De dignitatibus accidentalibus Planetarum, quæ ipſis vel ob poſitum ad Solem, vel ob motum proprium in ſuis orbibus, vel etiam configurationem mutuam attribuuntur.

S*Vpra quidem capite 4 eas expoſuimus Planetarum dignitate, & infirmitates, quas vulgus Aſtrollogorum eſſentiales appellat: quandoquidem ipſi ex congenita virtute inſunt, vel ex familiaritate, quam habent cum ſignis zodiaci eiuſdem naturæ, contrahuntur: Nunc vero accidentales dignitates & imbecillitates examinandæ ſunt, quas Ptolamæus ἐνεργείας κατὰ τὴν γένεσιν, id eſt efficacias reſpectu figuræ cęli ſeu natiuitatis vocat:* Quę nihil aliud ſunt, quam inſitarum qualitatum ſignificationumq; incrementa vel decrementa, quæ ipſi conueniunt vel ratione poſitus ad Solem, vel motus in ſuis orbibus, vel configurationis cum planetis reliquis. *Vt ergo de ſingulis ordine agamus: Initio reſpectu poſitus ad Solem Planetæ ſextuplicem differentiam admittunt.*

Accidentales dignitates Planetarum quæ ſint. Planetę reſpectu poſitus ad Solem ſextuplicem differentiam habent.

Primum enim Planeta quiuis excepta Luna, in qua dignitas hæc non conſiderato, (*licet vt reſpectu ☉, ita quoque reſpetu ☽ conſiderari poteſt & debet, vt apparet ex 4 Aph. 96 Cardani*) in Cazimi ☉ exiſtere, h.e. in corde ☉ verſari, vimq; maximam habere dicitur, qui Soli corporaliter coniungitur, *ita vt linea à ſtatione noſtra ad Planetam exiens, Solem ſimul tangat vel tranſeat; quod tum fit, cum Planeta Soli intra 16 min. longitudinis & latit. iungitur, quod & Schonerus monet Canone 16 ſecundæ partis. Virtutē enim ſuam Solitum vnit, ac vnoq. radio eademque cum Sole virtute in hæc inferiora agit. Sic ♃ in Cazimi ☉ id diem 19 Ianuarij Anni 1606. eſſe dicitur hora veſpertina 6. quando quidem eo tempore Sole exiſtente iuxta calculum Prutenicum in 9 grad. 20 ♒. ♃ eſt in 9 grad. 21. ♒, vnico tantum minuto a Sole remotus: Et latitudo eſt tantummodo 14 minut. Meridionali. Obſeruandum namque latitudinem etiam Planetæ vel Septentrion. vel Merid. non excedere oportere 16 minut. alias in Cazimi non eſſe, ſed ☉ coniunctionem corporalem trāſire creditur, ſicut Luna Solem in coniunctionibus non Eclipticis tranſit. Atq; in tali ſitu Planeta acquirit 5 teſtimonia fortitudinis.*

1 Dicũtur eſſe in Cazimi ſeu corde Solis.

Secundo combuſtus Planeta, *iuxta Schoner. quidem Canone 17 part. 2,*

Digitized by Google

qui ex Amico medicorum Ioannis Ganiueti cap.6 differentiæ 2 definitionem recenſet, dicitur, quando Planeta eſt in radijs ☉ ad 6 gradum ante vel retro Solem: vltra enim ſi abeſt vſq; in quindecimum ante vel poſt ſub radijs ſtãtum ſimpliciter eſſe dicitur. At vt accuratius hanc doctrinam proponamus, Nobis Com-

Orbes planetarum quid.

buſtus Pleneta dicitur, cum a Sole diſtat ante vel plus 16 minut. minus vero aut exacte medietate ſui orbis. Nominatur autem Orbes Planetarum ſpacio zodiaci, intra quæ Planeta Soli iuncti occultantur aliquandiu & recti latent & Vulgo arcus viſionis dicuntur; Intra horum ſpaciorum medietates ſi Planetæ cum Sole iungantur; Combuſti a Sole dicuntur. Solis enim radijs non modo tecti ac quaſi impediti latent, vt lumen ſuum deorſum ſpargere, imprimis tres ſuperiores, non poſſint, ſed & viriũ ſuarum iacturam maximam patiuntur, & quaſi vincti ac incarcerati eſſe cenſentur. Acſi Planeta combuſtus non combuſto proximus extiterit, quod virium ei eſt illi tribuet: 3 Aph. Card. Maximis itaq; Planetæ infirmitatibus hoc impedimetum annumerantur, & in collectione teſtimoniorum debilitatis per quinarium numerum infortunii notatur. Haly part. cap. 5 iudiciorum, aſſimilat combuſtũ Planetam captiuo, cuius vires ſunt vinctæ & ligatæ. Etſi vero non ſolum in diuerſis Planetis, ſed & in

Medietates orbiũ planetarũ.

vno eodemq; propter magnitudinem & lucem diſſimilem diuerſas latitudines, ſitum ad terram diuerſum in apogeio & perigeio Eccentrici, aliaſque cauſſis, medietates orbium inæquales ſunt; ita vt iuxta Cardan in com. ſupra text. 63 libr. 1 quad. Ptol. Saturno 10 grad. ♃ 12, ♂ 7 grad. 30, ☉ 17 ♀ 0, ☿ 7, ☽ 12 grad. 30 tribuantur; Regulariter tamen conſentientibus alijs Aſtrologis hoc modo ſeſe habẽt, vt ad ♄ 9 gr. ♃ 10 ♂ 0 ☉ ♃ ☽ 15. ♀ 0, ☿ 7, & ☽ nodos 12 gr. pertineãt. Ad tantũ enim interuallũ vires ſuas Planeta extendunt, vt eſt 3 Aph. 26

3 Sub radijs oppreſſi.

Tertio ὑπαυγοι & ſeu Radijs Solaribus oppreſſus Planeta dicitur, qui ante vel poſt cõiunctionẽ cũ Sole, diſtat à Sole plus medietate ſui orbis minus vero medietate orbis ☉ hoc eſt 15 gr. Atq. hoc modo conſtitutus 4 debilitatis teſtimonijs deprimitur. Etſi uero nõnulli ex Aſtrologis ſecuti Alc. c. 3 differentia 3 Iſagoges, duas has infirmitates confundũt, ac vnã ex ea conſtituunt, nec vt nos diſtinguunt: certũ tamẽ eſt ab Albumaſare lib. 7 c. 3 Introd. & alijs, ut Pũcero, Garcæo &c. accurate diſtingui: Nec immerito, cũ cõbuſtio ex vicinore, occultatatio verò ex remotiore loco ☉ fiat, illaq; plus, hæc minus lædat & noceat. Haly quoq; p. 4 c. 5 terminos cõbuſtionis ab oppreſſione ſub radiis non diſtinguit: Dicit enim ♄ occidentalis a Sole, & Sol precedens ad eũ requirit diſtantiam 15 grad. Orientalis a Sole tantum 10 grad. De Ioue idem fertur iudicium: ♂ occidentalis a Sole 15 grad. Orientalis 9 deſiderat. ☿ dat ſua dona completa, modo non appropinquet Sole minus 7 gradis. Et ſi quid det a gr. ad 7, non dat complete, propter vires nondum reparatas a combuſtione. Vltra vero 7 grad. dat dona ſua complete. Idem facit ♀, excepto quod quando apparet viſibiliter ad 5 grad. tunc dat donum ſuum completum. ☽ intra 15 gr. parum largitur. Nam in applicatione ad Solem intra 10 grad. perdit ſuam vim omnino: A 10 ad 12 dat modicum propter paſſam in illis 10 gradib. combuſtionem. Sed vbi præterierit 12 grad. dat minus ſuum complete. Ex quibus verbis apparet, cum fortitudines ac debilitatis Planetarum, quas habent ratione Orietalitatis & Occidentalitatis ad Solem, deinde quas habent ſub radijs, liberi à combuſtione aggregare, quas nos ſpeciatim conſiderandas eſſe ſtatuimus.

Quar-

Quarto Liber à combuſtione & radiis *Planeta dicitur, qui a Sole abeſt ante vel poſt plus 15 gr. ſeu medietate orbis ☉. Ac tum 5 teſtimonia fortitudinis eidem tribuuntur.*

4 Planeta liber.

Quinto Luna, Lumine aucta *ſeu potius augeſcens vocatur, cum poſt coniunctionem cum Sole illuminata proficiſcitur ad oppoſitionem ☉.* Diminuta vero ſeu decreſcens, *cum ab oppoſitione ad coniunctione fertur. Ac aucta fortitudinis teſtimonia 2 debilitatis habet.*

5 Luna aucta lumine. Et diminuta lumine.

Sexto Tres ſuperiores vt ♄, ♃ & ♂ Orienteles & dextri à Sole vocãtur, *à coniunctione ipſorum cum Sole, vſq; ad ☍.* Occidentales vero ſiniſtri, *ab ☍ ipſorũ cum Sole, vſq; ad ☌ Ac Orientalibus teſtimonia 2 fortitudinis Occidentalibus 2 debilitatis aſſignantur.* Duo quoq; inferiores ♀ & ☿ Orientales & dextri a Sole dicuntur, *quamdiu ratione motus diurni Solem antecedunt, & mane ante ☉ ortum aſcendunt.* Occidentales ſiniſtri, *quamdiu ſequuntur Solem, & veſperi poſt occaſum ☉ deſcendunt. Hi inferiores, ſi Occidentales ſint duo teſtimonia fortitudinis; Si Orientales, duo debilitatis habent. Cauſa eſt: Superiores enim Orientales, & inferiores Occidentales à remotioribus cœli locis verſu teram mouentur eidemq; appropinquant ac vires augent. Superiores vero Occidentales, & inferiores Orientales, quotidie ab humilioribus & terræ vicinioribus locis ſurſum euebuntur, & vires amittunt. Hacq; omnia in Planetis reſpectu ☉ conſiderantur. Vide Albumaſ. lib. 7 cap. 3 Introd. & Alcabit. cap. 3 different. 3 Iſagoges.*

6 Superiores Orientales quando dicantur. Occidentales qui. Inferiores ſimiliter.

Poſtea motus *quoq; variatio certas tribuit Planetæ dignitatis & deiectiones ſeu infirmitates.* Directus *enim 4 fortitudinis teſtimonia habet* Retrogradus *qui Haly part 1 cap. 5, procedit ad ſimilitudinem proditoris, quinq; debilitatis. Sic* Velox *motum diurnum maiorem habens medio, duo fortitudinis.* Tardus *motum diurnum verum minorem habent medio, vel etiam* Stationarius *duo debilitatis teſtimonia aſſequitur.*

Secundo reſpectu motus dicuntur Planetę directi, retrogradi, veloces, tardi.

Tartio mutant & Aſpectus Planetarum dignitates, *quandoquidẽ eiuſmodi ſunt interualla in zodiaco, in quibus Planetæ ſibi muto virtutes ſuas communicare, ſeſeq; adiuuare, aut cõtra ſe mutuo affligere, & de virtute ſua ſe deiicere poſſe credunt. Suntq; quinq; ⚹, □, △, & ☌ Ac licet* coniunctio *proprie aſpectus non ſit: habet tamẽ inter aſpectus virtutem omnium maximã Corporalis namq; Planetæ præſentia, ſemper euidentius, vel iuuat affligit, quam radius abſẽtis. Idẽ fere dicit Card. 4. Aph 104 Coniũctio vt plurimũ validior eſt oppoſitione, illa quadrato ipsũ trigona radiatione. Raro autẽ accidit, vt Planetæ tanto præciſe interualo ſub zodiaco inter ſe diſtent, quantũ ad aſpectus illius cõſtitutionem requiritur. Vnde commodè diuiduntur* in partiles & platicos. *Diuiduntur prætereatres priores ⚹ □ & △* in dextros & ſiniſtros *de quibus omnibus copioſe agunt Iulius Maternus c. 25 & 26 li. 2 Iouian. Pont. c 36 & 40 lib. 1 de reb. cœl. noſq; eoſdem ſupra ſub finem c. 1 par. 2 explicauimus, Dextri Aſtronomis noſtris vertentibus faciem verſus Meridiem, a Planeta contra ſ. ſ. pronunciuntur; Siniſtri ſecundum ſ. ſ quanquam Lucas Gauricus in fine 1 tract. ſuę Iſagoges in Aſtrologiam: contrarium ſtatuat, imo potius ſeipſum confundat.*

Tertio reſpecta aſpectuum. Coniunctio. Aſpectu partiles, Platici. Dext Siniſt

Notandum autem partiles ſemper eſſe, efficaciores in bonitate vel maliginitati placitus. In partilibus enim ipſa Planetarum ſeſe mutuo aſpicientium corpora & centra inter ſe agunt. In Platicis vero Planetæ intra quantitatem ſo-

Par... Pl... ...

Digitized by Google

Medietates orbiũ ſtellarum fixarum.

lum medietatis ſuorum orbium vires inter ſe commiſceant. Cum quantea ſemidiametrorum orbium Planetarum quantitates oſtenderimus, hic ſtellarum fixarũ notandæ erunt. Primæ ergo magnitudinis ſtellarum orbis medietas eſt 7 gr 30. Secunda 5 gr. 30 min. Tertiæ 2 gr. 30 min. Quartæ 1 grad. 30. Reliquæ minores non adeo attenduntur.

Siniſtri aſpectus efficaciores dextris.

Eodem modo ſiniſtri aſpectus dextris cenſentur robuſtiores, cum in ſequentia ſigna proijciantur, verſus quæ & ipſa Planetarum corpora motibus ſuis proprijs feruntur.

Aſpectus platici diuiſio.

Porro aſpectus Platicus diuiditur in applicationem, & ſeparationem ſeu defluxum, A applicatio fieri, dicitur, cum Planeta leuior ſeu velocior intra medietatem ſui orbis accedit ad ponderoſiorem ſeu tardiorẽ. Defluxus, vero, cũ Planeta leuior, ſeu celerior recedit a ponderoſiore vel tardo. Eſt autẽ applicatio fortior defluxu, & quo quouis proprior corpore uel aſpectu exiſtit, eo validior, et efficacior vtraq; eſt, ſicut hac de re copioſius Card. monet in com. textus 63 ſup. li. quad. Ptol. Et 3 Aph. 31 dicit: Cum Planeta applicat alteri in domo vel exaltatione exiſtenti, dat ei vim ſuam, & eo magis ſi fuerit peregrinus: Quod ſi Dominus loci alteri applicet, vim dabit ſine vtilitate, & labores eius irriti erunt.

Planeta vacuus curſu qui ſit.

Dicitur etiam Planeta vacuus curſu, ſeu ſolitarius iuxta Alcab. 4 diff. 3 Iſag. & comm. Ioann. de Saxonia, it. c. 5 lib. 7 Introd. Album. quando qui alteri coniunctus fuit vel corpore, vel aſpectu in aliquo ſigno, poſt ſeparationem ab eodem Planeta, non viciſſim alicui alteri, vel corpore vel aſpectu aſſociatur, donec ex illo ſigno exiuerit. Veluti ſi Luna ſit iuncta Saturno in ♈ vel corpore vel aſpectu, & poſt ſeparationem a Saturno non alteri alicui in ♈ vel coniunctione vel radio occurrat, dicetur vacua ☽ curſu & ſolitaria.

Generalis Planeta quis.

Feralis vero dicitur Planeta, ſi in tali ſigno verſetur, in quo nec Planeta vllus nec radius hæret. Quẽadmodum enim feralis ſeu ſylueſtris homo dicitur, qui nullam ſocietatem habet cum alijs, ita Planeta quoq; feralis vocatur, qui cum alijs nullam coniunctionem habet.

De coniũctionib⁹.

Cæterum vt appareat quomodo Planetæ vel coniuncti, vel radio ſeſe intuentes, vires vel intendant vel remittant: notandum eſt, coniunctionem beneficarũ Planetarum ♃ & ♀ 5 teſtimonia fortitudinis & ♂ maleficorum ♄ et ♂, vt et ☽ & ♂ 5 debilitates obtinere. Fortunæ namque, vt docet Haly part. 1. de iud. aſtror. cap 6 quando dant rem, complent eã: Infortunæ vero ſi quid dant, pœnitet dediſſe, & rurſus auferunt. Sic coniunctio benefici cum indifferente: vt ♃ cũ ☉ ♃ cum ☿, ♃ cum ☽ ☉ cum ♀, ☿ cum ♀, & ♀ cum ☽ 4 teſtimonia fortitudinis. ☌ vero malefici cum indifferente, vt ♄ & ☉ ☌ & ☉. ♄ et ☽ Item ☉ et ☽ 4 debilitatis teſtimon. largitur. Tria quoq; fortitudinis teſtimon ☌ ☿ & ☽. Tria vero debilitatis ☉ & ☿ ☌ producit. Tandem vnum fortitudinis ☌ ♃ & ♂. Item ☌ ♃ & ♄, ac ♂ & ♀: Debilitatis vero vnum ☌ ♄ & ♀, ♄ & ☿, item ♂ & ☿ afferunt.

De trigonis radijs.

Sic ex beneficis aſpectibus △ ♃ & ♀ vt beneficorum Planetar. 4 fortitudinis teſtimon. Trigoni vero ♃ & ☿, ♀, & ☿, ☉ & ♃, ☉ & ♀, item ♃ & ☽ vt beneficorum cum mediocribus, tria: Trigoni ☿ & ☽. ♄ & ♀. ♀ & ☽ duo. Et trigoni tandem ♃ & ♂, ♃ & ♄ ♂ & ♀, ♄ & ☽, vnum teſtimonium fortitudinis exhibet,

De ſextilibus.

Sextilis ♃ & ♀ tria fortitudinis teſtimonia largitur; vt & ⚹ ♃ & ☿, ♀ & ☿ ☉ & ♃, ☉ & ♀, ♃ & ☽ 2. Et ⚹ ☿ & ☽ item ☉ & ☽ vnum. Licet vero omnis trinus radius bonũ afferat; vt notat Card. 4. Aph. 105. Nihil quod ẽ

tamen

tamen prodeſt trinus vel ⚹ infortuniorũ, ſicut docet Haly cap.6 part.1 de iudicÿs aſtrot. ex Almanſ. propoſitione 9, & Schon. part.2. Iſag. Canone 11.

Ex maleficis vero aſpectibus, 4 debilitatis teſtimonia afferunt ☐ ♄ & ♂ Itẽ ☽ & ♂. Tria ☐ ☉ & ☽ & ♄ & ☉ Itẽ ♂ & ☉ Duo ☐ ♄ & ☽ Item ☉ & ☿: unum ☐ ☽ & ♀. Sic ☍ ☉ & ☽ 4 teſtimonia debilitatis, ☍ ♄ & 3, ☍ ♄ & ☿, item ♂ & ☽ 2 important. Etſi vero & omnis quadrata radiatio quæ eſt inter diſſimilia ſigna mala eſt Card. 4 Aph. 105: Nihil quidquam tamẽ obeſt ☐ vel ☍ radius fortunarum, iuxta Almanſ. propoſ. 9. De quadratis. De oppoſitis.

Poſtremò coniunctio quoque Planetæ intra 5 grad. diſtantiam ante vel poſt cum regulo, qui eſt in 24 grad. ♌ ſex, vt cum Spica, quæ eſt in 19 grad. ♎ 5 teſtimonia fortitudinis affert. Cum capite vero Algol ſeu Meduſæ, quod eſt in 21 gr. ♉ debilitatis quinq; teſtimonia exhibet. Quæ omnia non modo in radicalibus Natiuitatum thematibus, ſed & directionibus & reuolutionibus locum habent. Atque hæc de principÿs prædictionum hoc loco dicta ſufficiant. De coniunctione cum fixis.

Antequam vero ad iudicia ipſa tranſeo, Magino, Momo & calumniatori meorũ laborum, reſpondere cogor, qui hanc virium Planetarũ excuſsionem allatrat. Dum enim Planetas beneficos cum beneficis, & cum mediocribus ac maleficis; viciſſimq; mediocres inter ſe & cum maleficis; & maleficos inter ſe in prioris editione Aſtrologicè cõtuli, quod & hic facio & plenioris intellectus cauſſa mercurÿ & ♀, ☉ & ♀ ☉ & ☿ aſpectu ⚹ △ & ☐ poſui; quamq; vim in efficiendo habeant generaliter oſtend; imitatus in his nõ modo Iuriſconſultos, qui Titio & Sempronio varias actiones affingũt, vel etiã Phyſicos & Mathematicos, qui ex hypotheſibus fictis varias concluſiones extruunt, quibus qualitates in natura ſcrutantur, & demonſtrationes muniunt; ſed doctos in primis Aſtrologos, qui paſſim hoſce aſpectus in directionibus & profectionibus, ad iudicia recte inſtituẽda, conſiderant; eorumque vires expendunt; inſurgit aduerſum me Maginus, & hoc ipſum acerbè calumniatur, ac ſi vere & Aſtronomice illos aſpectus ponam, & inſigni hoc errore contra Aſtronomicæ ſcientiæ ſeu artis principia halluciner, qui longe ante ferendus ſit triũ quatuor ve minutorum lapſibus, quos a ſe admiſſo nolens volens agnoſcere cogitur, vtut non vbique corrigat: Atq; hinc arrepta occaſione, in meridie facem accendit, & ad quantum interuallum ♀ & ☿ cũ a ſe mutuo cũ a Sole digrediantur, copioſius explicat, quod vel idiotis nõ ignotum eſt. Sed aliter iudicarẽs, ſi in cerebello ſtaret, h. e. recta ratione vterentur, nec præiudicia & maleuolẽtia iudicio laboraret, & præ calumniandi libidine fureret. intelligit enim me in hoc loco, quẽ calumniatur, non Aſtronomice ſed Aſtrologice loqui, id quod vel titulus ſupra ſcriptus, Pars tertia de effectibus, monſtrat; niſi Sophiſtices ſtudio, quod maleuolẽtia in ipſo accendit, aſtute & callide ex genere in genus tranſiliret, & Mathemat cum cum Phyſico cofunderet. intelligit callentem legere, etiam primam literam Anoſſe, hoc eſt, me motus ipſos ex hypotheſibus in præcedenti ſecunda parte cap. 1 generatim a dũbitatis, in ſequentibus fuſius explicantem, & hoc ſcire, non poſſe Solem ad Venerem & Mercurium vllum aſpectum habere, ipſamque Venerem ac Mercurium tantum ⚹ nunquam ☐ vel △ ſeiungi: niſi incautis me Aſtronomiæ initia nunquam in deguſtaſſe, vel etiam ex ſocordia quadam in his Maginus arguitur, quod calumniatorem agat, dum Aſtronomica cum Aſtrologicis cõfundit.

lapſum eſſe,temere & fruſtra, non ſine inſigni calumnia perſuadere ad laboraret, ignorantiam inter ſuam turpiter prodens, & ſemetipſum tacite redarguens, ſibi fundamenta Aſtrologica parum nota eſſe. Illibenter quidem hominem eandem mecum diſciplinam profitentem durius tracto, quod coactum me facere hic ſatebuntur omnes, quotquot ingenium meum recte norunt, idque vel ex Epiſtola ad lectorem prioris editionis qua ſe læſum exiſtimat, cuique ſufficienter patet, vbi quamuis cum ipſo humaniſſime egerim; ipſe tamen in ſtraminea ſua Apologia ruſticam ſuperbiam, qua timet, abunde declarat: Verum reſpondendum fuit ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videretur, Prouerbio 26 Verſ. 5.

Ephemer.

SECUNDUM MEMBRUM.

De Prognoſtico Generalium

Ἀποτελεσματων.

Caput I.

De prima Generalium euentuum diuiſione, & Generali prognoſtico Regionum, Vrbium & Locorum.

Doctrina Prognoſticorum merito antecedit Genethlialogicam.

Abſolutis principalioribus Aſtrologiæ fundamentis, ad ipſam iudiciorum conformationem nobis nunc procedendum eſt. Primum vero locum Ptolomæi exemplo & Methodo meritò tribuimus Prognoſtico generalium ἀτον, προγνωστικόν, *de quo libr. 2 quadrip. agit; quandoquidem nec credendum eſt Aſtrologo pronuncianti de alicuius geneſi, niſi & ipſi prius cognita ſint generales conſtitutiones regionem, vrbium & locorum, qualitateſque aeris, in quem ex vtero materno egreditur infans, cum illæ natum variè diſponant.*

Quodquia Simiæ caput Ptolomæum ignorans, non attendit, merito repræhenditur.

Quia enim generalia priora ſunt ſingularibus,& a generalibus ac potentioribus cauſſis eueniunt,quibus ſubijciuntur & parent ſingulares,imo nec ſingularia abſque generalibus plene cognoſcuntur, quod generalia vim mutandi ſingularia habeant: ſtultè ſane egit,& temerario auſu in diſciplina hac ſeſe aliis oſtentauit,Simiæ caput homo de ſchola,qui in vicina ſibi in Aſtrologicis ſingulariter ſapere videtur,dum artem hanc; quæ Mathematicorum & Phyſicorum propria eſt, & ab illis tantum recte intelligi & vſurpari poteſt, qui Aſtronomica & Phyſica callent, vt ſupra in Prooemio huius Tractatus oſtendimus; in verſa docendi ratione, ſpecialia generalibus præmittendo, Genethlialogica ſcil. primum, poſt vniuer-

uerſalia prognoſtica tractando, imò neglecta primorum principiorum declaratione, contra leges bone Methodi, contraque præſcriptum Ptolomæi, & quidem in triuio adoleſentibus, quos rectius in Logici informaſſet, propoſuit. Vt a.apud recte ſentientes notati leuitatis effugere non potuit, quod neglecto officio proprio falcem in alienam meſſem miſerit quì & docendi viam præpoſteram & diſcentibus perniciofam iure in ipſo damnarunt, quando hanc prognoſticorum doctrinam (vt Genethlialogica ſuo loco relinquam) ad electionibus exorſus eſt, quæ electiones ſine tempeſtatum cognitione definiri nequeunt, poſtea demum de tempeſtatibus, inde de venti alijsque Meteoris : de hinc Eclipſibus, & vltimo de quibuſdam reliquis quæſtionibus an prognoſticon pertinentibus, vt annona, bellis, &c. egit. Ita ipſius tradita, cum aliquot ab hinc annis mihi a quodam eius diſcipulo monſtrata eſſent, ſtatim viſa ſunt, puerilem ſapere inſcitiam, & Empirrcam tantummodo, quæ eſt ſine iudicio recto, ſpirare ſup.rbiam, eamq; ob cauſſa multo leuiora, quam quod vel mihi, vel alijs fundamenta, vera cognoſcere cupientibus, vt illa eſſe poſſent, vtut apud vulgus g'orietur impudentiſſimus Thraſo, mea ſuis conuenire, imo ex ſuis deducta eſſe, quæ ego adhibito iudicio dextro, non ſine labore & aliorum magis neceſſariorum ſtudiorum diſpendio, paſſim ex veterum Aſtrologorum & quorundam etiam noſtrum ſcriptis collegi, quorum quidem in prima editione noſtrarum Ephemeridum nomina & loca breuitatis ſtudio omiſi, hic vero vt caluminijs virulenti hominis reſpondeam, cum auctario non contemnendo, adjeci.

Præcepta Similiæ capitis, & puerilia & turbato ordine ſcripta ſunt.

Eſt autem (vt miſſo homine vano, qui ut Simia homines, ita ipſe doctos imitari quidem, ſed fruſtra annititur; quādo & in triuio lacinijs Aſtrologice ſeſe oſtentauit ſaltem, eas vero nunquam plublicare auſus fuit interim nihilominus materna & vulgari lingua neſcio quo ſpiritu editis ſcriptis multa ſibi arroganter tribuit noſtra agamus;) ἀγγοσαποτη genera e duplex.

Primus; ex collatione terrarum ad Planeta & ſigna zodiaci; ex magnis Planetarū coniunctionibus; ex translatione apogeiorum & perigeiorū Planetarum; ex mutatione Eccentricitatis ☉, & obliquitatis zodiaci; nec non tardiſſimo ſtellarum fixarum motu; de ſtatu regionum, marium, Inſularū & vrbium, & de principijs, mutationibus & interitu Imperiorum, & ubi & quando pax, bellum, ſictæ, peſtilentiæ, diluuia contingant, præcipit. Cum enim cauſſis effectibus analogas eſſe conueniat, & vero effectus diſſimiles in terra regionibus & vrbibus, nō niſi diuturno tempore, & elapſis aliquot ſeculis ſeſe predant, conſentaneū eſt eos quoq; a cauſſis ad ſenſum non ita mutabilibus vt ſunt motus Planetarū ſed tardioris & inſignioris mutationi, vt ſunt progreſſiones ſtellarium fixarum, coniunctiones magnæ Planetarum in diuerſis trigonis &c. prouenire: Id quod docent Leupold. parte prima tract. 4 de Introductoriis & iudicior. & Cardā. in ſupplem. Almanac. c. 10, & ſegm. 1 Aph. 37. Verū hoc ipſum iudicium maximis difficultatibus eſt inuolutum cum progreſſiones ſtellarum fixarum & apogeiorū Planetarum, item magnarum coniunctionum momenta, & mutationes Eccentricitatis & obliqnitatis zodiaci, aliaq; ad hoc iudicium adminicula, maxima ex parte ignotæ ſint, nec dum certis & indubitatis limitibus incluſa.

Prognoſticon generale dupl. Primum de ſtatu integrarum regionum iudicare docet.

Alte-

Alterum in certo loco annuas tempeſtates, quæq; eas ſequũtur, definit.

Alterum ex reuerſione ☉ ad æquinoctialia & Solſtitialia puncta, ex Nouilunijs & plenilunijs, inprimis Eclipticis, cæteriſq; cum luminarium tum reliquorũ Planetarũ cõfigurationibus, acceſſu ad has vel illas ſtellas, ortu & occaſu cũ fixarum tum erraticarum, de his potiſſimũ annuis affectionibus prædictiones inſtituit; Prima in aere, cuiuſmodi ſit futura temperies, æſtus ne, frigus, humiditas, ſiccitas, corruptio, ſeu peſtilentia 2 in aquis, num expectanda ſit exundatio vel diminutio aquarum; corruptio vel copia piſcium. 3 in terra, num ſit metuenda ſterilitas vel fertilitas. 4 In ijs, quæ ſupra terram viuunt, vt ſunt bruta & homines, nũ ſit futura brutorum, quæ ad vſum vitæ noſtræ inſeruiunt vel aduerſantur copia vel pauietas: ac cuiuſmodi homines ratione tẽperiei aeris exercebũt morbi, an itẽ bella incendia & alia ſimilia mala eoſdem inf ſtabunt. De hoc genere euentuũ, cũ multa paſſim ab autoribus vſu cõperta & per certos Aphoriſmos explicata habeamus, ipſique adeo motus vnde prognoſtica hæc ſumũtur exactius determinati ſint, certius ferre iudicium quam de priori poſſumus.

Terræ globus æquatore, & meridiano primo per Inſulas fortunatas traiecto in 4 quadrantes diuiditur.

Primus quadrans continet tres, priſcis etiam temporibus notas partes, Europam Aſiam, Affricæ magnã partem.

In quouis quadrante duo ſpectanda. Primo aeris conſtitutio.

In quouis quadrante tria ſunt ſpacia.

1 In torrida zona.

In frigida zona.

Vt autem de proprie primum & hoc in capite agamus, ſciẽdum ex Ptolomæi præſcripto c. 2. li. 2. quadr. terræ globum duobus maioribus circulis æquinoctiali & eo meridiano, qui per Inſulas fortunatas ducitur, ĩ 4 quadrãtes diuidi, eſſ q; omnium idẽ iudicium, vt vno probe cognito de cæteris ſimile feratur. In hoc ergo noſtro quadrante qui tres vſitatas, & veteribus etiam notas terræ partes continet, Europam, Aſiam, & Affricæ præcipuas regiones, exceptis, quæ vltra æquatorem verſus polum Antarcticum procumbunt, hæc duo ſpectanda ſunt Primo quæ locorũ ratione aeris ſit diſtinctio: Poſtea cuiuſmodi ex familiaritate ſignorum Zodiaci & ſtellarum inclinationes conſequantur. Hinc enim reliquorum quadrantum conſtabit ratio. In priori, vbi aeris conſtitutio examinatur tria cõſiderentur: Primo ſub quo parallelo æquatoris poſitus ſit locus: Secundo quanto angulo ab ortu & occaſus termino diſtet: Et tertio quo ſitu Zodiacus locum reſpiciat. Diuiditur autem quiuis quadrans terræ in tria ſpacia, quorum primum inter æquatorem & Tropicum æſtiuum continetur, quod ſpacium Ptol. appellat ſub Parellelis Auſtralibus, & Zonæ torridæ attribuitur. Secundum a Tropico æſtiuo ad circulum Arcticum expenditur, & ad temperatam zonã pertinet; Tertium a circulo Arctico ad polum vſq; ſeſe extendit, & frigidæ Zonæ aſcribitur. In torrida igitur zona, quoniam Sol ad verticale vſq; punctũ in cœlo attollitur, aer circumfuſus vehementer accenditur, propter directiſſimos radios ☉, qui in reflexione ingeminantur: vnde hominib. cutis aduritur, capillo ſunt criſpo, facie contracta, & ſtatura contarta. Deinde temperamento quod ſequitur ſanguinem ſunt calidi, iracundi, ac moribus feris, propterea quod ob biloſum & aduſtum ſanguinem actiones non proficiſcantur ex ratione, ſed potius appetitu. Cætera quoque quæ in terra proueniunt, & in ea viuunt, ſimilia habent accidentia, pro proportione vniuſcuiuſq; naturę.

In frigida zona ſub parallelis Septentrionalibus, aer frigidus eſt & humidus, quod ibi radij ☉ obliqui aerem quidem illuminent, nullum vero adeo ſenſibilem afferant calorem. Vnde in corporibus quoq; hominum humidi alimenti abundat copia, quod nullo calore exhauritur, & homines colore fiunt albo, capillo recto ſtatura procera, temperamento frigido, moribus feris, quandoquidem rigore ſpirituum mens quæ ſtupet, alias agiles deprehenduntur, propter robur caloris natiui, num, & quia dum timent decipi, malunt præuenire. Reliqua quoque

vt

vt bruta & quæ in terra naſcuntur, grandiora ibi fiunt, ſed frigidiora quam alibi. In media vero & temperata zona, aer medio modo ſe habet, & inde omnia quoq; mediocria fiunt, homines colore roſei, & ſubruffi, vt qui medij ſunt inter album & nigrum, & natura temperata, moribus manſuetis,

3 In temperata.


Quia vero huius zonæ magna latitudo eſt, ſciendum, quod loca, quæ propius ad alterutram extremarum accedunt, magis quoq; participent de natura illarum. Hinc qui ad meridiem propius habitant, quia temperamẽto ſunt calidiores, & circulo errantium ſtellarum viciniores, ingenioſiores euadunt, & ad rerum cæleſtium & Mathematica ſtudia procliuiores: & horũ quidem illi, qui citius orientem Solem habent, natura apertiores ſunt, viriliores & conſtantiores ex conditione ☉, cuius in zodiaco medietas à ſigno ♌ in conſequentia ad ♑ extenditur, vt ſupra in tertio capite de Planetarum domicilijs monuimus: Qui vero occidentaliores ſunt, de natura ☽ cenſentur molliores, effœminatiores, & magis conſilia occultantes. Nam Lunæ virtus illis potius debetur, quando & poſt interlunium primum in occidente apparet, & medietas, quæ à ♋ contra ſ. ſ. ad ♐ numeratur, ☽ conuenit.

Ad morum quoq; diſcrimina occaſiones dant cum alia, tum, ipſorum locorum conditio. Nam campeſtria loca ad equitandum, maritima ad nauigandum, fertilia ad manſuetudinem inuitare ſolent. Proinde illæ inclinationes naturarum, quæ a temperamento contingunt, hinc aliqua ex parte mutantur. Atq; hactenus quomodo ex aeris natura conditio incolarum, ſeſe habeat oſtendimus.

Mores hominum loca variant.

Varietas a-inclinationum quæ ex familiaritate locorum cæleſtium & ſtellarum contingit, hoc modo determinanda eſt, ſecundum Ptol. c. 3 lib. 2 quadr. Primum aſſumtus quadrans noſter terræ, qui in ſchemate ſit αβγδ, in 4 partes diuidatur duab. lineis, quarum vna ducitur à Septentrione à mari Petzorke per Ruſſiam, paludem Mæotidis, Pontum, Aegeum pelagus, Arabicum ſinum in meridiem, vt εζ: altera tranſit ab Oriente a Iaponia Inſula per mediam Chinam, Chiama lacum, Perſiam, mare mediterraneum ad fretum Herculeum in Occidentem, vt κθ. Haeq; diuiſione ακ prima pars Europam & omnia eius regna: Secunda oppoſita κγ Aſiæ partes pleraſq; Arabiam, Perſiam & Chinæ Auſtralem partem: Tertia βκ Scythiam cum ad Moſcouiæ ducem, tum ad magnum Chamum pertinentem, Chynæq; Septentrionalem partem: Et quarta δκ Affricæ regna Septentrionalia Feſſanum, Maroco, Barbariam, Numidiam, Lybiam & conſimilia compræhendet. Poſtea quia in zodiaco 4 ſunt triquetræ configurationes, ignea, terrea, aerea & aquea, huic noſtro quadranti terræ & 4 eius partibus, totidem quoq; triquetræ zodiaci configurationes aptentur, ductis primum lineis rectis à Septentrione in Occidentem & Orientem εθ εη, Item à meridie in Occidentem, & Orientem ζθ & ζη, vt fiant triangula ſibi inuicem oppoſita, vt ſchema adiunctum oſtendit.

Secundo incliuationes, quæ a ſtellis dependent.



De portionibus externis.

Quādo ergo ex hac ſtructura 8 fiunt triangula, quorum 4 externa ſunt εαθ, ηγζ, ηβε, & ζδθ, quatuor interna, εθκ, κηζ, εκη, & κδζ, quæ intra figuram concurrunt, notandum nunc in explicatione ſingulorum:

I Primæ quartæ partis portionem exteriorem εαθ Septẽtrionalẽ eſſe & Occidẽtalem, & ideo ſubiectam primo triangulo, qui cõtinet ♈ ♌ & ♐, & cui dominantur Planetæ ♃ & ♂ Occidentales. Populi vero huic ſubijciuntur Europæi, vt Hiſpani, Galli, Britanni, Germani, Dani, Sueci, & Itali: Qui quoque omnes ob principatum trianguli ſui, & dominatorum eius, regni ſunt impatientes, & amantes libertatis, item armorum bellique ſtudioſiſſimi, patientes laborum, eminentiæ munditiæ & fortitudinis ſectatores. In ſpecie tamen Arieti ſubſunt Pritannia, Gallia, Germania, Dania & Suecia, quorum incolis tribuit Ptolomæus ferociam, truculentiam peruicaciam ob Martis dominium. At Italia & Sicilia ♌ ſubijciuntur, quorum incolæ magis ex natura Solis præſtantiæ, benignitati & amicitiæ ſtudent: Et Hiſpania ♐: vnde & Hiſpanis libertatis & mundiciei amor aſſignatur, ab Iouem.

II Portio exterior quartæ ſecundæ huic oppoſita ηγζ, Orientalis eſt & meridionalis, atque ideo ſubiecta ſecundo triangulo, qui continet ♉, ♍ & ♑: Et habet dominatores ♄ & ♀ Orientales. Populi huc pertinent maioris Aſiæ, vt Indi Orientales, Turcæ, Parthi, Perſæ, Babylonij, Aſsyrij & Chinæ Auſtrales. Atque hi ob ♀ dominium rei Venereæ ſunt appetentiores, atque in veſtitu & victu delicatiores: In religione idololatræ: Ob Saturnum deformes, feri & immanes. Ad ♉ à & Venerem magis pertinent, Parthia, Media, Perſia & magna pars Turciæ, quorum incolæ concubitus ſunt flagrantiores magiſq; Venerei, veſtitu vtuntur florido, victu delicato Virgini & ☿ in ſpecie ſubſunt Babylon, Meſopotamia, Aſſyria China, quibus ideo & eximia Mathematicarum diſciplinarum cognitio & obſeruatio ſyderum contigit. ♑ vero & Saturno cedit proprie India Orientalis, cuius cultores deformes ſunt, fædi & immanes.

III Tertiæ quartæ pars exterior εβη Orientalis, & Septentrionalis eſt, atque ideo tertio triangulo, qui ♊ ♎ & ♒ complectitur, & trigonocratores habet ♄ & ♃ Orientales, ſubijcitur. Huic parent Moſchi, Tartari, Hircani, Caſpij, Armenij, & reliquæ gentes Scythicæ. Sed mores harum gentium hodie non adeo reſpondent ſignificationi cœleſtium locorum. Nam ♄ & ♃ Orientales, religioſos, diuites, victu mundo, conſuetudine honeſta vtentes, rerum diuinarum peritos, mores ad libertatem & iuſtitiam compoſitos, magnanimos, oſores improbitatis, in vſu rei Venereæ moderatos & puros efficit, qui quidem mores

alienio-

Digitized by Google

alieniores ſunt a Tartarorum & Moſchorum moribus, quandoquidem hiſce temporibus legibus æquis & bona Reipubl. forma carent, & rapinis magis ſtudent. In cauſſa vero eſt nō cœlum, ſed barbaries quæ loca illa iam occupat. Porro in ſpecie ♊ & ☿ cōueniunt Hircania & Armenia: vnde incolę mobiliores & ſubimprobi ſunt. ♎ vero & Veneri Bactriana, China Septentrionalis, & regiones ad Caſpium mare, quarum incolæ diuitijs accumulandis ſunt intenti, & Muſicæ delitijs indulgent. At Moſchia, Sogdiana, Oxiona & Sarmaria ♒ & Saturno: vnde & incolę īmanes tetrici et feriſūt.

Vltimæ quartæ externa ſ A β Occidentalis & Meridionalis eſt, & triangulo quarto conciliatur, qui ♋ ♍ & ♓ complectitur, & regitur a ♂ & ♀ Occidentalibus. Huic conueniunt Feſſani, Mauri, Numidæ, Garamantæ, et qui Barbariam, Lybiam ac Aegyptum incolunt; vnde gentes hæ procliues ſunt in Venerem muliebrem, et concubitus quoſcunque illicitos, ſunt raptores coniugum, mangonio dediti ob Venerem, ſunt improbi, præſtigiatores, peruerſi, temerarij, obuij diſcriminibus ob Martem. Ex his Dulgeridani, qui olim Numidæ dicti ſunt, Item Tunetani ac Carthaginēſes ♋ et ☽ debētur, qui et ideo cōmercijs ſunt dediti: Feſſani Mauri et Getuſi ♍ et ♂, qui immanes ſunt bellicoſi, diſcriminibus obuij, inque ſeſe mutuo inuadentes. Garamantæ, Nubij et Aegyptij ♓ et Ioui: vnde et liberalioribus et ſimplicioribus ſunt moribus. Atque hoc modo externæ terræ partes ſuis conciliantur triangulis et gubernatoribus. IV

Quæ vero vniuſcuiuſque quartæ portiones in medium terræ vergunt, diuerſam ſortiuntur naturam. Nam primo pars quælibet media eam acquirit naturam, quam pars externa habet in quam vergit: vnde pars media primæ quartæ, tranſit in naturam partis extremæ ſecundæ: Et e contrario pars media huius in naturam illius. De inde omnibus partibus medijs præeſt ☿, quod naturam habeat inter cæteros Planetas mediam. Præterea quoniam mediarum partium aliqua eſt latitudo, quo propius hæ ad ipſum medium accedunt, eo magis ad naturam oppoſitarum partium & ☿ accedunt: Quo v. propius ad baſem ſuæ portionis externæ feruntur, eo magis participes fiunt eius naturæ. Sic ergo facile erit reliquas terræ partes ſuis conciliare triangulis et dominatoribus. De perti ombus in ternis.

Ac primum quidem portio media primæ quartæ ε θ κ reſpectu portionis externæ κ ε θ Orientalis eſt et Meridionalis; Et ideo triangulo ſecūdo qui ♉ ♍ et ♑ cōplectitur, eiuſq; gubernatricibus ſtellis Veneri et Saturno ſubijcitur: Deinde ☿: Tertio ♃ et ♂, qui dominātur primo triangulo. In hac regiones ſunt Illiricum, Macedonia, Thracia, Græcia, Achaia, Cyclades Inſulæ, Creta, Cyprus et maritima loca Aſiæ minoris. Incolæ vero corporibus et animis ſunt compoſiti ac temperati. Namque ♂ præſtantiæ cupidos, fortes et regni oſores efficit. ♃ libertatis cupidos, politiæ ſuæ et legum inſtitutorumq; ſuorum tenaces: ♀ certaminum et mundiciei ſtudioſos. ☿ amicitiæ, hoſpitalitatis, literarum et eloquentiæ cultores, et Mercatores. In ſpecie vero ad Venerem veſpertinam et ♉ referuntur maritima minoris Aſiæ loca, Cyclades Inſulæ et Cyprus. Vnde et mundiciei et voluptatibus magis ſtudent. Græci vero, Achiui, Cretēſes ad ♉ et ♍ pertinēt: vnde ingenioſiores et doctiores enaſcerūt. Macedo- De I

Digitized by Google

nes,Thraces,Illyricum ♑ et ♄ ſubijciuntur, in re quidem paranda non inertes,ſed a manſuetudine morum & hoſpitalitate alieniores.

II Secundo portio media ſecundæ quartę κκζ, reſpectu portionis externę ηγζ, Occidentalis & Septentrionalis eſt. Vnde primo triangulo Occidẽtali,qui ♈ ♌ & ♐ continet, & gubernatricibus ſtellis ♃ & ♂ aſcribitur, cui cõmunis adiungitur ☿,nec prorſus negligũtur ♄ & ♀ qui externæ parti adiacẽti dominãtur. In hac parte regiones ſunt Idumæa,Cælosyria, Iudæa,Phænice,Chaldæa,Orchinia & Arabia felix Incolę vt ob ☿ mixtum ♄ & ♀ ad mercimonia apti cẽſentur,ſunt callidi,deceptores & inſtabiles: Ob ♂ ſunt audaces,impij,inſidioſi: Ob Iouem ſolum fertile tenent; Suntque homines liberales dexteritate in contractibus & negocijs vtentes. Cæterum Phænicia,Orchinia & Chaldæa ſub ♌ & Sole ſunt, cuius incolæ ſimplices celebrantur, & ſyderum obſeruatores, qui & Solem venerantur & colunt. Arabia felix ſub ♐ & Ioue, quæ etiam regio feraciſſima eſt optimorum aromatum, habetq; incolas in negotiationibus probos & liberales Cælosyria tandem Iudæa & Idumæa ſub ♈ & ♂: vnde & homines illarum regionum ſunt inſidioſi & truculenti.

III Tertio portio media tertiæ quartæ ικκ, Occidentalis eſt & Meridionalis reſpectu portionis externæ ιβκ, & ideo triangulo quarto, qui ♋ ♍ & ♓ comprehendit, cuiuſque dominatores ſunt ♂ & ♀ occidentales cum ☿ ſubijcitur. In hac ſunt regiones Bithynia,Phrigia, Colchis, Syria,Cappadocia. Commagene,Lydia,Cilicia & Pamphilia. Mores gentium ratione Veneris ad eius cultum(colunt enim Venerem) Ratione ♂ vero ad improbitatem,rapinas & prædationes procliues ſunt. Ratione ☿ ad mercenarias expeditiones, ſeruiles operas & furta inclinant. Ex his in ſpecie Phryges,Bithyni & Colchi magis ad ♋ & Lunam pertinent: vnde & viri leuiores ſunt, morigeri mulieribus: Contra mulierum pleræque viriles ſunt ob Lunam, imperioſæ, bellatrices gaudentes armis: Ac tales Amazones perhibentur, quæ ad virilitatem fœmineum ſexum inſtruxerunt ab infantia dextræ mammæ amputatione. Syri & Cappadoces ad ♍ & ♂ pertinent: vnde & improbi ſunt,inſidioſi,laborioſi. Lydi vero Cilices & Pamphilij cedunt ♓ & Ioui: Suntque liberales,faciles in contractibus, & in re paranda circumſpectiores.

IV Quarto vltimæ quartæ media portio θκζ reſpectu externæ αθζ Orientalis eſt & Septentrionalis: Et ideo triangulo tertio ♊, ♎ & ♒ cui dominantur ♄ ♃ & ☿ ſubijcitur. Regiones huc pertinent Cyrenaica,Aegyptus inferior,Thebais,Marmarica, Troglódyte, Arabia & Aethiopia. Incolæ ipſi ob Saturnum ad ſuperſtitionem, Ceremonias & ritus circa mortuos: Ob Iouem vero ad imperium & magnificentiam: Ob ☿ ad ſapientiam,prudentiam,rerum intelligentiam, & Mathematica ſtudia propenſi & procliues ſunt. In ſpecie tamen regiones Cyrenarum, Marmaricæ, & inferioris Aegypti,ad ♊ & ☿ referuntur: Ideo ſunt prudentes, intelligentes rerum omnium,& in Mathematicis plane excellentes. Qui vero Thebaidá tenent,Troglodyticen, ♎ ſubſunt & Veneri. Arabes, Medi & Aethiopes ♒ & Saturno dantur, & ideo agreſtiorem & feris ſimilem agunt vitam. Atque hæc quidem,quomodo regiones integræ iuxta ſigna

Zo-

Zodiaci eorundemq; Chronocratores diſcernendæ ſint, exponere volui-mus breuiter.

Stellæ fixæ natura ſua quoq; afficiunt regnorum incolas.

Monet autem Ptol. in initio cap. 4 libr. 2 quad. ſtellas quoque fixas conſiderandas, & illarum vires ad regiones & prouincias traducendas eſſe hoc modo: vt quia longitudinem in zodiaco temporis progreſſu variant, circulus per ipſas & cœli ſeu Eclipticæ polos traducatur, & in quod ſignum circulus incidet, ad illud ſtella fixa pertinebit, & regiones ſigno ſubiectas reſpiciet. Et addit exempla duo Cardan. in commento. Primum de oculo ♉, qui ſua natura; qua iuxta Schönerum cap. 6 libr. 1 de iud. natio. quam & approbat Card. 4 Aph. 29, homines inquietos, turbulentos, ſeditione populari gaudentes facit, tempore quidem Ptol. affecit Cyprum & maritima loca Aſiæ minoris, nunc vero agit in Hyrcanos, Armenos & Aegyptum, quandoquidem ingreſſus eſt ♊. Alterum de corde ♍, quod cum olim in ♍ ex ſua natura Martia, qua iuxta Schoner in eodem cap. & Card 4 Aph. 30 homines crudeles, rapaces, violentos, bene tamen fortunatos deſignat, affeciſſet Syriam, Mauros & Cappadoces, nunc quia in ♐ tranſit, Hiſpanos afficit, facitque eos auaros, ſubdolos, dominandi cupidos & crudeles.

Exemplũ primum de oculo Tauri.

Exemplũ 2 de corde ♍

De mutatione terrarum & regnorũ.

Antequam vero de vrbibus agamus, illiſq; vt regionibus certa ſigna attribuamus, dicendum nobis eſt, quæ cauſſæ cœleſtes, regna & regiones ac terras mutent; quandoquidem non modo in regnis varias mutationes & translationes animaduertimus, dum modo hos, modo illos regnare atq; alijs dominari cõperimus, Verumetiam in ipſa ſuperficie terræ nihil eſſe perpetuum, & ex collatione temporum & locorum, ſiccum humido, humidum ſicco permutari, terraſque alias aquis aboleri, alias aſſurgere deprehendimus. Etſi vero DEVS autor naturæ & cauſſa prima omnis boni, mutat terras & transfert regna pro beneplacito, cuius ſcrutari maieſtatem hominum eſt parum de ſorte ſua cogitantium: tamen cum libro naturæ & cœlo inprimis, quod menſurat tempora, motus ac mutationis omnis generis, inuiſibilia, & ſempiternam ſuam virtutem maxima ex parte inſculpſerit: imo cœlum nobis propoſuerit, vt eſſet in ſigna rerum præſentium & futurarum; Nos religioni veræ contraria non facere videbimur, ſi cum timore & tremore in mutationes illas inquiramus, noſtriſque meditationibus nullam neceſſitatem adſcribamus.

Dan. 2 verſ. 21. Prou. 25. v. 27. Ad Rom. 1. v. 20. Gen. 1 verſ. 14.

Cauſſa mutationis terrarum & imperiorum eſt mutatio abſidũ Planetarũ.

Cauſſa ergo prima cenſetur eſſe mutatio abſidum Planetarum, qua nempe Planetæ quinque cum Sole, loca in quibus ſunt altiſſimi & à terræ meditullio remotiſſimi, item humilimi & terræ propinquiſſimi, & vna cum locis illis, motus velocitatem & tarditatem, in alias atque alias zodiaci ſedes ſ. ſ. ſ. transferunt *Idipſum enim in genere docet. Cardan. 1. Aph. 37 his verbis: Mutationes abſidum, regna, regiones & religiones mutant. In ſpecie vero de mutatione abſidis Solis, cuius in terra maxima eſt vis, ita loquitur 5 Aph. 129: Abſis ☉ ab ♈ ad ♋ proficiſcens, inhabitabilem reddit Auſtrinam partem, Borealem autem habitabilem facit: A ♋ ad ♎ bene habitabilem Borealem & Auſtrali dominantem: A ♎ ab ♑ Auſtrinam habitalem, ſed Boreali parti minime imperantem: A ♑ ad ♈ imperantem Auſtralem Boreali que deſolatæ efficit.*

Cauſſa altera eſt mutatio Eccentricitatis ☉, *quam & ipſam ſequitur*

non

Digitized by Google

Cauſſa ſecunda eſt mutatio Eccentricitatis Solis.

non modo ♀ & ☿, quos duos Planetas in eundem cum Sole orbem in Coſmographicis diſpoſuimus: Verum & reliquorum Planetarum ſuperiorum mutatio Eccentricitatis, cum motus illorum veri ſecundum accuratiſſimas Tychonis obſeruationes motum ☉ verum reſpiciant, indeq; menſurentur. Declaratur autem mutatio illa ex Copernici præſcripto cap. 20 libr. 3 Reuol. per motum parui circuli, qui cētrum Eccentrici in ſua circumferentia circumfert, abſoluendo vnam perriodum annis 3434: Huius diameter conſtituitur 34 l, 14 ll partis vnius, quales ſemidiameter Eccentrici 60 habet. Vnde quia Eccentricitas minima, qualis futura conſtituitur anno Chriſti 1653 menſe Martio, præſupponitur par. 1, 55 l, 53 ll: erit maxima, quæ 63 annis ante natum Chriſtum circa initium ferè Monarchiæ Romanæ accidit part. 2. 30 l, 7 ll. Atq; hunc circellum Georgius Ioachimus Rheticus in Narratione prima hypotheſium Copern. ad Schoner. rotam fortunæ appellauit; cuius circumactu, mundi Monarchia initia ſua ſumunt, atq; mutantur, Quemadmodum enim Romanum imperium, cum maxima eſſet Eccentricitas, ſummum faſtigium aſſequutum eſt, & ad Monarchiam declinauit, ita illa decreſcente hoc quoq; ſenſim q. conſeueſcens imminutum eſt, & ferè concidit. In primo vero quadrante cum lege Mahumetica Turcicum imperium cœpit, & velociſſime ad motus rationem creuit; quod hoc tempore, quo minima ferme eſt Eccentricitas, maxime floret, & inde ad alterum quadrantem rurſus attenuabitur, & æque velociter, Deo ita volente lapſu grauiore ruet.

Cauſſa tertia eſt mutatio obliquitatis zodiaci.

Tertia cauſſa eſt mutatio obliquitatis zodiaci, quæ cum maxima eſt conſtituitur 23 grad. 52 min: cum minima 23 grad. 28 min. vt docent Tabulæ Pruten: præcept. 13 ex 1 cap. lib. 2, & cap. 2, 3, 4, 5 & 6 libr. 3 Reuol. Copernici. Hæc vero cauſſa cum præcedenti conſentit. Augetur enim & minuitur obliquitas zodiaci cum Eccentricitate ☉, vt hac exiſtente maxima vel minima, illa quoq; maxima vel minima deprehendatur.

Cauſſa 4 ſunt coniunctiones magnæ Planetarum.

Quarta tandem cauſſa iudicatur eſſe coniunctio ſuperiorum Planetarum, inprimis ♄ & ♃, quæ vt conſtat ex 1 Aph. 64 Card. triplex eſt: Magna, media & minor: Minorem 1 Aph. 65 ſingulis annis 19, diebus 315, horis 19 recurrere, & in iiſdem conficere 8 Sign. 2 part. 59 l, 9 ll ſtatuit. Medium, qua tranſitus fit in ſignum ſequentis trigoni diuerſæ naturæ & triplicitatis, Annis 198 diebus 236. Et Magnam, qua ex aqueo in igneum fit progreſſus, Annis 794, dieb. 214. At calculus exactior tabularum Pruten. iuxta præcept: 37 monſtrat, ex ſuperatione diurna Iouis ſuper ♄ 2 l, 58 ll, 40 lll, 16 lv, 51 v 52 vl, 2 vll, diuiſa in circulum integrum 6 ſexagenarum; inter duas proximas coniunctiones ♄ & ♃ intercedere ſexag. dier. ſecundas 2, primam, Dies 53, 32 l, 28 ll, 28 lll fere, id eſt Dies 7253, ſeu annos Aegyptios 19, Dies 318, Horas 12, 59 l, 23 ll, 12 lll, quibus a proxima ☌ diſtant Sign. 8, Grad. 2, 58 l, 42 ll, 44 lll. Media ergo 10 minores continens, colligitur 198 Annor. 265 Dier. &c. Et maxima quæ 4 medias compectitur, 794 Annor. 331 Dier. &c. vt tabula adiuncta docet.

Errant

Errant ergo Leupold. tract. 4. & 5. Introd. ſui, Alcab. in initio diff. 4. ſuæ Iſagoges, aliiq; plures hos ſequentes, qui magnæ coniunctioni 960 annos tribuunt, ſuperioreſq. in idem punctum eodem temporis ſpacio redire aſſirmant. Namque fundamentum quo minores ſpacio 20, & medias ſpacio 240 annorũ, poſt 12 minores redire ſtatuũt, falſum eſt; quod fũdamentum licet &

Error notatur quorũdam malè menſurãtiũ quantitatẽ magnarum coniunctionum.

Tabula coniunctionum ♄ & ♃; oſtendens quæ minores, quæ media, quæ magna vel maxima coniunctiones ſint, & quibus temporibus fiant.

	Intervallũ coniunctionũ Annor.	Dier.	Hor.	l	ll	Motus ♄ & ♃ à medio equinoctio Si.	gr.	l	ll	lll
1 *Minor*	19	318	12	59	23	8	2	58	42	44
2 *Minor*	39	272	1	58	46	4	5	57	25	29
3 *Minor*	59	225	14	58	10	0	8	56	8	14
4 *Minor*	79	179	3	57	33	8	11	54	50	58
5 *Minor*	99	132	16	56	56	4	14	53	33	43
6 *Minor*	119	86	5	56	19	0	17	52	16	28
7 *Minor*	139	39	18	55	43	8	20	50	59	12
8 *Minor*	158	358	7	55	6	4	23	49	41	57
9 *Minor*	178	311	20	54	29	0	26	48	24	41
10 *Media*	198	265	9	53	52	8	29	47	7	25
20 *Media*	397	165	19	47	44	5	29	34	14	50
30 *Media*	596	66	5	41	36	2	29	21	22	16
40 *Maxima*	794	331	15	35	28	11	29	8	29	41

Iovian. Pont. in com. ſuper 65 ſent. Centil. Ptol. amplectatur, maximam tamen nongenis annis tantummodo, ſed non abſque errore metitur. Deinde errat etiam vetuſtus codex Segebergæ repertus, ex quo vir illuſtris Henricus Rantzovius in 9 membrum cap. 3. ſecundæ partis tract. ſui Aſtrologici quædam tranſtulit. Nam non modo coniunctiones ipſas, ſed & earum numerationem prorſus confundit, nec quidquam ferè quod verum ſapiat, docet.

Minores coniũctiones quæ dicantur.

Dicuntur autem minores ſuperiorum duorum Planetarum ☌; *quæ in ſignis eiuſdem naturæ ſeu eiuſdem trigoni cum præcedentibus contingunt, & mutationes magnas afferre nequeunt. Etſi enim ſuos quoq; effectus habent; quẽadmodum de ☌ ſuperiorũ in aqueis ſignis Car. 5. Aph. 48. loquitur, quod in illis bella magna exoriantur propter ♍, quæ tamen in pacem non internecionem plerumq; rediguntur, propter ♋ & ♓: tamen quia in eiuſdem naturæ ſignis fiunt, non diuerſa, vt in medijs, aut contraria prorſus, vt in magnis operantur; ſed eoſdem ferè, quos in ipſa mutatione trigoni cœperunt, effectus plurimum continuant. Acharum ſemper 10 ſeſe ordine iuſto inſequuntur.*

Mediæ quæ ſint.

Deinde mediæ vocantur, *quæ quidem in ſignis diuerſi trigoni, at non per omnia qualitatibus contrarii, fiunt, vt cum ex igneo in terreum, ex terreo in aereum, ex aereo in aqueum, atque ita ex ♈ in ♑, ex ♑ in ♎ ex ♎ in ♋ coniunctiones tranſeunt. De his certum eſt, quod diuerſas operationes edant, ſtatum imperiorũ, regnorum & terrarum aliquomodo immutent, & noua quadam imperia & regna emergere faciant: ſicuti Alexandri Magni imperium in aereo, Perſarum in terreo, Mahumeti in aqueo cœpit, quod docet Card. 1 Aph. 53. Acharum coniunctionum, modo numeratio earum deducatur à mutatione trigoni ignei in terreum, tres perpetuo intra annos 596, contingunt: Prima in terreo: Secunda in aereo: Tertia in aqueo trigono.*

Maximæ

Digitized by Google

Maximæ coniũctiones quæ vocentur.

Maximæ vero coniũctiones appellantur, *quæ in trigono igneo fieri incipiũt, inprimis Ariete primo zodiaci ſigno. Cum enim in illis ex aqueo in igneũ ſignũ, quæ qualitatibus primis ſibi maxime aduerſantur, tranſitus fiat; maximæ quoque illis temporibus mutationes in toto mundo accidunt: id quod hiſtoriæ teſtantur.*

Exempla mutationis trigoni aquei in igneum.

Nam retrò calculo acto, & attributis ſingulis huiuſmodi coniunctionib. 794. annis cum dimidio ferè, deducimur ab anno Chriſti 1603. quo ſtylo Iuliano Auguſti die 28, iuxta medios motus, ☌ ſuperiorum maxima in 1 gr. 28 ♐ proxime accidit; vera à die 14 Dec. eiuſdem anni in 9 gr. 367 ♐ imo 10 fere dieb. ante obſeruata eſt, Primum quidem ad ann. Chr. 809, quo Imper. Roman. aſſiduis bellis labefactatum, reformatum tandem & auctum eſt ſub Carolo Magno. Hinc ad ann. Chr. 15, quem paulo poſt excepit magna & Eccleſiaſtici & Politici ſtatus mutatio. Inde ad annum ante natum Chriſtum 779, quem aliquot annis elapſis ſecuta eſt, Olympiadicorum certaminum ac temporum inſtitutio, Romuli ac Remi natiuitas, extructio Romæ, & regni Iſraelitici per Teglathulaſſar regem Aſsyriorum grauis afflictio, et tandem per Salmanaſſarem ſucceſſorem deſtructio. Ab hoc tempore vlterius procedendo deuenimus ad annum ante natum Chriſtum 1574, circa quem iam antea natus fuit Moſes, qui poſteà populum Iſraeliticum ex Aegypto diuina virtute eduxit. Inde ad annum 2168. quem intra ſeculi ſpacium ſubſecutum eſt diluvium univerſale. Poſtea ad annum 3163, ac tandem ad 3957. circa quem DEVS mundum ex nihilo creavit. Et conſentaneum eſt, ut Roma paulo poſt initium quinti trigoni ignei, primo etiam quo mundus cœpit annumerato, condita, & poſtea ſenſim aucta eſt, & inter alias urbes frequentia incolarum, populorum & regnorum, quæ ſubiugavit, caput ſuũ extulit, donec tandem circa ſextum trigonum igneum plurima Europæ, Aſiæ & Affricæ regna in Monarchiæ & ſummi imperii formam redigeret, inq; maximo flore vigeret. Inde vero imperium hoc Romanum in duo, Orientale & Occidentale diviſum, bellis inteſtinis fatigatum, & abalienationibus Regnorum & Prouinciarum exhauſtum concidere viſum eſt, quouſque circa ſeptimum trigonum per Carolũ Magnum inſtauraretur, & priſtinam formam aliquo modo reciperet: Ita idipſum imperium hoc quoque tempore ſub octauo trigono igneo magnas mutationes paſſurum: quas experientiæ potius committemus, quam ut noſtrum de illis iudicium feramus.

Quando mutationes quæ oriũtur ex magnis ☌ potiſſimũ animaduertuntur.

Statuimus autem ex ſentent. 65 Centiloq. Ptolomæi: In minima coniunctione differentiam mediæ coniunctionis, & in media maximæ coniunctionis differentiam conſpici: hoc eſt, exponente Ioviano Pontano: Triplex hoc coniunctionis genus per gradus q. quoſdam, perinde ac per filios nepoteſq; ſignificationes ſuas proferre. Res enim à maxima coniunctione, per nebulam quaſi quandam adumbratæ & ſignificatæ, temporis ſucceſſu, per aliquot minores coniunctiones, magis ac magis in lucem proferuntur; donec tandem in media prorſus confirmentur. In media verò præſignificatæ, in ſubſequentibus minoribus ſuos effectus manifeſtius exhibent, non aliter ac in genituris uſu venit, ubi ſimiliter, quæ generali quadam indicatione, ex natalitia figura, nato alicui portenduntur, ex non uno temporis momento, ſed ſucceſſive atq; minutatim declarantur.

Sunt

Sunt quidam, qui de his coniunctionibus aliter loquuntur. Maximas enim vocant, quando tres ſuperiores Planetæ ♄ ♃ & ♂ ſimul concurrunt: ubi veriſimile eſt, eos ob conuentum illum maiores in hoc mundo alterationes efficere, quam ſi duo tantum ♄ & ♃ conveniant. Magnas, ubi ♄ & ♃: Medias vbi ♄ & ♂ Minores vbi ♃ & ♂ Et de coniunctione ♄ & ♂ in principio ♋ hoc notat Ranzonius in ſupra citato loco; quod quia in caſu ♂ & detrimento ♄ fiat, ſiccitatem inprimis & ſterilitates aſſerat, niſi eoſdem fortuna aſpexerit. Sed nos doctrinam antea traditam magis amplectimur. Aliorum opiniones de coniũctionibus maximis, magnis & medijs.

Porro vt iudicium de quauis coniunctione recte conformetur, ſciendum Maſſabalam quidem ca. 10 ſuæ Epiſt. velle, vt Dominus aliquis eligatur ex loco aſcendentis & loco coniunctionis, ex cuius natura de effectu pronuncietur. Verum cum nullius Planetæ cum altero, præterquam cum Luna exacta coniunctio haberi poſſit, vt docet Card. 4 Aph. 79, atteſtante id experientia & rati ne, quæ prouenire illa monſtrant, a tarditate motus & defectu obſeruationum, quæ ad eiuſmodi minutiſſima in motu, & tempora ſcrutanda minus apta ſunt, quod & Kepplerus cap. 11. de trigono igneo comprobat: Et vero ex loco ☌ ſolo verus Dominus coniunctionis commode non eligatur: Optimum erit vel eum Planetam Dominum conſtituere, & ex eo iudicium ſumere; qui primo ſublimior eſt in Eccentrico. Et 2 in paruo circulo ſeu Epicyclo: 3 qui in loco ☌ plures habuerit dignitates. Et 4 plures ſtellas ſuæ naturæ ſimiles ſibi aſſociatas habuerit, vt eſt apud Card. 2 Aph. 189 vbi & hoc ſequenti Aph. 190 addit, quod in ☌ ſuperiorum ille altior ſit in paruo circulo à media ☌ ☉ ad mediam ☍, qui celerior eſt. Tardius enim mouetur in paruo circulo. A media vero oppoſitione ☉ ad mediam ☌, qui eſt tardior: Quæ tamen omnia apertius ex Correlario ſingulis annis in noſtris Ephemeridibus addito, non modo quo ad Epicyclum, ſed & quo ad Eccentricum cõſtant. Vel etiam Prognoſticon ex eo deducere; vt iuxta ordinem principiorum in præcedenti membro propoſitorum conſiderentur: Primo natura Planetarum, qui coniunguntur, ſtellarumq; quæ iiſdem aſſociantur, & vel vnum vel vtroſq; iuuant aut impediunt. Secundo ſignum, in quo coniunctio fit. Tertio domus in quam ☌ incidit: quanquam eam conſiderare ex incerto tempore & difficile & ſuperuacaneum videtur. Quarto fortitudo vel debilitas, quæ coniunctos Planetas comitatur, cum ratione eſſentialium, tum accidentalium in themate cœli dignitatum, quod thema prope verum ad tempus ☌ erigi poteſt iuxta præcepta cap. vltimi partis. 2. Ephem. Quinto ſitus in latitudine, quando Septentrionaliores ſemper validiores ſunt Auſtralioribus, vt eſt 4. Aph. 80 apud Cardan. Sexto radij qui ad locum coniunctionis diriguntur. Namq; vt docet Aph in fine 9 membri, tertij cap. 2. part. Ranzonij, Si Saturnum & Iouem coniunctos ♂ & ☿ benigno intueantur aſpectu, vt △ aut ⚹ domini regnorum & prouinciarum omnes conatus ſuos ad pacem & concordiam cum finitimis ſeruandam dirigent, ac cogitabunt de legibus ſalutaribus in imperio conſtituendis. Cæterum hoc quoq; plurimum contingere ſolet iuxta Card. 3. Aph. 136, vt magnarum coniunctionum tempore magni homines naſcantur, quamuis genituræ hoc adeo expreſſe non oſtendant. Non vero coniunctiones tantummodo, verum etiam ☍ & □ radij ſuperiorum Planetarum magnas in mundo mutationes deſignant. De oppoſitione enim ♄ & ♃ 5 Aph. 49 hoc affir-

Qua ratione iudicium ferendũ ſit de coniũctionibus 1 Opinio Meſſahalæ

2. Opinio Cardani.

Optimũ eſt iudicare ex principijs antea propoſitus.

G mat

Digitized by Google

mat Cardan. quod bella & ſtrages ſignificent, in quibus vincit ſuperior ex illis, qui nempe maiores dignitates habet in loco ſuo, quam alter, maiorſque eſt poteſtatis. De quadrato vero ♄ & ♃ 7 Aph. 6. Quod ſi ♄ in ♎, ♃ in ♋ ſint, magnæ mutationes eueniant.

Vnde vrbium ſub certis ſignis ſumatur iudicium.

Reſtat nunc in hoc capite, vt quomodo ciuitates & vrbes Metropolitanæ, inprimis quarum fortunam reliqua ad eam pertinentes ſequuntur, duodecim Zodiaci ſignis adſribendæ ſint, doceamus. Sumitur hæc aſſignatio, vel ex principalioribus locis, quæ occupauit cælum ad momentum, quo ædificari cæpta eſt vrbs, inprimis ex ſigno aſcendente; vel etiam ex longa experientia, quæ deducitur ex obſeruatione Eclipſium, & ominoſis ſuperiorum Planetarum ☌ vel ☍, & malorum, quæ comitantur coniunctiones & Eclipſes, cuiuſmodi ſunt irruptiones gentium, terrarum deuaſtationes, peſtes, fames, annonæ caritas, terræmotus, venti inſoliti, inundatio fluminum, &c. vt docet Garcæus cap. 32. de iud. Genit. Tria autem maxime principalia loca docet Ptol. libr. 2. cap. 4. quadr. eſſe, ſi tempus extructionis notum ſit, & thema cæli erigatur ad initium conditæ ciuitatis iuxta præcepta capitis vltimi præcedentis partis, vnde iudicium de ipſa ciuitate ſumitur. Primo Locus ☉. 2. Locus ☽: & 3 horoſcopus ſeu aſcendens. Signum enim aſcendens non aliter ac in genituris ſtatum ciuitatis ſignificat, quo affecto, afficitur & ipſa ciuitas. Quod ſi & loca luminarium lædantur, quæ conſenſum & mirabilem congruentiam cum ciuitate habent, ciuitas ipſa detrimentum aliquod patietur. Imprimus vero Eclipſes luminarium, ſuper ciuitates, prouincias, & regna, magis quã ſuper priuatæ conditionis homines, aut etiam ſuper reges, effectus ſuos effundunt; quandoquidem reſpiciunt multitudinem, vt docet Cardanus. 5. Aph 45. Notandus quoque hic eſt Aph. Card. 4. Aph. 179. Quod ſi natus quis aſcendens habeat in oppoſito ☽, vrbis in qua viuit, ſit in ea vrbe infortunatus.

Ad tria potiſſimũ reſpiciendum loca ☉, ☽, & horoſcopi.

In qua ciuitate quilibet tutiſſime & feliciſſime viuat.

Namque in electione ciuitatis, vbi quis domicilium figere cupit, poſitus Planetarum cum ciuitatis tum nati conferendi ſunt: Et docet Cardan. 2. Aph. 172. Quod optima habitatio pro nati valetudine ſit, vbi aſcendens nati conuenit cum aſcendente vrbis, pro nati vero exaltatione ſeu dignitatibus, vbi cor cæli vel Solis locus conuenit cum aſcendente vrbis: pro diuitijs vbi Iouis; pro felicitate in omnibus rebus, vbi Lunę. Vbi vero hæc vel quadrato vel oppoſito radio ſibi aduerſantur, ibi contrarium quoque euenire conſentaneum eſt. Signum autem quod tempore extructionis vrbis in medio cæli exiſtit, ad principem potius ciuitatis & actiones ciuium ſpectat: quandoquidem idipſum felix & fortunatum, ſpondet principibus & gubernatoribus fortunam in vita & actionibus, & ciuibus proſperitatem. Ac vt in genere rex ille firmiter regnum adminiſtrat, cuius genitura cum regni initio conſentit, vt eſt apud Cardan. 3. Aph. 119. Male cuius diſſentit: Imo in cuius ciuitatis initio mars in corde cæli exiſtit, ea vrbs plerumque eſt ſeditioſa. Quod ſi ♄ medium cæli occupet, multa praue operantur ciues, ſuntq; laborioſi, 2. Aph. 169. Ita in ſpeciali collatione, Regula quã tradit Card. in com. ſuper 20. text. l. 2. quad. Ptol. diligentes obſeruanda eſt. Quod vbi vtraque Geneſes & ciuitatis & principis vrbem gubernantis in promtu ſunt; oportet pro generali regimine medium cæli in geneſi gubernantis & locum ☉ ☽, atque aſcendentis in geneſi ciuitatis conſiderare, & non ſolum inter ſe, ſed & ad Eclipſium præcedentium conſtitutionem conferre:

Rex in adminiſtratione gubernationis, qui felix iudicandus.

ferre: Quaſi omnia bene ſe habuerint, & feliciter in ſuis dignitatibus & fortitudinibus diſpoſita fuerint, non læſa à maleficiorum preſentia vel radijs, ſtatus ciuitatis & principis erit firmus, tranquillus & fortunatus: Sufficitque hæc conſideratio, ſi princeps præſens ſit in vrbe. At ſi procul abſit, & vrbs gubernetur ab aliquo Proconſule, tunc permixta eſt fortuna ex his tribus. 1. Ex geneſi vrbis, quæ primum obtinet locum: 2. Ex loco medij cæli veri principis: Et 3. ex loco medij cæli gubernantis in abſentia principis.

Trãquillus & fortunatus ſtatus vrbis vnde iudicetur.

Poſtremo ſi tempus extructionis vrbis ignoretur, nec ex obſeruatione Eclipſium aut congreſſuum ſuperiorum Planetarum, cui ſigno vrbs ſubijciatur notum ſit, & tamen de ſtatu vrbis aliquid diuinandum ſit; genitura eius ſumatur, qui rerum in vrbe potitur, ac ex medio cæli & affectionibus eius, de ſtatu ciuitatis pronuncietur.

Ne vero longius abeamus, ſingulis ſignis zodiaci, & regiones et vrbes quaſdam, quas experientia iiſdem conuenire comprobauit, compendioſe hoc in loco, vt eædem exercenti Aſtrologiam in promptu ſint, aſſignabimus. Primum *igitur* ♈ *ſubiectas habet ex regionibus Britanniam maiorem ſeu Angliam, Galliam, Germaniam, Sueuiam, Sileſiam ſuperiorem, Poloniam minorem, Burgundiam ſuperiorem, Daniam, licet eam plerique referant ad* ♒, *Baſterniam, Syriam, Palæſtinam. Ex vrbibus Neapolim, Capuam, Anconam, Ferrariam, Florentiam, Veronam, Bergamum, Lindauiam, Traiectum, Patauium, Marſiliam, Brunſuicum, Epidaurum, Cracouiam, Auguſtam Cæſaream, Vincentium.* Poſtea ♉ *habet ex regionibus Ruſſiam albam, Poloniam maiorem, Sueciæ partem Septentrionalem, Hyberniam nunc Irlandiam dictam, Lotharingiam, Campaniam, Heluetiam, Rhetiam, Franconiam, Parthiam, Perſiam, Cyclades Inſulas inter Europam, & Aſiam iacentes, Cyprum & maritima Aſiæ minoris loca. Ex vrbibus Bononiam, Senas, Mantuam, Tarentum, Panormum, Siciliæ, Peruſium, Parmam, Caput Hiſtriæ. Brixiam, Tigurum, Lucernam, Nanceium, Metim, Herbipolim, Caroloſtadium, Lipſiam, Poſnaniam, Gneſnam, Nouogardiam.* Tertio ♊ *habent ex regionibus Sardiniam, Longobardiæ partem, Flandriam, Brabantiam, VVirtebergenſem Ducatum, Hircaniam, Armeniam, Marianam, Cyrenaicam, Marmaricam, & Aegyptum inferiorem. Ex vrbibus vero Cordubam Hiſpaniæ, Viterbium, Ceſenam, Turinum, Vercellas, Regium, Louanium, Brugum Flandriæ, Londinum, Moguntiam, Kitzingiam, Hasfordiam, Bambergam, Villacum, Noribergam, (quam quidem Schonerus & Cardanus ad* ♓ *referunt, ſed Garcæus multis probat rectius referri ad* ♊) Quartò ♋ *habet ex regionibus Scotiæ & Granatæ regna, Burgundiæ comitatum, Hollandiam, Selandiam, Pruſſiam, Dulgerid ſeu Numidiam, Affricam, Bithyniam, Phrigiam, Colchidem, Cartaginem. Ex vrbibus Conſtantinopolim, Tunetum, Venetias, Genuam, Lucam, Piſas, Mediolanum, Vincentiam, Bernam, Treuerim, Eboracum, S. Andream, Lubecum, Magdeburgum, Vitebergam. Gorlicium.* Quinto ♌ *habet ex regionibus Galliam togatam, Alpes, Italiam, Siciliam, Apuliam, Bohemiæ regnum, (quod tamen Garcæus referri mauult ad* ♋) *Turciæ partem, Aemiliam, Sabinam, Phœniciam, Chaldæam, Orchiniam. Ex vrbibus Damaſcum, Syracuſas, Romam, Rauennam, Cremonam, Vlmam, Confluentiam, Pragam, Linizium, Cremiſium.* Sexto ♍ *habet ex regionibus Archaiam, Græciam, Croatiam,*

Quæ regiones & vrbes ſingulis ſignis ſubijciantur.

♈

♉

♊

♋

♌

♍

Carinthiam, Arthesinam, Cretam Inſulam, Rhodum, Athenienſem ducatum, Galliæ comatæ partem, Rheni partem, Sileſiam inferiorem Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam. Ex vrbibus Corinthum, Nouariam, Arctium, Cumas, Hieroſolymam, Brunduſium, Papiam, Siginam, Toloſam, Lugdunum, Lutetiam, Pariſiorum, Baſilæam, Heidelbergam, Erphordiam, Vratislaviam. Septimò ♎
♎ *habet ex regionibus Auſtriam, Alſatiam, Livoniam Sabaudiam, Delphinatum, Thuſciam, Bactrianam, Caſpiam, Seres, Thebaida, Oaſim, Trogloditicam, Sundgaviam. Ex vrbibus Olyſſiponem, Arelatum, Caietam, Laudam, Surſſam, Placentiam, FeldKirchium, Friburgum Briſgoiæ, Argentinam, Spiram, Francfordiam ad Mœnum, Halam Suevorum, VVimpinam, Heilbrunnam, Friſingam, Moſpachium, Landshuttum, Viennam Auſtriæ, Antverpiam.* Octauò ♍ *ha-*
♍ *bet ex regionibus Nervegiam, Bavariam ſuperiorem, Metagontidem, Comagenam, Cappadociam, Idumæam, Mauritaniam & regnum Feſſanum, Getuliam, Cathaloniam. Ex vrbibus Algeram, Valentiam Hiſpaniæ, Trapezuntum, Vrbinum, Aquilegiam, Piſtorium, Camerinum, Tarviſium, Forum Iulium, Meſſanam Viennam, Aichſtadium, Monacum, Gedanum, Francofurtum ad Viadrum.*
♐ Nonò ♐ *habet ex regionibus Hiſpaniam, Dalmatiam, Sclavoniam, Vngariam, Moraviam, Miſniam, Celticam, Thyrrheniam, Arabiam felicem. Ex vrbibus Toletum Hiſpaniæ, Volaterras, Mutinam, Narbonam, Avenionem, Coloniam Agrippinam, Studgardiam, Rotenburgum, Iudenburgum, Budam, Caſcho-*
♑ *viam.* Decimò ♑ *habet ex regionibus Macedoniam, Illyridem, Thraciam, Boſſinam, Albaniam, Bulgariam, Græciam, Maſoviam, Litvaniam, Saxoniam, Haſſiam, Thuringiam, Marchiam Styriæ, Orchades Inſulas, Indiam, Arianam, Gedroſiam. Ex vrbibus Iuliacum, Clevoniam, Bergam, Mechliniam, Gandavum, Oxoniam, Vilnam, Brandenburgum, Auguſtam Vindelicorum, Conſtantiam,*
♒ *Dertbonam, Faventiam.* Vndecimo ♒ *habet ex regionibus Amazoniam, Sarmatiam, Tartariam magnam, VValachiam, Ruſſiam rubeam ſeu Moſcoviam, Sueciæ meridionalem partem, VVeſtphaliam, Moſellanos, Pedemontium, Bavariæ partem, Aethiopiam, Oxianam, Sogdianam, Mediam, Arabiam deſertam & Petræam Ex vrbibus Hamburgum, Bremam, Montem Ferratum, Pi-*
♓ *ſaurum, Tridentum, Salisburgum, Ingolſtadium.* Duodecimo ♓ *habent ex regionibus Ciliciam, Calabriam, Portugalliam, Galitiam, Normandiam, Phaſaniam, Naſamoniam Lybiæ, Garamantes, Lydiam, Pamphyliam, Aegyptum ſuperiorem. Ex vrbibus Alexandriam, Sibiliam ſiue Hiſpalim, Compoſtellam, Parentium, Rothomagum, Vuormatiam, Ratisbonam.*

Atque hæc de diſtinctione & familiaritate regionum & vrbium cum ſignis cœleſtibus & Planetis, qua non tantum conditio aeris exprimitur, ſed & mores incolarum vel conuenientes, vel etiam diſſidentes pro Planetarum & ſignorum vel conſenſu vel diſſenſu oſtenduntur, dixiſſe ſufficiant. Plura qui volet, vel Garcæum cap. 32. de iudiciis Nat. vel Lucam Gauricum tract. 1. Nativ. ubi aliquot vrbium themata tractat, videat.

Digitized by Google

Caput II.

De Eclypſibus.

Effectus Eclipſium generales ſunt.

A *Bſoluto generaliſſimo de mutatione regionum & regnorum iudicio, allegatiſque prouincius ac vrbibus ad certa Zodiaci ſigna; nunc ad effectus Eclipſium nos conferemus, quando illi generales ſunt, & non modo vrbes multas, ſed & regiones integras, ſub quadrangulo inprimis ſigni, vt plerorumque fert opinio, in quo Eclipſis fit, conſtitutas; imo & homines habentes cognationem in geneſi ſua cum themate Eclipſis, afficiunt. Cumque in 2. Ephemer. parte cap. 10. Aſtronomica ad hanc Eclipſium doctrinam pertinentia, vt & quæ ad temporis Aſtronomici ad vſuale conuerſionem, & cuiusuis Eclipticæ vel oppoſitionis vel coniunctionis luminarium ad diuerſos horizontes applicationem, & exactiorem determinationem ſpectant, capite 5. & 6. primæ partis introd. ephem. expoſita ſint: nunc breuiter euentus, qui Eclipſes ſequuntur in terra, ex ſententia Ptol. l. 2. c. 5. & aliquot ſequentib. explicabimus.*

Præparatoria ad iudicium Eclipſiũ.

Primum ergo oblata aliqua Eclipſi; cuius tempus in Ephemeridibus annotatur æquale, ad medium Eclipſis, inquirantur ad idem tempus æquale, loca Planetarum & ☊, iuxta præcepta cap. 3. ſecundæ partis: Notentur & latitudines Planetarum iuxta cap. 4 ſequens.

Ad tempus æquale quçrũtur loca Planetarum.

Veluti proponamus nobis Eclipſin, quæ ex Tychonis calculo Anno Domini 1607 die 5 Septemb. noui & 26. Auguſti veteris anni eueniet, tempore æquali Hora 15. min. 47 poſt meridiem. Ac primum quidem loca Planetarum talia deprehenduntur, ☉ in 12. grad. 48. ♍, ☽ in 12. grad. 48 ♓, ☊ in 2. grad. 49 ♍ iuxta Tychonem; ♄ in 12. grad. 36 ♑ ℞: ♃ in 6. grad. 16 ♈ Retr. ♂ in 29. gr. 56 l ♌: ♀ in 26. grad. 24 l ♎: ☿ in 9. grad. 7 ♎ iuxta tabulas Prutenicas.

Latitudo Lunæ eſt 0 gr. 51 l, 0 ll, Meridionalis Deſcen. Tychoni. ♄ 1 grad. 2 Sept. Deſc ♃. 1 grad. 52 l Merid. Deſc. ♂ 0 grad. 12 l, S. A. ♀ 0 gr. 47. M. D. ☿ 2 gr. 15 l M. D.


Poſtea quia tempus Meridiano Ephemeridum tantummodo congruit, idipſum ad alium quemvis propoſitum nobis meridianum accommodetur, & æquale ad apparens ſeu vſuale reducatur per præcepta c. 6. primæ partis introd. eph. *In noſtro exẽplo, quia Ephemerides ad meridianum noſtrum Francofurtanũ ſupputatæ ſunt, tempus æquale tantũmodo ad apparens reduco: Atque ita 6 l, 26 ll, quæ ſunt accuratior. & ex motibus ipſis deducta æquatio temporis Tychonica Subtr. aufero à tempore æquali, reſtat apparens 5. Sept. noui, 26. vero Auguſti veteris Calendarii Hora 15, 40 l, 34 ll a meridie ſeu dies 6 Sept. noui, 27 Auguſti veteris anni, Hora 3, 40 l 34 ll ante meridiem in tempore vſuali.*

2 Tempus æquale ad apparentiam reducitur.

Tertio ad tempus apparens mediæ Eclipſis, conſtituatur thema cœli iuxta præcepta ca. 11. præcedentis partis 2. Introd. ephem. eidemque inſcribantur loca Planetarũ inventa & fixæ nonnullæ, præſertim quæ oriuntur aut culminant: Item quæ apud Eclipſim & dominum eius ſunt, vt in ſchemate adiuncto vides.

3 Thema erigitur.

Canis:



	Domus	Exalt.	Tripl.	Term.	Dec.	Detrim.	& Casus
☽ in ♓ Grad. 12 48	♃	♀	♂	♃	♃	☿	☿
Horoſcop. in ♌ 24 48	☉		♃	♃	♂	♄	
M. C. in ♉ 11 45	♀	☽	☽	☿	☽	♂	

Habet ergo ♃ teſtimonia fortit. 13, ♀ 9, ☽ 8, ☉ 5.

Debilitatis vero ♂ 1, ☿ 7.

Tandem eligantur ſignificatores or line. Primum quidem Dominus Eclipſis, ſiquidem, vt recte monet Cardan. 2. Aph. 17. in omni Eclipſi, non tam Eclipſis ipſa, quam ſignificatio & vis eius in terra, & quidem ex virtute dominantis Planetæ tempore Eclipſis animaduertitur.

Significatores Eclipſium ſunt I Dominus Eclipſis.

De Electione Domini Eclipſis. Regula 1

Quæritur autem is iuxta has tres regulas Ptol. quæ extant cap. 7. libr. 2. quadrip. Quarum prima eſt textu 31: Quæcunque ſtella erratica pluribus dignitatibus vtrique loco, id eſt deliquij ipſius, & hoc ſequentis cardinis aſſociabitur, ſola dominationem occupabit. *Quorum verborum hic ſenſus eſt: Erecta figura cœli ad medium Eclipſis, conſideretur, quænam ſtella erratica in loco deliquii & hunc ſequente cardine ſola dominium habeat. Dicitur autem ſequens cardo, qui locum Eclipticum motu quotidiano ſequitur, vel ad quem luminaria motu ſuo proprio tendunt, & ſubſequenti tempore veniunt: vt ſi Eclipſis inter meridiem & occaſum fuerit, erit medium cœli, cardo Eclipticum locum ſequens, ſi inter ortum & meridiem, erit horoſcopus. Nos, ne hac in parte aberretur, vtrumque angulum, & horoſcopi & cordis cœli, conſideramus; quando &*

virius

Vtriuſquè maxima eſt vis, & idem faciendum eſſe iudicant Schonerus Canonè 22. primæ partis, & Leupold. tract. 6. de mutatione aeris; quanquam Albumaſar in initio florum, aſcendens tantummodo commendet: Et electionem quidem Domini iuxta hæc tria inſtituimus. Primò videmus collectis fortitudinibus, & detractis debilitatibus, ex tabula dignitatum eſſentialium, in præcedenti membro cap. 4. propoſita, quis Planetarum pluribus dignitatum teſtimoniis in tribus illis locis emineat. Secundò, quis illorum cardinalior ſit, & ad illa loca cardinalia vel affluat in ſuccedente, vel defluat in cadente domo. Affluxum enim in ſuccedente, defluxu in cadente; Item cardini propinquiorem illi, qui remotior eſt, potentiorem ex Aſtrologorum vnanimi conſenſu iudicamus. Tertiò aſpectus quoque vel promouentes vel impedientes Planetas attendimus: Atque is qui omnibus ſuffragiis fortior fuerit aliis, Dominus Eclipſis ſolus indicabitur.

Secunda regula textu 32. Si verò vna eademque ſtella dominium vtriuſque loci ſortita non fuerit, prę feretur quidem defectini loci Dominus, (*coniunctionis nempè Dominus, & in oppoſitione Dominus Lunæ*) ſed aſſumetur etiam ille, qui prę cœteris vtrique loco pluribus modis de præſcriptis adiungi videbitur. Regula 2

Tertia regula textu 33. Sed multis dominationem ſibi vendicantibus, (*ſi nempè plures vtriuſque loci fuerint æmuli, æqualis autoritatis*) propter ęqualitatem reſpectus ad vtrumque locum, præponetur rel quis vel cardinalior, vel potentior, vel qui maioris conditionis ſectæ ut fuerit. *Maiorem autem conditione ſtatuit Orientalem occidentali: Secta, Directum Retrogrado.* Regula 3

Veluti in noſtra Eclipſi, ♃ quidem Dominus Eclipſis conſtituitur, quandóquidem plurima teſtimonia fortitudinis habet, vt in cuius domicilio, termino, & facie Eclipſis ſit; præſertim cum & Orientalis exiſtat, & in horoſcopo, triplicitate & termino gaudeat. At cum ſolus dominium ſuſtinere nequeat ob retrogradationem, & quia in angulo ſequente locum Eclipſis nullam dignitatem habet, merito eidem iungitur ♀, quæ & in loco Ecliptico exaltationem, & in angulo M. C. domum habet: præſertim cum Occidentalis à ☉ & directa ſit, in propria domo; eidemque ♂ teſtimonio ſuo, radio tempore ⚹ ex horoſcopo ſuccurrat: Pro quo tamen beneficio ipſa quoque ♂ gubernationem nonnunquam cedit, quando & loco ſuperior eſt, cuſpidi horoſcopi admodum vicinus, in proprio termino ac facie, in cuius termino & ♀ reperitur.

Secundo ſtella fixa quæ iuxta text. 34. lib. 2. quad. Ptol. ſic quæritur. In themate cæli videatur primo, quis locus proximè antecedat Eclipticum locum, hoc eſt, qui breviori ſpacio diſtet ab occaſu: Deinde qui ſequatur, & propior ſit ortui. Stella namq; quæ in themate erecto Eclipticum locum proximè antecedit, & maximè illuſtris ac ſplendore prima eſt ſecundum nouem modos, quos lib. 8. c. 4. Magnæ conſt. Ptol. tradit, Domina erit. Deinde illa quæ hora Eclipſis oritur, vel fuerit in medio cæli ſequente locum Eclipticum. Hinc conſtat, ſi Eclipſis inter ſeptimum locum & medium cæli fiat, primum locum obtinere ſtellas ſeptimi loci, inde quæ ſunt in cæli medio. Si vero inter medium cæli & aſcendens cadat, ſtellas in cæli medio præponi illis, quæ ſunt in aſcendente. 2. Stella fixa illuſtris Eclipſis cum locum proximè pręcedēs.

Nouem

Nouem modi cõiunctionum oppoſitionũ & quadratorũ aſpectuũ in cœlo.

Nouem autem modi, quos Ptol. σχηματισμοὺς, h. e. configurationes ſeu aſpectus ſtellarum ad Solem vocat, hi ſunt. *Primus* πρωινὸς ἀπηλιώτης Ortus matutinus Subſolanus, quo ſtella ☉ oriente & ipſa ſupra horizontem emergit. Et eſt vel ἑῴα μὴ φαινομένη ἐπανατολὴ, quando ſtella paulo poſt ☉ aſcendit, ſed videri nequit; vel ἑῴα συνανατολὴ ἀληθινὴ, quando ſtella vna cum ☉ oritur, qui ortus alias Coſmicus verus dicitur: vel ἑῴα προανατολὴ φαινομένη, quando ſtella ante ☉ oritur, & cerni incipit: vnde & hic ortus Heliacus matutinus appellatur. Atque hunc poſtremum Ptol. in primo modo omnibus aliis præferre videtur: Cuiuſmodi in themate noſtro dicimus eſſe Scheat ſeu dextræ tibię ♒, ſtellæ tertiæ magnitudinis de natura ☿ & ♄. Præcedit enim locum defectiuum proximè.

2 *Secundus* πρωινὸν μεσουράνημα, q. matutina meridionatio quo ſtella oriente Sole, aut per culmen aut imum cœli fertur: Eſtque vel ἑῷον μεσουράνημα μὴ φαινόμενον, quando ☉ iam orto ſtella ad meridianum ſupra horizontem accedit, quæ & tum videri nequit: vel ἑῷον συμμεσουράνημα ἀληθινὸν, quando ſtella Sole ſupra horizontem aſcendente ipſa per meridianum fertur: vel ἑῷον προμεσουράνημα, quando ſtella paululum ante ortum ☉ meridianum tranſit, ita ut per meridianum ſupra horizontem procedens adhuc videri poſſit. Totidem differentiæ emergunt, ſi ſtella imum cœli circa Solis ortum teneat.

3 *Tertius* πρωινὸς λὶψ, Matutinus Affricus ſeu occaſus, quo ſtella ☉ oriente infra horizontem delabitur: Eſtque vel ἑῴα ἐπικατάδυσις, quando ſtella poſt Solis exortum infra horizontem mergitur: vel ἑῴα συγκατάδυσις ἀληθινὴ, quando ſtella eo ipſo momento, quo ☉ aſcendit infra horizontem deſcendit, qui occaſus dicitur, & Coſmicus verus: vel ἑῴα πρόδυσις φαινομένη, quando paulo ante, quam Sol ſupra horizontem exſurgat, ſtella infra horizontem demergi cernitur.

4 *Quartus* μεσημβρινὸς ἀπηλιώτης, Meridianus Subſolanus, quo Sole meridianum tenente ſtella ſupra horizontem euehitur: Eſtque vel ἡμερινὸς καὶ μὴ φαινόμενος, quando Sole medium cęli occupante ſtella oritur: vel νυκτερινὸς καὶ φαινόμενος, quando Sole imum cœli tenente ſtella ſupra horizontem aſcendere videtur.

5 *Quintus* μεσημβρινὸν μεσουράνημα, quaſi meridionalis meridionatio; quo Sole medium vel imum cœli occupante, ſtella ſimul cum Sole medium vel imum cœli tenet, vel etiam eius oppoſitum tranſit. Huius modi 4 ſunt differentiæ, duæ Sole medium, & duæ Sole imum cœli percurrente.

6 *Sextus* μεσημβρινὸς λὶψ, quaſi meridionalis Africus ſeu occaſus, quo Sole meridianum tenente ſtella intra horizontem delabitur; Eſtque vel ἡμερινὸν καὶ μὴ φαινόμενον, quando Sole meridianum ſupra horizontem tranſeunte, ſtella infra horizontem deſcendit: vel νυκτερινὸν καὶ φαινόμενον quando Sole meridianum infra horizontem percurrente, ſtella occidere apparet.

7 *Septimus* ἑσπέριος ἀπηλιώτης, Ortus veſpertinus ſubſolanus, quo ſtella Sole occidente ipſa è regione ſupra horizontem oritur; Eſtq; vel ἑσπερία

ἐπα-

Digitized by Google

ἀνατολὴ φαινομένη, quando ſtella Sole paulo ante infra horizontem demerſo oriri cernitur: vel *ἑσπερία συνανατολὴ ἀληθινὴ*, quando ſtella ſimul ac Sol occidit ipſa oritur: qui ortus alias dicitur Acronyct⁹ ſeu veſpertinus verus: vel *ἑσπερία πρὸ ἀνατολὴ καὶ φαινομένη*, quãdo ſtella Sole occidẽte iam ante orta eſt.

Octauus ὀψινὸν μεσουράνημα, quaſi veſpertina meridionatio, quo ſtella occidente Sole aut per medium aut imum cœli fertur. Eſtque vel *ἑσπερινὸν ἐπιμεσουράνημα φαινόμενον*, quando paulo poſt Solis deſcenſum, ſtella Meridianũ tranſire videtur: vel *ἑσπερινὸν συμμεσουράνημα ἀληθινὸν* quando Sole occidente & ſtella per meridianũ fertur: Eſtq; vel *ἑσπερινὸν προμεσουράνημα μὴ φαινόμενον*, quando ſtella paulo ante deſcenſum Solis meridianum pertranſit: Totidemque differentiæ emergunt, ſi ſtella circa imum cæli in deſcenſu Solis verſetur.

Nonus ὀψινὸς, q. ſerotinus Affricus ſeu veſpertinus occaſus, quo ſtella Sole occidẽte & ipſa infra horizontem labitur: Eſtque vel *ἑσπερία ἐπικατάδυσις φαινομένη*, quando ſtella Solẽ infra horizontem delapſum paulo poſt ſequitur: diciturque alio nomine *κρύψις* ſeu Heliacus occaſus veſpertinus, quo ſolo ſtellæ fixæ omnes occultantur: vel *ἑσπερία συγκατάδυσις ἀληθινὴ*, quo ſtella vna cum Sole infra horizontem mergitur, qui occaſus alias Acronyctus ver⁹ appellatur: vel *ἑσπερία πρόδυσις μὴ φαινομένη*, quando ſtella occaſum Solis paululum anteuertit. Atque hi modi ſane omnes ad locum Eclipticum directi, ex coniunctione & irradiatione mutua, vel oppoſita vel quadrata, quarum prę alijs omnibus maxima in operãdo vis eſt, vt ex 5. cap. pręcedentis mẽbri manifeſte liquet, deducuntur. *Cum ergo, vt ad exemplum noſtrum redeamus, ſtellam Scheat habeamus, quæ Eclipticum locum proximè antecedit, & ſignificatrix euentuum Eclipſis ex ſententia Ptol. merito conſtituitur: Ex aſcendente vero vel medio cæli alia adhuc adiungenda ſit illuſtrior, aliam commodiorem quam cor ♌ nullam offendimus, cum & ea ipſam horoſcopi cuſpidem teneat, & Ecliptica viciniſſima ſit.*

Tertiò Aſteriſmi ſeu imagines ſtellarum, cum in quibus Eclipſis fit, tum in quibus dominatores exiſtunt, iuxta text. Ptol 35. libr. 2. quadr. Aſteriſmorum enim proprietas ſiue ſit humana imago, ſiue auis, ſiue ſerpens, vt Hercules, Aquila, Hydra, &c. ex ſignatura ſua qualitatem generis euentus arguit. 3 Aſteriſmus ſeu imago ſtellata ſub qua Eclipſis fit ſeu domini exiſtunt.

Noſtra Eclipſis fit ſub aſteriſmo ♒ humana imagine, & ♃ dominus Eclipſis eſt ſub aſteriſmo ♓, ♀ ſub ♍. Stellæ fixæ duæ antea determinata ſunt.

Quartò ſignum in quo fit Eclipſis. Solent etiam nonnunquam angulorum in primis aſcendentis & medij cœli ſigna conſiderari. 4 Signum zodiaci.

In noſtro exemplo præcipua ſignificatio deſumetur ex ſigno ♓ in quo ☽ Eclipſatur. Hinc ex ♌ & ♉. 5 Locus Eclipſis.

Quintò locus Eclipſis, & Domini eius in themate. Sextò quantitas Eclipſis & color eius. Atque ex omnium ſignificatione tandem pronunciatur. 6 Quantitas & color.

Vt vero de ſingulis ſeorſim agamus. Primo de Domino Eclipſis *Ptol. lib. 2. quadr. cap. 8 ſeu text. 45. ex effectiua Planetarum natura hac fermè refert.* Planetæ Eclipſis domini quid ſignificent.

Saturnus *vbi ſolus dominationem fuerit ſortitus, cauſſa eſt vniuerſaliter corruptionis à frigore. Propriè v. in corporibus hominum efficit morbos diuturnos, tabem, conſumptionem ortam ex Catarrhis, perturbationem humorum, fluxus, & febres quartanas. In vita affert exilia, inopiam, anguſtiam, luctus, pauores, interitus, maximè eorum, qui ætate ſunt profectiores. Brutorum præſertim quæ hominum vſui inſeruiunt, efficit penuriam, & ea quæ ſuperſunt, morbis affligit, vt contagium perueniat ad eos, qui vtuntur. In aere notat frigus horrendum, glacioſum, nebuloſum, peſtilens, turbationes aeris, denſas nubes, caligines, copioſas niues, & eas quidem pernicioſas. In aquis & mari communiter ſæuas tempeſtates, naufragia, difficiles nauigationes, penuriam & interitum piſcium. Peculiariter v. vorticoſos in mari fluctus, fluuiorum exundationes & aquarum deprauationes producit. In terra fructuum caritatem, penuriam & vaſtitatem, & maximè neceſſariorum ad victum immittit; idque per Erucas, locuſtas, aquarum inundationes, nimborum impetus, grandinem, aut alia, quæ eo vſque procedunt, vt fame & ſimilibus homines enecent.*

Iupiter *ſolus dominium nactus, generaliter rebus incrementa confert.*
♃ *Sed peculiariter cum ad genus humanum euentus pertinent, largitur gloriam, amicitias, tranquillitatem, pacem, rei familiaris incrementum, εὐεξίας ſeu bonos habitus, & corporis & animi beneficia, dona etiam regum promittit: Gubernatores, gloria, magnanimitate, magnificentia ornat: Et in ſumma felicitatis & bonorum eſt autor: Animantium vtilium abundantiam & noxiorum exitium efficit. In aere temperamentum bonum, ſalubre, ventoſum, humidum, alens res ex terra naſcentes: In aquis fortunatos nauium curſus, mediocria fluminum incrementa. In terra vero frugum copiam & ſimilia pollicetur. Bona vero hæc hominibus, animalibus & plantis vtilibus promittit ♃ in Eclipſibus, quæ aliàs mala potius quam bona portendunt, vt & noxiis animalibus interitum affert, quæ vel feritate, vt Leones & lupi, vel veneno, vt ſerpentes & ſcorpiones, vel fœditate, vt crabrones, muſcæ, pulices, pediculi, &c. hominem reſque alias infeſtant, aut neceſſaria abſumunt, vt Corui, locuſtæ, mures, &c. hanc ob cauſſam: quod, cum duo ſint reges in cœlo. Sol & Luna, ſicut notat Card. in com. text. Ptol. 45. altero deficiente ſeu Eclipſin patiente in locum ſuccedat. Planeta, qui iſto tempore plurimum valet, ſeu maioris eſt dignitatis & virium. Hinc ſi beneficus fuerit, benefaciet, ſi maleficus male, &c.*

♂ Mars *dominium arripiens generaliter cauſſa eſt corruptionis ex feruore. Propriè v. inter homines bella ciet, ſeditiones inteſtinas, vrbium excidia, tumultus populi, iras principum, & ab his inopinatas mortes efficit. In corporibus morbos bilioſos, febres tertianas, ſanguinis eruptiones, morbos acutos, violentos interitus, præcipuè Iuuenum producit. In vita violentiam, iniurias, incendia, homicidia, rapinas, latrocinia affert. In aere æſtus, ventos calidos, peſtiferos, tabificos, fulminum iaculationes, turbines & ſiccitatem excitat. In mari ſubita naufragia, propter inordinatos flatus, fulmina & alia huiuſmodi portendit. In fluminibus aquas exſorbet, fontes deſiccat, latices corrumpit. In terra frumenta & res terra naſcentes ad vſum neceſſarias peſſundat, vel dum naſcuntur, pernicioſo æſtu vaſtat, vel etiam dum mouebuntur, conflagrationibus perdit.*

Ve-

Digitized by Google

Venus cum ſola dominatur, generaliter efficit ſimilia Ioui, ſed cum quadam venuſtate. Hominibus gloriam, honores, lætitiam, fortunatos & frugiferos annos, fortunata coniugia, numeroſam ſobolem, gratiam in omni conuerſatione, facultatum incrementa, mundiciem in victu, honeſtatem, reuerentiam in religione, corporis decoram conſtitutionem, familiaritatem cum principibus promittit. In aere temperatos ventos, humidos, fœcundas conſtitutiones, bonam tempeſtatem, ſerenitatem, tempeſtiuas pluuias. In acqua & mari, nauigationes felices & lucroſas, fluminum vtiles exundationes, copiam animantium ad vitam vtilium, frugum abundantiam, atque alias commoditates affert.

Mercurius adeptus dominationem, generaliter in illius ſtellæ naturam ſe inſinuat, cum qua fuerit commixtus, at omnium impetuoſiſſimus eſt. In ſpecie vero quod ad ἀποτελέσματα humana attinet, facit acres, in agendo induſtrios, & tales qui ſeſe ad omnes occaſiones poterunt accommodare, vſurpatores latrociniorum furtorum pyraticæ inuaſionis. In morbis vero difficiles reſpirationes; & configuratus cum maleficis, morbos ſiccos, febres quotidianas, tuſſes, anhelationes, phthyſes. In ceremoniis religione inſtitutis ac legibus, mutationes affert. Quæ quidem efficit pro varia occaſione ſuæ alterationis, & diuerſa κρᾶσει ſtellarum, cum quibus configuratur. In aere quia ſemper adeſt Soli, & præterea celer eſt curſu, ſiccitatem affert, & ventos vehementes, inordinatos, inſtabiles, & facie ſeſe commutantes, imo & contrarios commouet. Vnde & tonitrua flammantiaque fulmina immittit, diſſipatque ac concutit terram, fulgura ciet: atque ſic exitialis eſt & animantibus et plantis, quæ vitæ vſibus inſeruiunt. Occidentalis flumina minuit. Orientalis auget.

Planetę aliis configurati vel in permutatis locis vel ad Solem diuerſimode poſiti, vires permiſcet

Has vero vires, quas quilibet Planeta ſua natura habet, per accidens cum aliis commixtus multum variat, vbi & configuratio, et aſteriſmorum permutatio, & ad Solem apparitiones ſpectandæ ſunt. Nam & his accidentibus conſentaneam in affectionibus ſuis temperationem accipiunt, & variam ac mixtam pro natura illorum, quibus cum communicant, proprietatem exerunt. Verum cum illa omnia exequi infiniti laboris ſit, nec commode doctrina omnes mixtiones comprehendantur, induſtriæ Aſtrologiam factitanti temperationem decretorum merito committimus.

Luminaribus peculiares vires nō adſcribū.ur

Cæterum luminaribus, quia principes cauſſę ſunt euentuum, & cæterarum erraticarum ſtellarum operationes ac dominia diſponunt, confirmant aut languefaciunt, huiuſmodi facultates peculiariter non adſcribuntur. Euentus.n. in genere ſolummodo illis nunciatur, at per dominium Planetarum ad ſpeciem certam reſtringitur.

Exemplū

Noſtra Eclipſis quia dominatorem præcipuum habet Iouem, cui ſe iungit ♀, & interdum quoque ☌, nihil mali promittere poteſt, ſed potius ob beneficam & temperatam naturam Iouis, ſi ad homines reſpiciamus, iiſdem bonam valetudinem, pacem, rei familiaris incrementa ex largitionibus, quæ ex compoſitione bellorum proueniunt, fortunata itinera tam longinquiora quam breuiora, & religionis tranquillum ſtatum promittit. Si ad reliqua animantia, quæ hominum vtilitati inſeruiunt, non modo terreſtribus ſed & aquatilibus fœcundam conſtitutionem & copiam deſignat: inutilibus vero & noxiis necem & interitum minatur. Aerem ſalubribus ventis mouet & purgat, nec impetuoſitate aut omnia commotione vel rebus in terra vel nauigiis in aquis incommodat. Sereni-

Digitized by Google

tates quoque ♃, & pluuias ♀ commodo tempore ad rerum ex terra naſcentium copioſum prouentum promouet. Ac licet ♂ æſtu nocere, & inter homines morbos biliosos ac diſſidia ſerere ſua natura contendat; quicquid tamen malorum apparuerit beneficorum vi & potentia illico ſedabitur.

Stellarum fixarum natura. Secundo de ſtellis fixis *hoc ſciendum eſt, quod eædem ipſis conueniant proprietates, quæ Planetis ſunt aſſignatæ, ſiue hæ ipſis tribuantur propriæ conſtitutionis cauſſa, ſiue ab erraticis ſtellis, aut locis Eclipticę in quibus conſiſtunt, talem acquirant. Hinc vt nominibus Planetarum effectiua illarum natura deſignari ſolet, dum aliæ Saturninæ, aliæ Ioniales, aliæ Martiales, &c. dicuntur, ſicuti ſupra cap. 2. præcedentis membri monuimus: Ita quoque quæuis ſtella ſui Planetæ vim, & efficatiam exprimit: Et ſtellæ Saturninæ Saturni, Jouiales Iouis, Martiales Martis &cet. vim promouent.*

Exemplū. *Veluti in noſtra Eclipſi ſtella Scheat de natura ☿ & ♄, homines quidem morbis ex defluxionibus frigidis ad pedes, & tumore pedum, ac febribus tam quotidianis quam quartanis uexare, & inter coniuges diſsidia ex mala adminiſtratione rei familiaris, uel liberorum educatione, quando ♄ locum Eclipticum & ſtellam ex domo liberorum ✱ radio in longis deſcenſionibus intuetur, excitare nititur: præſertim cum eidem ſtellæ ratione longitudinis cæli uicinus ſit nodus deſcendens ☽ ſeu ♌: Aerem quoque uentis uehementibus agitare, & cælum caligine tegere elaborat. At cor ♌ de natura ♂ & ♃ in aſcendente ad compoſitionem diſtidii facit, morbis ex frigida cauſſa orientibus reſiſtit, aerem purificat, & priora ſignificata in dominio Planetarum allata confirmat.*

Aſteriſmorum natura expeditur cum ex ſignatura. Tertiò *de imaginibus ſtellarum ſeu Aſteriſmorum formis, in quibus accidit Eclipſis, uel etiam ſtellæ autoritate ualentes conſtituuntur, ſiue ſint in Ecliptica, ſiue extra, hoc notat Ptol. text. 35. lin. 2. quod Primo ex ſignatura: Quod imagines hominum in genus humanum, quadrupedum in quadrupedes, imagines ſerpentum in angues & ſimilia, ferarum in feras, & quæ manſuetarum beſtiarum ſunt, in manſuetas & domeſticas beſtias, ut Equorum in equos, boum in boues, &c. figuræ pennatę, ut Gallina, Coruus in aues & uolatilia; imagines aquæ & aquatilium, in aquas, aquatilia, piſces, &c. Et in ſumma, cuiuſcumque fuerint formę, modi uel conditionis, in ſimiles res euentus futuros decernant.* tum ſitu. *Secundò ex ſitu aſteriſmorum: quod Septentrionales formę terreſtres, terrę ſubitos motus, Meridionales uero nimborum fluxus afferant.*

Noſtra ergo Eclipſis quia ſub aſteriſmo humano ♒ effundente ex urna aquam contingit, homines, in primis cum ♂ ♀ ſub ♍ commoretur, & animalia, quæ in fluuiis degunt, ut piſces, quando ♂ ♃ ſub aſteriſmo ♓ exiſtit, afficiet: ſed ita tamen, ut iuxta naturam Planetæ dominantis iiſdem bonam & fœcundam conſtitutionem, fortunatas conſociationes & incrementa deſignet.

Signorum effectus attenditur ex quartis quas tenent. Quartò de ſignis *zodiaci in quibus uel locus Eclipticus uel ſtellę prævalentis autoritatis exiſtunt, hoc obſeruandum uenit. Primum iuxta text. Ptol. 36. lib. 2. quadr. in quas anni quartas Eclipſes incidant. Significant enim communiter Phyſica conſideratione ex temporis & aeris conſtitutione, quę cuilibet ſigno propria eſt, fructus ac negotia, quę iſtis quartis prouenire & agita-*

gitari ſolent. In vere namque denſatione & rebus ex terra primum prodeuntibus, de arborum fructiferarum pullulatione ſeu germinibus, Item vitis, ficuum, aliorumque fructuum ſpe. In ęſtate de meſſe & importatione frugum. In autumno de pubulis, & ſatione hyberna. In bruma de oleribus, auibus & piſcibus illorum temporum indicium ferri ſolet.

2 ex quadrangulis dum alia ſunt Cardinalia. Firma. Communia.

Deinde iuxta text. Ptol. 37. & 38. eiuſdem 2. libr. in quo quadrangulo Eclipſis fiat. Reſpiciendo enim Politica ſignificata: Aequinoctialia ſigna de ſacris & religionis cultu potiſſimum: Tropica ſeu Solſtitialia de Rerumpubl. ac legum ſtatu, & mutatione: Solida de fundationibus & ſubſtructionibus ædium, quæ commodiſſime ſub ſignis fixis ædificantur, cum eas diutiſſime durare exoptemus: Card. 2. Aph. 163. Bicorporea de hominibus ipſiſque regibus prognoſtica ſuppeditant.

Eclipſis nobis propoſita, cadit quidem ratione temporis in finem ęſtatis, & ratione loci Eclipſis in quadrantem hyemalem: At cum bonum ſignificet, ex natura beneficorum dominantium, tam gemmis arborum, quæ in fine hyemis protruduntur, quam meſſi & frugum importationi, commodum denunciat. Signa quoque fixa in aſcendente & M.C. poſita, ædium ſtructuram fortunant; eaſque contra iniurias externas muniunt ac confirmant.

In loco Eclipſis ſpectatur 1 num. Orientalis, Occidentalis vel circa medium Cæli ſit.

Quintò *de loco Eclipſis & dominorum eius hęc duo obſeruentur. I in quo ſitu ad mundi cardines Eclipſis ſpectetur, & an in eodem quoque concordent domini. Cum enim Orientalis angulus, vt docet Ptol. cap. 7. ſeu text. 39. libr. 2. quadr. & Cardan. in eundem, ſignificet ea, quæ in prima ſunt ætate, ſeu prima habent initia, vt in rebus ex terra naſcentibus prima germina, flores; In ætate animantium, pueritiam, infantiam, adoleſcentiam: In educatione, ſcholas, Tyrones, in ſtructura ædium fundamenta. Medium cæli perfecta, quæ iam in ἀκμῇ ſunt & vigent in bonore, vt frumenta meſſibus vicina, ętatem virilem, reges, magiſtratus, templa & arces. Occaſus vero & ſeptima domus decreſcentia, & occidentia, fini propinqua, quę tam inclinant ad mutationem, vt ſunt ſenectus, vita functi, conſuetudines, leges & inſtitutorum in politijs mutationes; Manifeſtum eſt, ſi dominorum locus cum loco Eclipſis conſentiat, ad vnum illorum reſpiciendum, & ſignificatum dirigendum eſſe: Sin minus, ex diuerſo ſitu indicium temperandum erit. II In qua domo Eclipſis fiat, & Domini conſiſtant. Pro natura enim & ſignificatione domorum ſignificata variant, vt ex ſeptima: de ſtatu coniugum & apertorum inimicorum, ex octaua de mortis genere, pęnis ſontium, & theſauris occultis, ex 9. de itineribus & religione, &c. iuxta vel beneficorum vel maleficorum dominia & ſtatum indicatur.*

2 In qua domo fiat

Noſtra Eclipſis fit in Occidente, vbi & ſignificator principalis ♃ conſtituitur. Significat ergo illis, qui ad ſenectutem inclinant, ſalubrem & fortunatum ſtatum, felicitatem in rebus perficiendis, & legum ac ſtatutorum commodam & vtilem reformationem. Fortunantur etiam a Ioue in nona, & ♀ in 3. domo, itinera. Ac ſi aliqui illorum, quos ſignificatio Eclipſis comprehendit, vita excedunt, denotatur illis exceſſus naturalis placidus. Domini enim Eclipſis benefici ♃ & ♀ non niſi mite moriendi genus denunciant.

Quãtitas.

Sexto de quantitate & colore *Eclipſium hęc conſiderentur. Parua*

Eclip-

Eclipſes parum nocent, & in pauca operantur. Mediocres in multa, & maiorem habent efficaciam. Maxima vero & maximè, & in pleraque ſuam efficaciam diffundunt, id quod Ptol. text. 40. & in eundem Cardan. innuit.

Noſtra Eclipſis quia non adeo magna eſt, et ſecundum calculum Tychonianum 4 tantummodo digit. 7), vires quoque quas propoſuimus, non adeo fortiter, vel in multis locis exeret.

Color quoque luminarium *et eorum quæ circa luminaria conſiſtere ſolent, vt virgularum, arearum, & ſimilium Meteororum, iuxta cap. 9. ſeu text. 51. & 52. libr. 2. quadr. Ptol. obſeruatus tempore Eclipſis, qualitatem euentus aliquomodo arguit. Niger enim & ſublividus color borum, Saturninos effectus ſignificat; Candidus Ioviales: Rutilus Martios: Flavus Venereos: Varius Mercuriales. Deinde ſi color ille ſe diffuderit per tota luminarium corpora, aut per totam circumquaque vicinam in cælo regionem, pluribus prouinciarum partibus euentum decernit: Si ab aliqua tantum parte color conſtiterit, inquam in color inclinat, in eandem regionis partem euentus declinabit. Monet etiam Ptol. text. 53. lib. 2. quad. obſeruandas eſſe crinitas ſtellas in deliquiis, ſiue alio quouis tempore in conſiderationibus vniuerſalibus. Habent enim naturam & efficaciam ♂ & ☿ ad bella, æſtus, turbas, & quæ iſta ſequi conſueuere, vt ea de re infra cap. penultimo monebimus.*

Color.

Stellæ crinitæ quoque non ſunt negligendæ

Cumque Cardan. in Aphoriſmis quędam propoſuerit, quę Eclipſium hanc doctrinam Aſtrologicã multum illuſtrant, neutiquam ea negligend eſſe videntur. Docet vero 7. Aphor. 59. quod Eclipſes triplices habeant vires. *Potentem* ratione ☌ & ☍ *Generalem* quoniam infrigidant lente, atque ideo in multos extenduntur dies effectus. *Et propriam*, quę à loci dominatore ſeu Domino Eclipſis habetur. Et cauſa eſt, quia vt omnium Planetarum cõiunctiones & ☍ magnas habent vires, id quod ſupra aliquoties oſtenſum: Ita in primis luminarium, cum ab his tanquam gubernatoribus poſt Deum ſummis, mundi pars hęc inferior potiſſimum regatur. Hinc ſi nouilunium aliquod, vel etiam Eclipſis ☉ aut ☽ in florentem arborem incidat, eius fructus eo anno affert penuriam, vt eſt 7. Aphor. 110. Inprimis vero Eclipſis ☉ effectus potentes ſunt: vnde ſi in florentem meſſem incidant ſterilitate afferunt 2. Aphoriſm. 16.

Eclipſes 1 agunt ratione ſyzygię ☌ vel ☍.

Deinde conſentaneum eſt, cum ad vitam animãtium ac ſtirpium conſeruandã plurimo calore indigeamus; & ſolus ♄ inter erraticas ſtellas frigidus creatus ſit: is vero ſolus tot calidis Planetis reſiſtere nequeat: DEVM Eclipſes ideo molitum eſſe, vt certis temporum interuallis recurrentes mundum totum refrigerarent. Omnes ergo Eclipſes infrigidant 7. Aphor. 48. Inprimis autē Solis multum refrigerant, & ideo generales orbi eſſe non debuerunt; Lunæ parum refrigerant, & per ſe ſemper exſiccant 7 Aphor. 51. Quia autem frigus per accidens humorē auget, 7. Aphor. 50. ſolent etiam Eclipſes imbres afferre. Ac Lunã quidem adiuuant ad inundationes ♄ & ♀: Solē vero ad ſiccitates ♄ & ♂, ad vtrumque paratus eſt, 7. Aphor. 54. Ac cum multiplicantur Eclipſes magnæ in aliqua regione, ſuccedit plerumque ſterilitas ſequentibus annis. Refrigeratur enim terra & exſiccatur 7. Aphoriſ. 52. Quod ſi cum

2 quis infrigidandi vim habēt

hoc

hoc imbres copioſi, aut inundationes ſucceſſerint, quæ aucto nimium frigore perſæpe euenire ſolent, tunc fames dira ſuccedit. 7. Aphor. 53. In ſpecie vero cum Eclipſes in terreis ſignis aut Cometæ fiunt, ſterilitates portendunt ob ſiccitatem. In aqueis, ob imbrium abundantiam, ſterilitates & peſtes: In aereis, ventos ac ſeditiones, peſtilentiam etiam, ſed non ſemper tamen; In igneis, bella, incendia, & æſtus multos 7. Aphor. 34.

3 quia & ſecũ ſum dominia Poteſta: ſ fectus variant.

Cęterum cum nulla Eclipſis toti orbi terrarum penuriam vel peſtem ſignificare poſſit, vt docet 7: Aph. 121. Card. Nihil enim nocet illis regionibus, in quibus non videtur, quanquam in genituris in quarta domo iuxta cęli imum, validiores, quam in 8 vel 12 loco, & in prima domo validiores, quam in nona vel 11. effectus habeat, 7. Aph. 81. Obſeruandum nunc erit in determinatione locorum, in quæ Eclipſes agunt; Eclipſes plurimum operari ſeu agere. Primum in illas regiones & vrbes, quæ vel ſunt ſub ſigno Ecliptico, vel eidem quovis modo conciliantur, vt docet Ptol. cap. 5. vel text. 26. lib. 2. quad. Poteſt & conſuli text. 49. & Card. c. 21. l. 3. ſuppl. Alm. Quæ vt exactius determinentur, ſumatur ſignum, in quo accidit Eclipſis, & videatur iuxta doctrinam cap. præcedentis, quam per ſe, vel ratione ſigni prouinciam deſignet, quemue habeat conſenſum cum horoſcopo aut locis luminarium in themate extructionis vrbis, aut cum medio cæli in themate eius, qui rerum in vrbe potitur. Eò enim magis ad hæc terræ loca Eclipſes, quæ videntur pertinebunt, quo magis cum Ecliptico ſigno fuerint coniuncta, iuxta has tamen 4. Regulas: 1. Si principium euentus obtinuerint natura benefica, nec ſuperentur ab alijs contrariæ conditionis ſtellis, & ſigna in quibus Eclipſis fit locis terræ futuro euentui ſubiectis conciliata fuerint: vel identitate, vel amico radio, eo magis præſtabunt bonum, quod ſua vi operantur. 2 Si non fuerint ſubiectis locis conciliata, ſed inimico radio ea pulſauerint, oppoſitione vel quadrato, aut ſuperentur benefica potentia aduerſariorum, eo minus perficient beneficium, quod pollicentur. 3 Si ſtellæ, quæ euentum Ecclipſis principaliter deſignant, natura malefica fuerint, ac ſaperentur ab aduerſæ ſectæ ſtellis, & ſigna in quibus Eclipſis accidit ſubiectis locis amica radiatione conoilientur, minus damnum inferent. 4 At ſi maleficis ſignificatoribus exiſtentibus, ipſæ à ſtellis beneficis non retrahantur, & uel ſignum in quo Eclipſis fit cum loco terræ conueniat, vel etiam locum terræ radio aduerſo oppoſito vel quadrato feriat, eo magis malum, quod ex pernicioſâ conſtitutione minantur, infligent.

In quę loca Eclipſes agãt

1 quæ ſũt ſub ſigno Ecliptico vel eidẽ cõciliantur.

Veluti noſtra Eclipſis quia in ♓ ſigno communi ſeu bicorporeo fit, effectũ quoque ſuum bonum potiſſimum in regiones & loca effundit, quæ ſigno ♓ vel eiuſdem trigoni ♋ & ♍ ſubijciuntur; vel etiam in quorum aſcendenre aut M. C. ♓, vel alia ex ſignis eiuſdem trigoni reperiuntur. Minus uero quæ ad quadrangulum piſcium, ut ad ♊, ♍ & ♐ pertinent, iuxta duas priores regulas,

Exemplũ

Secundo agunt etiam Eclipſes iuxta text. 50. lib. 2. Ptol. in ſingulas homines, in quorum natiuitate loca præcipua, ut luminarium & cardines, cum loco Eclipſis uel ſunt coniuncta, uel oppoſita: ita ut eundem præcisè obtineant gradum, uel eiuſdem uel oppoſiti ſigni; aut etiam quorum geneſis cum themate Eclipſis, quod ad motum quotidianum terræ qui in cælo apparens eſt,

2 In homines quorũ natiuitates cõſentiunt cũ Eclipſi.

eſt,eadem eſt,vt idem ſit aſcendens,idem M.C.

3 In loca, quibus vel verticales ſunt Eclipſis,vel dominatores

Tertio afficiuntur denique maximè ab Eclipſibus quibus vel verticales ſunt, ita vt ſupra illorum capita fiant, vel etiam ſignificatores præcipui per verticem tempore Eclipſis procedunt,quod & in comm.text. 48. Card. innuere videtur.

De duratione effectuum.

Poſtremo ad durationem eff Ɛtuum quod attinet,præcipit Ptolom.lib. 2. quadr cap.6 ſeu text. 27. Obſeruandum eſſe quot horarum æqui noƐ a m duratio ſit obſcurationis. Quotquot enim horas inuenιemus, tot in Solari quidem deliquio annos,in Lunari vero menſes duraturos eff Ɛtus pronunciabimus, Card.7.Aphor.75.Veluti ſi duraret Eclipſis ☽ tres horas, tum & effectus ad tres menſes extenderetur. Duratio vero Eclipſis ☉ vnius horæ, afferret quoque durationem effeƐtus per integrum annum: Et ratio diuerſitatis patet ex diuerſitate motus periodici, quo Sol in anno, Luna in menſe Zodiacum conficit. Quod ſi horis minuta quędam adhęſerint, duplici operatione opus eſt;alia pro Eclipſi Solari,in qua primo loco in regula proportionum ſtatuuntur 60. minuta, quę efficiunt horam: ſecundo 365 dies, qui conſtituunt annum integrum: & tertio loco minuta adhęrentia horis;alia pro Lunari in qua primo loco in regulam trium ponuntur 60 minut.horę; ſecundo 30 dies, qui prope verum Aſtronomis ſunt menſis integer; & tertio ſcrupula integris horis Eclipſis ☽ adhęrentia. Facta operatione emergunt dies,quibus effectus cuiuſuis Eclipſis durant.

De initio & fine effectuum.

Veluti noſtra Eclipſi ☽ iuxta calculum Tychonicum tempus habet incidentiæ 1 Horæ 4 l, 18 ll, & durat 2 Hor. 8 l, 39 ll, EffeƐtus ergo erit 2 menſium 4 dierum ſeu 64 dierum ferè.

De initio quoque & fine effeƐtuum eodem in loco textu 28 ſic loquitur Ptolom.in genere.Si Eclipſis inciderit in Orientalem finitorem,ſignificat euentuum exordia circa proximos 4 menſes, qui ſequuntur deliquium. Vehementiores vero progreſſus ſeu effeƐtus in primo triente totius durationis erunt. Sed ſi inciderit Eclipſis in medium cœli, exordia euentuum erunt proximè ſequentium menſium,& vehementiſſimus effeƐtus in medio triente totius durationis. In Occidentali autem cardine ſignificantur exordia circa vltimos 4 menſes, & maxima operatio in vltimo triente totius durationis animaduertetur. Nec diſſimilia tradit Cardan.7.Aph 76 vbi dicit: Quibus Eclipſis in Orientis eſt linea, ſtatim mutatio fit. Maximus autem vigor, quibus in cœli corde: Quanquam paulo poſt 7 Aphor. 80. ipſum de Domino Eclipſis intelligi velit, dum ita loquitur. Quibuſcumque tempore mediæ Eclipſis Dominus loci in aſcendentis linea fuerit, his ſtatim effeƐtus vigor accidet. Quibus autem in corde cœli fuerit in declinatione Eclipſis,his diuturnus, ſeu non magnus effeƐtus.

Calculus quò initiũ & finis effectus Eclipſis colligitur.

Vt igitur in ſpecie tempus pro initio effectus propoſitæ alicuius Eclipſis ad eum diem quo videtur cognoſcas, inuenies primũ diligẽter,iuxta cap.5.primæ partis,ad tuum locum tempus ortus & occaſus ☉ quæque ſit quantitas diei vel noctis in horis & minutis, qua Eclipſis apparet. Poſtea cõſidera quot horę numerentur à momento ortus luminaris vſque ad tempus mediæ Eclipſis:vel contra à medio Eclipſis ad tempus ortus luminaris,quod quidem inuenies hoc modo: Si medium Eclipſis ſequitur ortum luminaris,ſubtrahe tempus initii diei in Solari

Eclipſi,

Digitized by Google

Eclipſi,initii vero noctis in Lunari,a tempare mediæ Eclipſis.Si vero præcedit tempus mediæ Eclipſis ortum luminaris, contrario modo horas & minuta mediæ Eclipſis ſubtrahe ab initio diei vel noctis: Et relinquitur intervallum,quod eſt inter Eclipſin & ortum luminaris. Tertio pro inquiſitione initii effectus, In Solari quidem Eclipſi tempus diurnum: In Lunari vero nocturnum id, quo Eclipſis fit primo loco ſtatue, ſecundo tempus annuum 365 dierum, tertio intervallum antea inventum: Et facta operatione regulæ trium emerget tempus, quod a die vel ante diem Eclipſis numeratum oſtendit initium effectus.

Veluti noſtra Eclipſis accidit die 26 Auguſti anni veteris, 5 Sept.novi, Hora 15,40 l, 34 ll, quo Sol eſt in 12 grad. 48 l ♍. Cum vero dies propoſitus 26 Auguſt. præſentiam ☼ ſupra horizontem extendat ad 13 Horas 11 l, Erit nox ſequens,qua Eclipſis noſtra contingit, 10 Hor. 49 l: Et occaſus Solis ſeu initium noctis,quo Sole occidente ☽ in oppoſitione cum Sole prope verum e regione oritur cadet in horam 6,35 l, 30 ll. Hoc tempus ſubtraho a tempore mediæ Eclipſis Horis ſcil. 15, 40 l, 34 ll 3 & reſtat intervallum temporis ab ortu luminaris ad medium Eclipſis 9 Hor. 5 l, 4 ll. Quod ſi analogiam talem inſtituo: Nocturnum tempus 10 Hor. 49 l dat annum 365 Dier: quid Horæ 9, 5 l, 4 ll dabunt. Producuntur operatione peracta 304 dies ferè, quibus à tempore Eclipſis 27 Auguſti numeratis, cadit initium effectus in 26 Iunij diem anni 1608, duratq; in 29 Auguſti veteris anni: ſed ita tamen, vt vehementiores effectus ab 8 Auguſti vſq; ad conſtitutum terminum ex Ptolemaica doctrina animadvertantur. Exemplū.

Verum cum quæri poſſit, vbi effectus Eclipſis tam diu lateat, vt poſt tantum tempus demum ſeſe exerat, non immerito hæc Ptolemaica doctrina in dubium trahitur. Conſentaneum namque eſt Eclipſes ſtatim operari,& effectus ſuos aliquouſq; extendere.

Caput III.

De Prognoſtico tempeſtatum generali, alijſque judiciis, quæ ſumuntur ex Dominis anni, & de quatuor anni quartis.

Electio Domini anni iuxta Ptolomeū quomodo fiat.

EXpoſito Eclipſium quoq; generali ad integras regiones ſpectante prognoſtico, ſpecialius nunc aggredimur, quod ſingulis anni temporibus cum in genere tum in ſpecie accomodatur. Primum vero de electione Domini anni, quæq; per annum, eundem dominum in genere ſequantur eventa, dicemus, quandoquidem ad eius naturam ceu regis & gubernatoris ſummi, aeris conſtitutio, & in vniuerſum iudiciorum ratio per totum annum tempus conformatur. De eo Ptolomæus Aſtrologorum omnium princeps, quem omnes ſani & docti Calendariographi merito ſequuntur libr. 2 quadr. cap. 10 vel text. 56 ſecundum Cardan. ita inquit: Conveniens ac naturale mihi videtur ad annuas inſpectiones, quatuor principia conſtituere, obſervatis & præcedentibus coniunctionibus ☉ & ☽, & plenilunijs, præſertim defectiuis: Atque ita judicium facere ex ♈ principio de ſtatu veris: Ex ♋ principio de æſtate. Ex ♎ de autumno: Ex ♑ de hyeme. *Quibus verbis Ptol. hoc nobis præceptum tradit, vt pro generali annuarum tempeſtatum prognoſtico, ad quamlibet anni quartam duo conſtituamus cœli themata. Primum ad ingreſſum ☉ in punctum ſigni primum, ſive æquinoctiale ſive Tropicum. Secundum ad novilunium vel plenilunium proxime antecedens: Nos & tertium adiungendum eſſe ſtatuimus, ad novilunium vel plenilunium ſimiliter proxime ſubſequens ingreſſum ☉ in ſignum cardinale, maxime ſi ſint Ecliptica. Nam non tantum qua cœli forma affluant, ſed & qua defluant, à punctis cardinalibus luminaria, in mutuis congreſſibus & oppoſitionibus attendendum eſt, ſi exactum iudicium ferrè velimus. Cumq; 4 ſint anni quartæ, & ad vnamquamq; tria themata erigantur, erunt in vniuerſum themata cœli 12, quibus ad generale iudicium opus eſt: Ex quibus tamen quatuor, quæ ad puncta cardinalia conſtituuntur, imperfecta à Cardano vocantur, in com. ſuper dictum locum Ptol. quandoquidem tempora ingreſſuum exacte haberi non poſſunt, & in eiuſmodi thematibus ſitus tantummodo Planetarum perpenditur; quemadmodum & 1 Aph. 21 ingreſſum ☉ in æquinoctii punctum, ſub ſcientia quidem, quæ tamen nunquam axacte in cognitionem veniat, ponit:* Reliqua perfecta, *cum magis præciſe tempora noviluniorum & pleniluniorum conſtent.*

Revolutio anni dicitur thema ad ingreſſum ☉ in Arietem conformatum.

Porro thema illud, quod ad ingreßum ☉ in ♈ primum cardinale ſignum conformatur, ſolemus appellare revolutionem anni. Quia enim Aſtronomi zodiacum ab ♈ initio, & annum à Solis ad id acceſſu incipiunt, vt cap. 1 præced. partis oſtenſum: non abſonum eſt, Aſtrologos extructum ad id temporis momentum thema cœli, ex quo vires aſtrorum in hæc inferiora pro proventu frugum & aliorum in anno accidentium quaſi de novo examinant & perpendūt, revolutionem anni vocare; cum ex eo non aliter indicent, ac in natiuitatibus

quid

quid nato per ſubſequentes annos eventurum, ſit pronunciari ſolet ex thematibus reuolutionum, quæ eriguntur ad locum ☉ qui eſt in radice.

Quomodo reuolutio anni inquiratur.

Ad cognitionem autem revolutionis anni, vt & reliquorum ingreſſuum ☉ in cardinalia, ſigna hoc modo pervenitur: Ex præceptis ſecundæ partis primò iuxta cap. 3 inquiratur hora & minutum, quo Sol ingreditur in cardinalis alicuius ſigni initium: Poſito in analogiam primo loco motu diurno ☉, quo ingreditur cardinale ſignum: Secundo loco 24 horis: Tertio loco numero minutorum, quibus Sol à meridie præcedentis diei diſtat a principio ſigni: Et facta operatione colligitur tempus quod quæritur. Ac ad id tempus reliquorum Planetarum motus colligantur. Poſtea ad idem tẽpus prius apparens factũ, & ſi opus eſt propter Meridianorum diverſitatem reductum, erigatur per præcepta c. 11. partis 2 figura cœli, cui non tantum Planetæ, ſed & ſtellæ fixæ inſigniores inſerantur, & erit abſolutum thema cœli ad ingreſſus. Similiter cum Lunationibus procedeudum:

Animadverſis enim lunationibus, quæ proxime ingreſſus ☉ in ſigna antecedunt & ſequuntur, tempora earundem ex Ephemeridibus primum annotentur, ac ad ea motus Planetarum inquirantur. Deinde quia æqualia ſunt apparentia reddantur: Et ſi opus eſt ob meridianorum diverſitatem reducantur: Ac tandem ad ea, themata cœli iuxta regulas antea declararas, erigantur.

Exempli gratia conſtituatur revolutio anni ad annum Chriſti 1607, quo Sol ex Tychonico calculo ingreditur Arietem, Die Martij 10 Calendarij veteris.


Ac primum inquiratur Hora & minutum ingreſſus. *Quod vt commode fiat, notetur locus ad diem 10 Martij, & conferatur cũ loco ad diẽ 11 Martij hoc modo: Exurgit ſubtracto ſuperiori numero ab inferiori, motus diurn. 0 Gr 59 l, 21 ll, qui in principio regulæ triũ ponitur. Medio vero loco 24 Horæ: & extremo 28 l, 10 ll, quibus locus ☉ 10 diei diſtat ab initio ♈. Ac operatione recte peracta colligitur momentum ingreſſus Hora 11, 23 l, 24 ll fere.*

	☉ in ♓		
	Gr.	l	ll
Die 10	29	31	50
Die 11	0 ♈	31	11
Mot. diur.	0	59	21

Secundo ad hoc tempus loca Planetarum inquiro, *notatis motibus ad 10 & 11 diem, & inquiſito primum motu diurno hoc pacto:*

	☽ in ♐		♄ ♑		♃ ♓		♂ ♉		♀ ♈		☿ ♓		☊ ♍	
Martij D	Gr.d:	l	Grad:	l	Grad:	l	Grad:	l	Grad:	l	Grad:	l	Grad:	l
10	21	24	18	16	8	18	7	12	3	40	14	0	11	19
11	5 ♑	21	18	20	13	32	7	54	5	0	15	51	12	2
	13	57	0	4	0	14	0	42	1	14	1	51	0	43

Digitized by Google




Et reperitur ☉ iuxta calculum Tychonis in 28 *Grad.* 0 ♐ : ♄ *in* 18 *Gr.* 18 *l* ♑ : ♃ *in* 18 *Grad.* 25 *l* ♓ : ♂ *in* 7 *Grad.* 31 *l* ♉. ♀ *in* 4 *Grad.* 21 *l*, ♈ : ☿ *in* 14 *Grad.* 52 *l* ♓ : ☊ *in* 11 *Grad.* 39 *l* ♍.

Tertio tempus inventum cum æquale ſit apparens fiat, *beneficio tabulæ æquationis dierum civilium, iuxta præcepta cap. 6 primæ partis, & exiſtit æquatione Tychonica* 0 l, 40ll *Subtr. Tempus apparens ingreſſus* ☉ *in* ♈ *Dies* 10 *Martii Hor.* 11, 22l, 44 *ll*, *T.M. a quo* 8 *tantummodo ſecundis*

deficit

deficit tempus exactius in Ephemeridibus ad annum 1607 *expreſſum.*

Quarto ad hoc tempus erigatur figura cæli, *iuxta præcepta cap.* 11 *partis ſecundæ cuiuſmodi reperitur in ipſis Ephemeridibus. Simili modo etiam erigantur ad ingreſſus* ☼ *in* ♋, ♎ *&* ♑, *alia tria themata: quæ in nobis propoſito anno infra in Ephemeridibus. Et deniq; ad novilunia & plenilunia cum proxime præcedentia, tum proxime ſequentia ingreſſus, alia* 8 *conformentur, vt ex appoſitis hiſce conſtat.*



Testimonia fortitudinis & debilitatis Planetarũ colligenda ſunt.

Conſtitutis hoc modo thematibus ad ingreſſus ☉ in 4 Cardinalia ſigna ♈, ♋, ♎, & ♑, & ad lunationes proxime præcedentes & ſequentes ingreſſum ☉ in iſta ſigna, inquirantur primo in ſingulis fortitudines & debilitates Planetarum ex collectione dignitatum eſſentialium pro ut in præcedenti capite in inquiſitione Domini Eclipſis factum; ad quam rem adhibeantur prima & 10 domus, item duo luminaria ☉ & ☽. Poſtea characteres Planetarum omnium bis conſignentur, ſemel pro colligendis teſtimoniis fortitudinum, & iterum pro colligendis teſtimoniis debilitatum: Illiſque tres numerorum tergeminorum ſeries ad numerum thematum cuiuſvis quadrantis, iuxta Planetarum ordinem ſubſcribantur, ac ſingulæ numerorum tergeminorum ſeries ſeorſim in unam ſummam coniiciantur. *Prima pro vere: ſecunda pro æſtate: tertia pro autumno: quarta pro hyeme.* Ad extremum & hæ 4 in ſingulis Planetis aggregentur. Qui enim inter omnes fortiſſimus, & ſimul in commodis cœli locis diſpoſitus fuerit, non impeditus motu vel lumine, imprimis veris tempore, erit anni Dominus. Particeps vero & ſocius domini cenſebitur, qui numero dignitatum proximus eſt.

Exempli gratia Anno Chriſti 1507, ut patet ex hac collectione dignitatum.

Pro Vere.

In themate ingreſſus ☉ in ♈				*Fortitudines* 5	4	3	2	1	*Debili.* 5	4	In plenilunio præventionali			*Fortitudines* 5	4	3	2	1	*Debil.* 5	4
	°	′									°	′								
Hor	25	59	[illegible]	♂		♂	☿	♀	♀	☽	1	31	♎	♀	♄	☿	♄	☽	♂	☉
M.C.	19	49	♍	☿	☿	☽	♄	☿	♃	♀	2	6	♋	☽	♃	♂	♂	♀	♄	♂
☉	0	0	♈	♂	☉	♃	♃	♂	♀	♄	22	52	♓	♃	♀	♂	♂	♂	☿	☿
☽	28	0	♐	♃		♃	♂	♄	☿		22	53	♍	☿	☿	☽	♄	☿	♃	♀

In novilunio poſtventionali

°	′		*Fortitudines* 5	4	3	2	1	*Debili.* 5	4
1	26	[illegible]	♂		♂	♂	♂	♀	☽
12	45	♌	☉		♃	☿	♃	♄	
6	47	♈	♂	☉	♃	♀	♂	♀	♄
6	47	♈	♂	☉	♃	♀	♂	♀	♄

	Fortitudines ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	Debilitates ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Ingr. ☉ in ♈	3	13	16	4	1	12	3	4	5	0	0	14	5	4
Novil. præv.	8	9	11	0	10	13	9	5	5	9	4	4	9	0
Plenil. poſtv.	0	10	23	13	4	2	0	13	0	0	0	15	0	4
Summa	11	32	50	17	15	27	12	22	10	9	4	33	14	8

Mars veris Almuten ſeu Dominus iudicatur. *Habet enim in figura verna teſtimonia exuperantiæ fortitud.* 16; *In præventionali plenilunio* 2, *In poſtventionali novilunio* 23, *ut ita in univerſum ſigna fortitudinis ſint* 41; *cum Iovis tantum ſint* 22, ☿ 13, ☉ 13 ☽ 4. *Debilitatis vero* ♄ 11, ♀ 18.

Pro

Pro æſtate.

In themate ingreſſus ☉ in ♋

	°	ʹ		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
Horoſ.	29	59	♊	☿		☿	♂	☉	♃	
M. C.	23	18	♒	♄		☿	♃	☽	☉	
☉	0	0	♋	☽	♃	♂	♂	♀	♄	♂
☽	4	32	♊	☿		☿	☿	♃	♃	

In plenilunio præventionali

°	ʹ		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
10	18	♋	☽	♃	♂	♃	♂	♄	♂
5	50	♓	♃	♀	♂	♀	♄	☿	☿
18	38	♊	♀		♄	♀	♂	♃	
18	38	♐	♃		☉	☿	☽	☿	

In novilunio poſtventionali

°	ʹ		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
26	52	♌	☉		☉	♂	♂	♄	
14	46	♉	♀	☽	♀	☿	☽	♂	
2	6	♋	☽	♃	♂	♂	♀	♄	♂
2	6	♋	☽	♃	♂	♂	♀	♄	♂

	Fortitudines ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	Debilitates ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Ingreſ. ☉ in ♋	5	7	7	1	1	21	6	5	10	4	5	0	0	0
Plenilun. præv.	4	6	8	3	8	7	6	5	5	4	0	0	14	0
Novilun. poſtv.	0	8	3	8	10	2	15	15	0	13	0	0	0	0
Summa	9	31	28	12	19	30	27	25	15	21	5	0	14	0

Aeſtatis Luna *Domina cenſetur, ut quæ roboris teſtimonijs evebitur* 27, *adiungens ſibi Venerem* 19 *teſtimonijs. Iupiter vero ſuffragia habet fortitudinis reliqua* 16, ☿ 16, ♂ 7, ☉ 7. *Sed debilitatis ſignis languet* ♄ 16.

Pro autumno

In themate ingreſſus ☉ in ♎

	°	ʹ		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
Hor.	2	39	♈	♂	☉	☉	♃	♂	♀	♄
M.C.	0	58	♑	♄	♂	♀	♀	♃	☽	♃
☉	0	0	♎	♀	♄	♄	♄	☽	♂	☉
☽	27	47	♎	♀	♄	♄	♂	♃	♂	☉

In novilunio præventionali

°	ʹ		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
14	10	♎	♀	♄	♄	♃	♄	♂	☉
18	45	♋	☽	♃	♂	☿	☿	♄	♂
27	37	♍	☿	☿	♀	♂	☿	♃	♀
27	37	♍	☿	☿	♀	♂	☿	♃	♀

In plenilunio poſtventionali

°	ʹ		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili, 5	4
21	55	♐	♃		☉	♄	♄	☿	
26	52	♎	♀	♄	♄	♂	♃	♂	☉
11	37	♎	♀	♄	♄	♃	♄	♂	☉
11	37	♈	♂	☉	☉	♀	☉	♀	♄

	Fortitudiues ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	Debilitates ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Ingreſ. ☉ in ♎	21	4	12	7	15	0	1	4	4	10	8	5	0	5
Novilun. præv.	8	8	7	0	11	23	5	5	10	9	4	8	0	0
Plenilun. poſtv.	18	6	7	11	12	0	0	4	0	10	8	5	5	0
Summa	47	18	26	18	38	23	6	13	14	29	20	18	5	5

Digitized by Google

Autumni præſes *exiſtimatur eſſe* ♄ *ob teſtimonia fortitudinis præpollentia* 34, *cum* ♀ *tantum* 20, ☿ 18. ♃ 4, *Luna* 1 *habeat*. *Debilitatis* ☉ 2, ♂ 3.

Pro hyeme

In themate ingreſſus ☉ in ♑

°	'		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
Hor. 18	24	♒	♂		♂	♀	☉	♀	☽
M.C. 8	9	♍	☿	☿	☽	♀	☉	♃	♀
☉ 0	0	♑	♄	♂	☽	♀	♃	☽	♃
☽ 11	5	♒	♄		☿	☿	☿	☉	

In novilunio præventionali

°	'		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
1	41	♒	♂		♂	♂	♂	♀	☽
14	37	♌	☉		♃	♀	♃	♄	
26	53	♐	♃		♃	♂	♄	☿	
26	53	♐	♃		♃	♂	♄	☿	

In plenilunio poſtventionali

°	'		Fortitudines 5	4	3	2	1	Debili. 5	4
12	13	♐	♃		♃	♀	☽	☿	
13	55	♎	♀	♄	☿	♃	♄	♂	☉
11	19	♑	♄	♂	☽	☿	♂	☽	♃
11	19	♋	☽	♃	♂	♃	☿	♄	♂

	Fortitudines ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	Debilitates ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Ingreſ. ☉ *in* ♑	10	1	12	2	6	15	6	0	9	0	5	9	0	9
Novilun. præv.	2	20	15	5	2	0	0	5	0	0	0	5	10	4
Plenilun. poſtv.	10	16	8	0	7	6	9	5	4	9	4	0	5	5
Summa	22	37	35	7	15	21	15	10	13	9	9	14	15	18

Hyemem adminiſtrat ♂ *præeminentija* 26 *cum in* ♃ *ſolummodo* 24, ♄ 12, ☿ 6, ♀ 1 *reperiatur*, *Et infirmitatis ſigna in Sole ſeſe offerant* 2, *In* ☽ 3.

Ex his vero primum in vnam ſummam collectis hoc modo:

Tandem detractis debilitatibus, quia ♂ *fortiſſim° ſt; Habet enĩ teſtimonia fortitud. reſidua* 71, *dũ Iupiter retinet* 66, ☿ 53, ☽ 32, ♀ 22, ♄ 19, *&* ☉ 16; *Mars merito principalis ãni Almutẽ*

Mars anni 1607 Dominus cũ ♃ & ☿.

In figura	Teſtimonia fortitudinis ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	Deb. lit. ♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Verna	0	22	41	13	0	13	4	11	0	0	0	18	0	0
Aeſtiva	0	16	7	7	19	16	27	16	0	0	0	0	0	0
Autum.	34	4	0	0	20	18	1	0	0	3	2	0	0	0
Hyberna	12	24	26	0	1	6	0	0	0	0	2	0	0	3
	46	66	74	20	40	53	35	27	0	3	4	18	0	3

ſeu gubernator conſtituitur, eidemq; iunguntur primum Iupiter, poſtea & ♃, *vt qui dignitatibus Martem proxime ſequuntur. Nã licet Mars in initio Veris in* ♉ *ſuo detrimẽto verſetur. & occidẽtalis ſit in abjecta cœli domo ſexta, in themate revolutionis, tamen quia liber eſt a radijs & cõbuſt. velox curſu, & in receptione mutua ex domicilio cũ* ♀, *& inſuper extrema ãni ver & hyemẽ moderatur; recte omnibus alijs præfertur, inprimis cũ &* ♃, *qui proximus eſt fortit. teſtimonijs Marti, & propria domo gaudet, eſtq; Orient. dominiũ ſuſtinere ſolus nõ poſſit: Sub radijs enim Solis latet in omnibus tribus figuris vernis, nec ob latitudinem Meridionalem, & quia in ſignis obliquarũ aſcẽſionum verſatur, ex impedimentis ſeſe exolvere & in conſpectum prodire valet. Sic Mercurius Marti etiam poſtponitur, quandoquidem & tot dignitates non habet, & exul ac dejectus eſt in* ♓. *Saturnus quoq; à gubernatione vel ideo excluditur, qood licet in proprio ſigno & domo ſecunda verſetur, ſitq; Orientalis: alijs tamen præeminentijs prorſus deſtituatur; imo & in figuris vndecim debilitatibus dejciatur.*

Nec

Nec ab hac Ptolemaica Domini electiones nos auocant illi, qui tandem perperam interpretantes parum quadrare ad principia Aſtrologica ſcribunt. Eſt enim maxima vis aſcendentium & cœlum mediantium ſignorum, & efficaciam illa ſuam iuxta dominia Planetarum ita exercere videmus, vt licet in nullo horum appropriatus Planeta deprehendatur, eius tamen naturam manifeſtiſſimè ſigna aſcendentis & M. C. demonſtrent, quod exemplis probare non eſſet difficile. Ac ſanè ſi iuxta illorum ſententiam, Planetarum dominium, vel ex ſua cuiuſque natura in ſignis proprijs, vel ex nuda conſtitutione in angularibus domibus, æſtimanda eſſet, valerent tantummodo luminaria, quorum maxima quidem vbique eſt efficacia, at generalis & non ita determinata; nihil operarentur ſigna abſque Planetis, tantumque Planetæ præcipuè in angulis agerent, deinde aliquantulum in ſuccedentibus, nihil vero in cadentibus; nonaque domus non præferretur octauæ, quam tamen omnes Aſtrologi anteponunt.

Pugnantes cum Ptol. redarguuntur.

Ac licet Albumaſar in initio florum, & Haly cap. 4. lib. 8. de iudic. aſtror. idem quod dixi, ex opinione Hermetis ſtatuant, qui illum Planetam ſimpliciter anni dominum ponunt, qui in anni reuolutione eſt in angulari domo. 1. 10. 7. 4. Poſtea in 11 9. 5. 3. &c. iſto quidem ordine; vt ſi in prima ſit Planeta, non reſpiciatur ad eum, qui eſt in 10. ſi in 10. non attendatur ſeptimæ Planeta, & ſic conſequenter: Ac ſi ſit in ſeptima, habens eſſentiales dignitates duas maiores, præferatur Planetæ in decima, habente vnam tantum, vel duas minores, terminum & faciem; vel in prima habente nullam: Tamen rationabilior eſt doctrina Ptolomæi antea propoſita, eandemque amplectitur non modo Leupold. capite 2. tractat. 6. de mutatione aeris, vbi in hunc fermè modum loquitur: Pro quartis anni obſerua introitum ☉ in æquinoctialia & Solſtitialia puncta, item præcedentes lunationes & angulos cœli in horis illis, item dominos locorum ☌ vel ☍ & angulorum, & ſecundum vires ſtellarum dominantium in illis iudica qualitatem aeris: verum etiam Schonerus, quem alias maximi facit Cardanus. Hic enim Can. 22. primæ part. Iſagogum, qui in loco ☽, (nos rectè ☉, vt luminaris maximi, locum iungimus) aſcendente, & Lunam vel præcedente vel ſequente angulo (nos vtrumque aſcendentis & M. C. conſulimus) potiores fortitudines ſibi vendicat, licet Planeta in nullo horum hæreat, gubernatorem figuræ conſtituit.

Ptolomæū qui Aſtrologi ſequatur.

Quod ſi tamen ad tempora ingreſſus ☉ in ſigna cardinalia, examinare quis velit ſingulos Planetas ſeorſim, & videre, quis illorum pluribus teſtimonijs fortitudinis polleat ratione eſſentialium dignitatum, non habito reſpectu ad conſtitutionem in themate, vt is conſtituatur quadrantis dominus, non multum repugnamus; modo eidem adiungat, qui & in themate reuolutionis optimum locum teneat, & vel vtrumque, vel conditionarium luminare fortiter irradiet.

Sententia alia probabilis de conſtitutione Domini anni.

Tandem vt cognito anni domino, dextre iudicemus de efficacia eius, conſiderandæ ſunt ea omnia, quæ ex probatis Aſtrologis hic afferemus. An-

Præcepta iudicij.

Digitized by Google

notant autem paſſim autores quædam præcepta, quæ hic perpendenda ſunt: quorum primum & maximè generale eſt, quod Haly ca.3. part.8. copioſiſsime proponit: Dominus anni bene poſitus in themate reuolutionis, bonum & fertilem annum ſignificat; in quo hominibus bona fortuna & proſperitas promittitur. Infeliciter verò poſitus, infrugiferum annum minatur, in quo difficultates, pericula, & anxietates metuendæ ſunt hominibus.

Generale.

Ex mala quidem conſtitutione in prima domo, damna in corporibus: In 2 in victu, Oeconomia & lucris: In 3 diſſidia, & contentiones fratrum, cognatorum & agnatorum: In 4 detrimenta in terris, prædijs & fundis: In 5 perditionem liberorum: In 6 iacturam fructuum, & beſtiarum minutarum, & ſeruorum: In 7 rixas, lites, & prælia inter coniuges: In 8 repentinos & multos obitus: In 9 damna in itineribus: In 10 exſpoliationes & preſſuras ſubditorum à magiſtratibus: In 11 fatigationes gentium, & deſperationes multorum: In 12 ſubiugationem & vincula ab inimicis; item detrimentum in beſtijs maioribus. Atque hæc omnia illis præcipuè in terræ tractibus & locis, quibus præeſt. Præeſt autem illis, quæ ſubiacent ſigno in quo exiſtit.

Regulæ ſpeciales oſtendentes quid ſinguli Planetæ, exiſtentes ſeorſim anni Domini, ſignificent. ♄ anni Dominus.

Sequuntur nunc ſpecialia de ſingulis Planetis, ex quibus quædam Petrus Pitatus in ſuas Ephemerides ex Leupoldo tranſtulit.

♄ Cum præfuerit anno abſque aſpectu ♂, vel Planetæ frigiditatem ipſius temperantis, frigus intenſum eo anno ſignificat, quod & bruta animalia interimit, & terræ naſcentia impedit, maximè cum fuerit aſcendens à medio circulo ſuæ augis in Eccentrico. Leupold. c. 1. tract. 6. de mutatione aeris. Et Albumaſar c. 5. lib. 4. qui & addit, quod hæc quidem in Septentrionalibus regionibus expectanda ſint: Sed in Auſtralibus locis, æſtu ☉ feruidis, in tantum infrigidat auras, vt temperies ſit futura, animalium vitæ & germinum vbertati conueniens. Facit etiam ♄ iuxta Card. 7. Aph. 67. immutationes & diuerſitates in aere, terræmotus, niues ac pruinas, & frigora immenſa. Tempore enim caloris minuit calorem, & tempore frigoris auget frigus: Haly cap. 26. lib. 8. de iudicijs aſtr.

Vt vero per ſingulas domos diſcurramus cum Haly cap. 7. lib. 8. Significat ♄ fortunatus in aſcendente, ſi & aſcendentis Dominus ipſum amicabili aſpectu irradiauerit, quietem & bonum ſtatum hominibus, & à ſuperioribus dona. At afflictus malum corporibus deſignat, & infirmitates Saturninas. In 2 feliciter conſtitutus, vt & Dominus ſecundæ cum feliciter aſpiciat, bonum ſtatum, & lucra in adminiſtratione rei familiaris, & miniſtris fortunam & bonam valetudinem pollicetur. Infortunatus diminutionem ſubſtantiæ, & damnum in Oeconomia minatur. In 3 feliciter poſitus gaudium, & commodum, conuerſationem etiam non conſentientibus inter ſe promittit. Afflictus impedimenta in itineribus, calumnias, & odia inter homines profert. In 4 potens promouet agriculturam ſtructuram ædificiorum, ſollicitudinemque & curam de ijs ædificandis. At impotens & abiectus ruinam ædium, impedimenta in agricultura ab hoſtibus, & aquis notat. In 5 felix, gaudium à liberis, & profectus villarum vtilem prouentum ſpondet. Infelix, damnum &

Saturni per ſingula domicilia reuolutionis anni deductio.

[illegible]

moleſtiam a liberis nunciat. In 6. ſi præſertim ibi ſit ſignum humanum, infirmitates melancholicas, Epilepſiam, morbum caducum, maniam, lepram hominibus infert. Si ſignum aliorum animalium, erit damnum & cauſa morbifica in beſtijs, & eiuſdem ſignaturæ animalibus. In 7 ſi ſit ſignum humanum, contrahent homines coniugia libentius cum adultioribus & ſenibus, ſi aliud, delectabuntur eare, qua ſignaturæ ſigni conuenit. In 8 interitus minatur, hominibus quidem ſi in humano ſit ſigno, alijs vero animalibus, ſi in eiuſdem ſignatura ſignis reperiatur. In 9 fortunatus, in ſigno quidem mobili, itinera longa & diuturna: in fixo, ſtudium religionis, pacis & exercitium iuſticię notat. Infortunatus moleſtias & labores in itineribus, & nauium ſubmerſionem deſignat. In 10 fortunatus ſubditis bonum ſtatum ſub magiſtratu nunciat, beneque facient reges & principes: At infortunatus, ſuper alios eleuatus, malum portendet ex frigiditate & infortunio, quod totam terram premet: Ipſique adeo reges loca mutabunt, mala multa facient, & tributa inîqua populo imponent. In 11 fortunatus complet ſpem & deſiderium hominibus, ditat ex largitionibus & itineribus. Infelix vero ludit ſpem & expectationem, affertque mala & anxietates. In 12 ſaluus promittit hominibus quietem, mutuam dilectionem, tollitque inuidiam & maleuolentiam. At infortunatus ad litigia & mutua odia provocat homines, damnaque & infortunia inde exuſcitat.

2 ♃ Abſque aſpectu alterius, vel etiam cum Sole, aerem temperat, & ventos Septentrionales efficit, mediocres tamen, ex quibus animalia & ſemina confortantur. Pitat pag. 34 ex Leupoldi & Albumaſaris locis antea citatis. Haly cap. 4. part 1. dicit, quod Iouis temperie æſtatis calor, & frigus hyemis temperentur, & quod minuantur Epidemicæ infirmitates ac peſtes. Aer enim ſalubrior efficitur ab aura ſeu vento Septentrionali, quem mouet ♃ vt infra cap. 5. de ventis dicetur. ♃ anni Dominus.

Significat autem in prima domo fortunatus, ſi & aſcendentis Dominus eum intueatur felici radio, bonam fortunam, ſanitatem, gaudium, & lucra multa, hominibus inprimis religioſis et honoratis, et extruentur Eccleſiæ et oratoria, appetentq; homines ſtudia ſapientiæ et legum. Infortunatus dimi-nutionem ſubſtantiæ notat, et ſordes, non erogabunt homines Eleemoſynas, nec ad publica ædificia ſine magna difficultate conferent. Reges plus de ſuis quam populi commodis ſolliciti erunt. In II felix, promittit lucra multa, vitam ſpecioſam. Ac ſi Dominus ſecundæ eidem applicuerit, ex inſperato loco advenient lucra. Infelix vero detrimenta et perditionem ſubſtantiæ innuit; eruntq; homines ſolliciti de ſolvendis tributis, quæ iniuſtè imponentur. Reges enim et principes theſauros aggregare, et dominia aliorum quouis modo aucupare ſtudebunt. In III ♃ hominum ſocietatem et dilectionem confirmat, eruntq; religioſi, liberales erga pauperes, Aſtrologiæ, divinationibus, atq; itineribus dediti. In IV fortis culturam agrorum fortunat, ex quibus magnum prouentum ſpondet. Debilis triſtitiam et diminutionem minatur, cogitationesq; regum ad divinationes, incantationes, et muniendas ciuitates et caſtra, et incipienda bella occulte dirigentur. In V liberis bonam valetudinem, et prægnantibus felices partus deſignat. Reges quoque in mini- Iouis per ſingulas domos deductio.

ſtris augendis, & condendis ciuitatibus occupabuntur. In VI. felix in ſigno humano, ſtatum ſeruorum, in ſigno quadrupedum ſtatum eorundem ex ſignatura fortunat. At infelix morbos nunciat, ex apoſtematibus & flatibus. In VII fortunatus, gaudium & ſingularem amicitiam ſeu conuenientiam hominibus cum mulieribus pollicetur. Infortunatus ſimultates affert. In IIX. felix morti reſiſtit, eoſdemque qui obierunt religioſo cultu proſequitur. Infelix mortem accelerat multis, erunt afflicta animali a, quæ ſignatura ſigni reſpondent: Et reges de foſſis ducendis, & caueis fodendis cogitabunt. In IX felicia itinera cum per terram, tum per mare promittit: Erunt cogitationes regum de mutatione aeris, ſtudebuntque Aſtrologiæ, & ſomniorum interpretationi. In X fortunatus ſtudium iuſtitiæ adauget, honorque ac merces digna & lucroſa ſubditis à regibus, quibus ipſi vtiliter inſeruient, defertur. Infortunatus v. alienat reges à populo, neuterque faciet debitum officium, rapientque reges dignitates vni & largientur alteri. In XI fortunatus auget fortunam & ſplendorem vitę, inopinata tribuit dona & bona: Et ſimili modo in XII vtilitatem & lucrum ex litibus & ſpolia promittit ab hoſtibus Haly cap. 7. lib. 8.

♂ anni Dominus.

3 ♂ Cum præfuerit anno abſque aſpectu ♄ vel Planetæ infrigidantis, hyemis frigora contemperat, æſtatis calorem auget, & eo magis ſi in calido ſigno ſit & aſcendat in ſuo circulo. Hinc ſequitur, vt in terris frigidis fiat confortatio ſeminum & animalium: in calidis vero deſtructio: Leupold. cap. 1. tract. 6. & Albumaſar cap. 5. lib. 4. Mars quoque dominus anni ſignificat æſtus, incendia, fulgura, grandines, bella, 7. Aph. 69. Card. Ac ſi in reuolutione anni ſit in ſigno proprio, multum pluit, in domo ♄ parum, in aliis mediocriter: Leupold. c. 2. tract. 6. Inprimis vero abundabunt pluuiæ, ſi ♂ ex ♍ Venerem intueatur. Leupold. ibidem. Eſt enim, vt Haly cap. 4. lib. 1. docet; ♂ natura quidem ſiccus, ſed valdè mutabilis, vt modo humidus modo ſiccus ſit. Inprimis vero humiditates & fumoſitates terræ ſurſum trahit, & fortificatur eius calor & ſiccitas, quando aſcendit in ſuo circulo. Humectatur vero & minuitur calor eius, quando deſcendit verſus terram, et tunc ſignat infirmitates et dolores ex occaſione ſanguinis prouenientes. Commune quoque eſt Saturno et Marti, luem, ſterilitatem, ac ſeditionem portendere, iuxta 7. Aph. 70. Cardan.

Martis per ſingulas domos deductio.

Cæterum in aſcendente fortunatus & receptus, ſignificat ſecundum Haly cap. 7. lib. 8. quod loca ſubiecta ſigno, in quo exiſtit, eo anno feliciter bella gerant, ſpolia & lucra ampla reportent, ſuaſque ditiones amplificent. Infortunatus notat diſcordias, contentiones, bella, ſanguinis effuſiones, cum magno detrimento & damno. In II deſignat copiam latronum & prædonum, qui furta rapinas & depopulationes exercebunt: Viuentque homines miſeram vitam, ob preſſuram & impoſitionem tributorum. In III inimicitias & odia auget, & ſocietates paſſim diſturbat. In IV venenatam ſuam naturam ſurſum ad alios Planetas dirigit, quos omnes inficit, adeo vt ipſum conſtitutum in igneis ſignis, ſequantur combuſtiones terrarum & villarum, multaque damna ex igne. In humanis copioſæ effuſiones ſanguinis ex litibus & bellis, præſertim circa exitum anni. In V prægnantibus damna & graues labores minatur. In VI ſi ſi-

gnum

gnum occupauerit ſiccum, calidas & ſiccas infirmitates ferit; ſi humidum calidas & humidas; ſi aereum epidemicæ infirmitates erunt ex ſanguine & ventoſitate. Beſtiæ quoque minores grauiter laborant & intereunt, ſi ſigna animalium teneat. In VII diſcordias & odia pernicioſa, quæ cædes ſequuntur, excitat, & furta frequentia nunciat. In IIX interfectiones & interitum multorum iuxta naturam ſigni indicat. In IX itinera infeſta facit latronibus & prædonibus, in quibus multi miſere trucidantur: in aqueis ſignis naufragia & piraticas inuaſiones promouet. In X ſignificat tyrannidem, qua reges & principes ſubditos neglecta pietate & iuſticia interficiunt, ſpoliant, vel tributis exhauriunt. In XI ſocietates hominum tollit, eoſque leuiſſima de cauſſa ad diſcordiam, vt neuter alteri fidat, impellere cenſetur. In XII metum, anxietatem, & damna multa ab hoſtibus, & ſanguinis effuſionem portendit.

Sol anni Dominus.

4 Sol variat anni quartas, ſecundum coniunctiones et aſpectus Planetarum calidorum vel frigidorum ad eum. ♄ Namque cum Sole in hyeme abſque aſpectu ♂ auget frigus, in æſtate calorem minuit, et eo magis in ſignis frigidis. Operatur enim ♄ fortius in ſignis frigidis, et ♂ in calidis. Leupold. c.1. tract.6. et ex eo Pitatus pag.34. Ephem.

Solis per ſingulas domos deductio.

Exiſtens vero Dominus anni Sol ſi felix & receptus fuerit, ſignificat regibus, magiſtratui, & omnibus illis, qui in dignitate et ſplendore viuunt, proſperitatem et fortunatum ſtatum. Infelix contrarium, multique ſuis dignitatib. ſpoliabuntur. In 2 regibus denotat curam ſubſtantiæ auri et argenti, quam quoque cum ſubditorum detrimento quibuſcunq; modis ad ſe trahent. In 3 legum et iuſticiæ amorem inter homines deſignat, laudeſq; à ſtudio religionis et oratoria. In 4 hortorum amœnorum deſtructionem, caſumque nobilium à dignitate nunciat. In 5 lædit prægnantium in vtero fætus, et eis abortum minatur. In 6 infirmitates multas maximè oculorum affert, morienturque animalia minora. In 7 regum ſolitariam vitam, qua ſemoti à ſubditis, et conuerſatione publica viuere cupiunt, ſignificat. In 8 multorum obitus portendit. In 9 ſtabilem fortunam, et legum ac religionis tranquillum exercitium, honoremque qui iſtis occupantur, promittit. In 10 dignitatem præeminentem, et nominis famam illis regibus et regni ſubditis affert, qui cognatione aliqua ſigno, in quo Sol eſt, deuinciuntur. In 11 florentem et lætum ſtatum plebi ſub Magiſtratu, et dona regum pollicetur. In 12 ſeiungit plebem à Magiſtratu, vt neuter alteri benefaciat Haly cap.7. part.8.

Venus anni Domina

5 Venus cum præeſt anno, in verè et hyeme humiditatem auget: In æſtare et autumno ſiccitatem minuit, et relaxat, maximè in ſigno humido, et dum eam Planeta ſiccus minimè aſpiciat. Pitat. pag 34. ex Leupoldi c.1. tract.6. et Albumaſar cap.5. lib.4.

Veneris per omnia domicilia deductio.

Significat autem ex ſententia Haly c.7. p.8. ſi domina anni in aſcendête exiſtat, ſanitatem et robur corporib. humanis, et gaudia multa. In 2 fertilitatem et vberem prouentum frugum, item affluentem et liberalem vitam. In 3 odium et contentiones. In 4 zelotypiam virorum erga mulieres: vnde egreſſum eis non concedent, et q. occluſas habebunt. Finis quoque anni melior et fortunatior erit principio. In 5 conuerſationem et gaudium cum puellis notat: vndeque repueraſcere multi videbuntur. Prægnantibus quoq; felicitas et fœmellarũ

copio-

copioſior per annum partus innuitur: Erunt homines dediti amori mulierum, muſicæ,iocationi & ornamentis.In 6 in ſigno humano lucrum deſignat exemptione hominum,in ſigno quadrupedum ex beſtijs. Significantur quoque mulieribus infirmitates, prouenientes ex intemperantia cibi & potus, & debilitate ſtomachi. In 7 ſi fortunata fuerit, delectabuntur homines mulieribus, & matrimonia contrahere ſtudebunt,eruntque nuptiæ multæ. At ſi infortunata fuerit, rixabuntur mulieres cum maritis, eruntque inobedientes eis, fientque ex deſertione frequentia diuortia. In 8 morientur multæ mulieres, præſertim ſi ♀ infelix & debilis ſit. In 9 erunt itinera fortunata, homineſque magis exercitijs pietatis,iuſtitiæ, caſtitatis, quam conuerſationis cum mulieribus erunt deditì. In 10 reges ſingularem habebunt affectum erga mulieres, ornabunt & euehent eas ad gubernationem. Benefacient etiam illis, qui iocos & Muſicam tractant,& ſtatus regni erit tranquillus & florens. In 11 homines amore capientur mulierum licito & illicito, choreiſque ſaltationibus & fornicationibus indulgebunt. In 12 odio habebunt viri mulieres,vilipendent eas, & dominandi licentiam illis adiment.

Mercurius anni Dominus. 6 ☿ anni dominus, qualitatem aeris varias, corrumpit ventos, maximè in humidis & ventoſis ſignis. In caldis vero & ſiccis ſiccitatem adauget; Pitat.pag.34.ex Leupoldi & Album.locis antea citatis. Card. quoque 7.Aph.69.dicit: Mercurium facere ventos exitiales: Nec diſſentit Haly cap.26. part.8.vbi dicit: Mercurium in aere ſignificare diuerſitatem,& facere multos graues & damnabiles ventos.

Mercurii per omnia domicilia deductio. *In prima vero domo conſtitutus fortunat pueros,ne illis quidquam facile noceat, confert iiſdem lætitiam & habilitatem ad capeſſendas artes & ſcientias. In 2 felix notat lucra mercatoribus, & digna laborantibus præmia, erunt quoque domini & ſerui ſibi inuicem fideles. At infelix ſignificat paupertatem, laborantibus non dabitur merces, et multi iniuſtè quærent lucra. In 3 excitat inter homines ſtudium legum, deque legum ſcientia frequens erit diſputatio. In 4 nunciat carcerem ſcribis et præfectis ærarii: vnde tamen cito liberabuntur, ſi ☿ in mobili; tarde,ſi in fixo ſigno hæreat: At ſi inſuper ♂ locum ☿ aſpiciat, tormentis quoque affligentur,imo prorſus vita mulctabuntur. In 5 fortunatus iuuabit prægnantes facili partu, edentque infantes ſubtilis intellectus. Infortunatus lædet prægnantes, vt vel abortum patiantur, vel ad partum non perueniant. In 6 infirmitates pro ſigni natura et conditione infantibus minatur. In 7 concubitus illicitos cum pueris, et mulierum auerſationem deſignat. In 8 multos è vita tollit infantes. In 9 fortunat itinera et profectiones, excitatque amorem erga ſtudia legum, et aliarum ſcientiarum. In 10 euehit ſcribas et doctos ad honores, præfecturas, et munera publica ciuitatum, qui quoque legitimè et cum publico bono ſua officia adminiſtrabunt, ſi fortuna locum illum aſpexerit: Secus et proditorio modo ſi infortunata ſtella. In 11 ſignificat commodam et vtilem amicitiam,qua alter alteri benefacere ſtudebit. In 12 diſſidia,rixas et hoſtilia odia,inprimis conſeruorum. Haly part.8.cap.7. de iud.aſtr.*

Luna anni Domina. 7 ☽ quolibet menſe naturam & qualitatem aeris commiſcet & temperat ex coitu Solis, quemadmodum & Sol idem efficit in anni

quar-

quartis. Pitat. ex Leupoldo. In primo tamen Lunationis quadrante per ſe calida eſt & humida. In ſecundo calida & ſicca. In tertio frigida & ſicca. In quarto frigida & humida: Leupold. cap. 1. tract. 6. Album. cap. 5. libr. 4. Vide & ſupra finem cap. 1. præced. membri. Quod ſi in reuolutione anni ♀ ☿ & ☽ in humidis ſignis fuerint, pluuiæ redundabunt; Leupold. cap. 2. tract. 6. Si Luna aſpiciat Venerem & Mercurium, & ambo, ſint orientales in principio anni, erunt pluuiæ multæ; ſi occidentales contra Leupold. ibidem.

Docet & Haly cap. 7. part. 8. quod Luna anni domina in aſcendente fortunata, ſignificet annum corporibus humanis & rebus, quibus conſeruantur corpora, ſalutarem. Infortunata contrarium. In 2 felix lucra, & affluentiam ſubſtantiæ. Infelix damnum & indigentiam. In 3 delectationem in itineribus, & in conuerſatione cum conſanguineis & familiaribus. In 4 infortunata, anxietatem, preſſuram & obſidiones. In 5 fortunam & gaudium ex liberis. In 6 religioſam & a vitiis alienam populi vitam. In 7 fortunam à mulieribus. In 8 copiam morientium, & in domicilio Martis per cędes. In 9 frequentia itinera per mare & terras. In 11 fortunam paſſim affluentem. In 12 rixas, contentiones & diſſidia multa.

Lunæ per ſingulas domos deductio.

Notandum vero hoc loco, quod ſi vnus aliquis Planetarum ſolus dominium non ſuſtineat, ſed adiunctum habeat vel vnum vel plures, miſcenda eſſe ſignificata pro natura & robore Planetarum, vt & in præcedente capite monuimus.

Cum plures ſunt anni Domini miſceantur ſignificata.

In noſtro ergo exemplo, cum pręſides anni ſint, Principalis Mars, & adiunctis ♃ & ☿, ſignificatur conſtitutio anni calidior, qua & hyemis frigus mitigatur & æſtatis calor intenditur, pręſertim cum æſcendens ſit non tantum in Epicyclo, ſed & in Eccentrico, & ad augem Epicycli deducatur 25 Iulij die noui, 15 vero veteris anni; Eccentrici 11. Sept. Iuliani, 21 vero Liliani anni. Etſi ergo ratione aſcenſus ſiccitas quoque intenditur, pręſertim cum in ♉ ſigno terreo melancholico ♂ verſetur, & Iupiter ſiccitatem afferat, vt ſerenitatis parens: tamen quia ♉ Venerea eſt domus & Lunaris, ratione exaltationis; Iupiter quoque maxima ex parte in ♓ moratur ſigno aquatico; portenduntur interdum imbres copioſi, inprimis cum alter dominij ſocius ☿ ex ♓ Martem ⚹ aſpiciat. Venti quoque erunt frequentes, & illi quidem vehementes, qui arbores & ædificia concutient, illis pręcipuè in locis, quę ad ♉ & ♓, in quibus ſignificatores anni pręcipui ſunt, pertinent. Et quia ♂ in 6 domo in themate reuolutionis exiſtit, ſignificantur morbi frequentes, atque etiam interitus animalium minorum, nec commodè educabuntur vituli vtriuſque ſexus, ob ♂ in ♉ propter morbos populares, qui ipſos inprimis infeſtabunt, quanquam malum aliquo modo ♃ mitiget in ſigno ♈. Mercurius etiam in tertia, in ſuo detrimento & caſu, aptitudinem denegat hominibus ad ſtudia & exercitia legum, præſertim cum ☊ in ſigno aquatico, quod aliàs meditationi aduerſatur, ſit iunctus, vtut ♃ concurrens, legum & iuſtitiæ exercitia in propria domo & ♀ exaltationi promoueat. Mars enim rationandi facultatem, & legum interpretationes corrumpit.

Exemplũ.

Deinde ad iudicium generale quoque pertinet, vt præter quartarum anni

natu-

Digitized by Google

naturales qualitates, poſitum etiam ſtellarum in ſingulis anni quartis conſideremus. Inde enim certius de totius anni temperie prognoſticum eruitur. Dependet autem proprium cuiuſque anni quartæ temperamentum potiſſimum à Solis ad verticem noſtrum acceſſu, quo calor aeri; & receſſu, quo frigus inducitur; & à ſignorum Zodiaci, quæ permeat Sol, ſtellarumque fixarum cum quibus iungitur, & oritur vel occidit, naturalibus qualitatibus: Eſtque regulariter in ſingulis anni quartis tale.

Tempus quartæ vernæ calidum eſt & humidum, ſanguineo temperamento ac ætati puerili accommodatum. Tunc enim Sol, ſuperata

Ver

zodiaci & æquatoris ſectione, vertici propior fit, & ad ſtellas natura calidiores accedit, ſpirant etiam venti primum ſicciores, qualis eſt Subſolanus, qui ex ortu flat, quibus humores ſuperflui conſumuntur, ſemina terræ convenienter mandantur, & terra ad generationem exſtimulatur, protrudunt arbores gemmas, flores, folia, & terra gramine & herbis veſtitur. Quia vero ſegetes recens enatæ rigationem requirunt, oriuntur mane cum Sole in ♉ plejades, hyades verſus Septentrionem, hædi verſus Auſtrum, tandem Orion, & veſperi Sole occidente Arcturus, ſtellæ tempeſtuoſæ & humidæ, quæ cient pluvias & flatus humidos. Spirant ergo eo tempore venti Meridionales vt Auſter, & Occidentales vt Favonius, quibus temperamentum fœcundum in aere efficitur. Tandem in ♊ Sol excitat calorem temperatum, creſcentibus et augeſcentibus fructibus convenientem.

Æſtivum tempus calidum eſt et ſiccum, cholericæ complexioni, et ætati Iuvenili correſpondens: Sub cuius initium Sol ad tropicum

Aeſtas

æſtivum delatus, ſummam habet in horizonte noſtro altitudinem, creſcunt in feſtucam herbæ, et granorum formant initia. Quia vero arborum flores in fructum abierunt, et res ex terra naſcentes ad iuſtam tendunt magnitudinem, oriuntur ſtellæ fixæ in ♋, præſepe, aſelli et aliæ vim humectandi habentes, quæ acceſſu ☉ ſtimulatæ pluvias cient, ad promovendum incrementum frugum. Poſtquam vero res ex terra naſcentes iuſtum ſunt conſequutæ incrementum, et ad maturationem opus eſt calore accedit Sol ad ſignum calidum ♌, oriuntur Syrius et Procyon ſtellæ calidæ. Ingens igitur excitatur calor, ad quem temperandum Eteſiæ diurno flant tempore. Poſtea deducto Sole ad ♍ ſignum terreſtre, idem calor paulatim mitigatur, et ortus matutinus Arcturi ſub finem æſtatis rurſus adfert pluvias.

Autumni qualitates ſunt frigiditas, et ſiccitas quæ complexioni

Autumnus

melancholicæ, et declinanti ætati conveniunt. Remittit enim Sole infra æquatorem in Auſtrum ſeſe demittente, et æſtate deſinente calor: Et licet cadant pluviæ fœcundæ, vt vuæ ſuccum hauriant vberiorem, et ſatio hyberna ſit commodior, quam aeris conſtitutionem promovent occaſus matutini Plejadum hyadum et Orionis; tamen ne frigus ſubito ſuperveniens lædat ſemina et hybernam ſegetem reſiduus in aere calor, qui et Solem ♐ ſigno igneo et calido exiſtente nonnihil extimulatur, reliquum humiditatis nocivæ educit, terramque ad ſubſequentem

Hye-

Digitized by Google

hyemem firmatis prius ſeminum radicibus fovet et munit.

Hyemis tandem frigida eſt et humida, phlegmatico temperamento & decrepitæ ætati, in qua quoque multæ ſuperfluæ humiditates colliguntur, congruens. Hoc anni tempore deducto ☉ ad Tropicum hybernum, terra in noſtris Septentrionalibus regionibus quieſcit, vt vires æſtate exhauſtas aliquo modo recolligat; vnde hyems terra plerumque conſtringit, nive tanquam veſte tegit & calefacit, aut copioſis pluuiis reficit. Nix enim & gelu ſalutaria ſunt frugibus & faciunt fœcunditatem. Poſt vltima ſui parte in fine ♒ & ♓ nouis Fauonii flatibus terram reſerat, & verno tempori præparat. Hyems.

Atque hoc eſt generale & proprium temperamentum ſingularum anni quartarum, vt à Ioanne Stefflero, Abumaſare, Peacero aliiſque Aſtrologis ex diuturna experientia & iuſtis rationibus conſtituitur: Quod ſanè in annuis Prognoſticis & μετεωρολογία ſemper conſiderandum eſt, ne hyeme flores, æſtate glaciem prædicamus.

Ad poſitum vero ſtellarum quod attinet in ſingulis anni quartis, regulę quædam paſſim apud autores inueniuntur, quæ hic conſideranda ſunt. Ex quibus generales ſunt hæ ſeptem.

1 Quandocunque ☉ ingrediens æquinoctiale vel Tropicum ſignum, ſtatim ad ſtellam naturæ calidæ peruenit, qualis eſt ♂ vel ♃, vel ſtellas fixas inſigniores de natura ♂ vel ♃, aut etiam per aſpectum eis copulatur, tum calidior ſignificatur conſtitutio per iſtam anni quartam. Quod ſi ad ſtellam frigidæ naturæ accedat, vt ♄ vel ☿, aut ſtellas fixas de horum natura, ſignificatur frigidior aeris ſtatus, Steff. in Ephem. ſuis. Regulæ de poſitu Planetarum in ſingulis anni quartis.

2 Reliqui quoque Planetæ iuxta qualitatem ſuam, anni quartam afficiunt, vt in vere ♃ & ♂ coniuncti, ſignificant tempus ſiccum & calidum futurum, cum alias ſit humidum temperatura: In æſtate ardentiſſimum Solem: In autumno vernam q. conſtitutionem. In hyeme frigus remiſſius & languidius.

3 Planetę tres ſuperiores in ſignis Septentrionalibus, aerem quoque tepidiorem futurum arguunt, illa anni quarta, qua hoc modo conſtituti reperiuntur. In ſignis vero Meridionalibus contrarium ſignificant.

4 ♄ In proprio ſuo domicilio ♑ vel ♒, in themate hyemali conſtitutus, intenſum & inuſitatum portendit frigus. In themate æſtivali remiſſiorem ęſtum. In verè ſiccitatem auget, tēporem mitigat. In autumno etiam auget ſiccitatem & intendit frigus. Idem pręſtat ♄ Mercurio copulatus.

5 Planetæ & ſtellæ quæcunque, ſi contrarijs & pugnantibus qualitatibus ſint præditæ, & vel corpore vel aſpectu iungantur, temperiem efficiunt, & q. mixturam in aere, vt indè evadat mediocritas. Veluti ſi Saturnus & Mars coniungantur.

6 Cum ♂ & ☿ iuncti fuerint, Lunamque aut aſcendentes Dominum in 6 aut 7 loco exiſtentem pulſaverint, immodicam declarant ſiccitatem. 7. Aph. 163. Card.

L 7 Cum

7 Cum Sol tropicum ingreditur ſignum, ſi Venus tunc ex humido ſigno Lunam aſpexerit, in humido quoque conſtitutam, erunt pluuiæ multæ. Si vero Luna tunc non fuerit in humido, ſed Venus tantum, fit grata temperies. Pitat. pagina 34. ex tractat. 6. Leupold. capite 2.

Regulæ ſpeciales de ſingulis anni quartis.

Speciales vero regulæ de ſingulis quartis ſunt hæ ex Leupold. tract. 6. capite 2.

De vere

De vere 1 *In coniunctione vel ☍ luminarium quæ præcedit reuolutionem anni, ſi ♂ locum luminarium aſpiciat, erunt fulgura, tonitrua & lampades.* 2 *Planetæ combuſti in Vere, nebulas afferunt,* Pitat. ex Leupoldo. 3 *Retrogradationes ♀ in vere, dum Sol eſt in Ariete vel Tauro, efficiunt ver pluuioſam.* 4 ♄ *veris Dominus ver egregie frigidum, non tamen ſiccum, ſed parum humidum, parumque flatuoſum, non tamen omnino abſque flatibus producit; Cardan. ad text. 59. lib. 2. quadr. Ptol.*

De æſtate.

De æſtate. 1 *In quarta æſtiua ſi quinque Planetæ ſint directi, propter eorum infrigidationem æſtas erit decora, non nimium calida. Si retrogradi, erit intensè calida: Retrogradi enim Planetæ calefaciunt, directi infrigidant: Leupold. ibidem. Contra quæ Card. in lib. de mutat. aeris huiuſmodi Aphoriſ. proponit: Planetæ veloces motu, calorem augent. Stantes autem ſi calidi, calorem faciunt grauem, frigidi frigus, humidi pluuias augent, ſicci exſiccant. Retrogradi omnes infrigidant, aut minus calefaciunt, præter Iovem Soli oppoſitum.* 2 *Planetæ combuſti in quarta æſtiuali, faciunt caliditatem & tonitrua plurima Leupold. tract. 6. cap. 2.* 3 *Sol in termino ♂ in æſtate calorem auget; In hyeme vero & verre ſiccitatem & pluviarum paucitatem Leupold. ibidem ex centil. Hermetis 35.* 4 ♄ *æſtatis Dominus, non quidem frigidam, ſed temperatam æſtatem facit, ſiccam immoderatè, penituſque tranquillam: Card. in priore loco.*

De autumno.

De autumno 1 *Planetæ combuſti in quarta autumnali, frigus faciunt atque humiditatem.* 2 *In autumno ſi omnes Planetæ ſint retrogradi, & in hyeme dirigantur, erit ſiccitas ſumma in omni climate. Leup.* 3 *Cum ☼ intrat 18 gr. ♍ ſi tunc ♀ in aqueo fuerit, erunt pluviæ ad ſubmerſionem. Idem.*

De hyeme

De hyeme 1 *Planetæ combuſti in quarta hyemali, faciunt nubila & ventos meridianos.* 2 *♀ directa & Orientalis, dum ☼ exiſtit in ♑, ♒ & ♓ dat in principio hyemis pluvias paucas, in fine multas, niſi ſtella alia occurrat Soli vicinior vel affinior. Contrarium fit ſi retrograda exiſtat, ibi in fine paucas, in principio abundantes largitur. Aliter hunc Aphoriſ. Haly cap. 4. part. 1. proponit. Statuit enim ſimpliciter quando Venus regreditur, & Sol eſt in ſignis hybernis, hyemem illius anni eſſe humidam & pluvioſam. Idem quoque ſentit, ſi recedat Sole exiſtente in ſignis vernis. Eſt enim, inquit, flatus ♀ cum flatu ☼, ſimilis flatui mulieris verſus virum, quæ quia tum eijcit humiditatem, eſt & ♀ ſignificatrix imbrium & pluviarum.*

3 *Si ſub initio vel fine hyemis ♄ Lunæ & figuræ cœli dominetur, inſolita frigora accidunt nubilo tempore, & in his nives expecta, 7. Aphoriſm. 35. Card.* 4 *Si Soli à ♑ in ♈ procedenti vnicus tantum retrogradus Planeta iungatur, ſiccitas erit: Si duo, humiditas congruens; Si tres, humiditas exuperans;*

Si 4.


Digitized by Google

Si 4 fiet diluvium. Pitat. in Eph. pag. 34 ex Leupold. De Planetis tamen ſuperioribus hoc non niſi per aſpectum intelligendum eſt. Nam licet veniant ad Solem ſuperiores, nunquam tamen retrogradi cum eo iunguntur.

Notandum quoque hoc in loco eſt, Aſtrologos ex conventu Planetarum in ſignis humidis, prodigioſas ſolere pluvias prædicere, frequenter tamen cum magna Aſtrologiæ infamia: quemadmodum Anno 1524. Ioannes Stefflerus magnus alias vir ſed Philoſophiæ naturalis expers, vt commemorat Card. 7. Apho. 34. ex coniunctione magna omnium fermè Planetarum, quæ tunc præcedebat æquinoctium vernum in ♓, diluvium penè vniuerſale prædixit: quod metuentes plurimi ad montes confugerunt, cum eo tempore ſumma & grauiſſima fuerit ſerenitas, ob ☽ in ſigno ſicco, & Planetarum cum dorſo ac crure Pegaſi ſtellarum inſigniorum de natura ♂ conſtitutionem: In qua & ♃ cum Marte, Saturno potentiores extitere. Ac fuit tum thema cœli, ex quo prædixit diluuium tempore plenilunii, ad diem 19. Febr. Hor. 0. 25 *l* P.M. Anni 1524. huiuſmodi iuxta modum æqualem.

Cautos eſſe decet Aſtrolog. in nimiis exceſſibus prædicendis.

Exemplũ Anni 1524




Etſi vero conſtitutionem hanc ſubſecuta eſt ſeditio ruſticorum, quam nonnulli ſignificatam fuiſſe hoc conventu opinantur, cum Luna ruſticos & pleberos ſignificet, ac in ſigno ♍ Mercuriali & ♓ Iouiali religionem: vnde quod exarſit bellum in ruſticos ſæuiit, & aliquot eorum

L 2 millia

millia ſuſtulit:tamen nos bellum illud non ſimpliciter ad aſtra,verum ad alias propiores & vrgentiores cauſſas rectè referimus, quas hiſtorici illorum temporum commemorant. Narrat autem Cardan. congreſſum illum Mediolanenſibus peſtem ſæuam denunciaſſe, quæ multos interfecit, quandoquidem Luna aſcendentis Domina, in oppoſito ☉, cum ♄ ac ☿ infortunato exiſtentis, in trigono aqueo aſcendentis, atque aſcendens ♋, ſub quo Mediolanum conſtituitur, malè afficiebantur.

Exemplũ Anni 1583 Idem propèmodum accidit Anno 1583. vbi penè eadem magna ☌ æquinoctium vernum præceſſit die 26. Febr.Hora 11 ante meridiem, cuius thema hoc eſt:



Fuit autem eo anno in Vere ſumma & gratiſſima ſerenitas ac ſiccitas,vt feliciſſimè florerent arbores, totuſque annus ad ſiccitatem declinans deprehenſus eſt.

Hinc

Hinc licet nonnulli ex Aſtrologis, inprimis Peucerus in libro de diuin. ſub finem tractatus de Aſtrologia, non temere monere videantur, reducenda eſſe ſigna zodiaci in erectione figurarum ad Aſteriſmos, ac ex ſignis potius ſtellatis, quam dodecatemorijs iudicium petendum eſſe: Ego tamen, ſi, quid ſentiam, mihi dicendum eſt, reductionem illam inconuenientem eſſe iudico. Cum enim, vt ex doctrina principiorum ſupra expoſita liquido conſtat, diſtributio ſignorum ſecundum Planetarum domicilia, exaltationes, trigonos, terminos, &c. dependeat à Solis annuo per zodiacum motu, quem ab interſectione verna ordimur, & à Lunæ reliquorumque Planetarum naturali proprietate, motu ac ordine, diuerſumque prorſus ab imaginibus & conſtitutione ſtellarum fixarum fundamentum habeat; quas quidem ſtellas, earumque imagines, aliàs in iudicio vnicè quoque conſiderandas eſſe monuimus; quis non videt erroneam eſſe reductionem ſignorum ad Aſteriſmos, præſertim cum & Aſteriſmi inæqualis, at ſigna æqualis ſint magnitudinis? Planetas autem rectè & quidem mente reduci ſtatuo, vt quibus cum ſtellis verſentur appareat, & ex natura ſtellarum Planetas ſtipantium, non neglectis dodecatemorijs iudicium conformetur.

Qui themata cœli ad Aſteriſmos reducunt contra principia & fundamenta Aſtrolog. agunt.

In nobis propoſito anno 1607. Mars vernæ quartæ dominus, vernam aeris conſtitutionem accelerat, eamque in caliditate intendit, vtut ♄ in proprio domicilio ♑, debilis aliàs exiſtens in tribus figuris vernis, reſiſtere videatur: ⚹ ♄ ♃ ex ſignis proprijs gratam temperiem promittit. Siccior vero temperatura, quam natura Veris fert, ſignificatur, cum ♂ in ♉ terreo ſigno, & ♄ in ♑ trigono platicoſeſe mutuo aſpiciant: Nec deerunt venti occidentales vehementiores, ob Mercurij in themate præventionali ad Martem exactum ſextilem, præſertim cum & velox ſit motu; quibus tamen ſeſe nonnunquam opponent venti orientales. Aeſtatis Domina Luna cum ♃ & ♀ æſtatem conuenientem pollicetur, in qua calor quidem excedens pro natura quartæ, & Iouem etiam in Ariete domo ♂, & quia Martem □ radio aſpicit; mixtus tamen ſufficienti humiditate imbribus & pluvijs animadvertetur. Ignita quoque meteora mixta, vt coruſcationes, fulgura, tonitrua & fulmina frequentia erunt, ob eandem Martis & Iovis conſtitutionem, & quia ſeſe mutuo recipiunt ex exaltationis ſignis, cõtrariæ tamen naturæ. Et licet ♄ in proprio domicilio ex oppoſito ☉ & ♂ in □ Iovis frigiditate nocere ſtudeat, & dies nonnullos, quibus grandines cadent, frigidos adferet, paucis tamen tantummodo locis nocebit, cum debilis admodũ & inſuper retrogradus ſit per æſtatem. Venti erunt rariores, & ſi qui erunt, occidentales potiſſimum deprehendentur, inclinantes aliàs ad Septentrionem alias ad Auſtrũ, propter Iovem in ♈, & Venerem in ♋; quibus rarius Orientales ſeſe opponent. Autumni præſes ♄ frigidiorem minatur aeris conſtitutionem, qua hyems ante tempus adducitur, præſertim præſes cum & Solem radio □ ex propria domo feriat, & in themate ingreſſus ☉ in ♎, Medium cæli, in poſt ventionali vero horoſcopum teneat: Nec Martis ad ♄ trigonus multum mitigare poteſt; cum Mars debilis ſit, & in abiectis cæli locis. Ariditatem Saturni, ♀ ex ⚹ a ♍ in ♑ pluvijs tempe- rat præſertim occidẽtalis, velox curſu & ſatis robuſta exiſtens. Hinc & ventos

Exemplũ Anni 1607

Orien-

Orientales exſiccantes, ad meridiem nonnihil vergentes, frequentiores, & vehementes quidem affert ♄ in ♑, Sed occidentales & meridionales, eoſque leniores, vtut rariores ♀ in ♍ deſignat. Hyberni temporis Dominus ♂ in propria domo, frigus nonnihil temperare, conſtitutionemq; aeris mitiorem, quam exigit natura quartæ denotare debebat, inprimis cum & eidem adſtipuletur ⚹ partili ☉, & □ ad Solem radio ♃, ex ſigno exaltationis ♂. At frigiditatem ad auget primo ♄ Mercurio partiliter iunctus, qui in proprio Saturni ſigno, ♑ naturam Saturni induit, & frigidam aeris conſtitutionem promovet, ad quos etiam defluit Sol: deinde & ſigna frigida, aquea, & terrea, quæ angulares domos tempore ingreſſus Solis in ♑ occupant.

Humidiorem quoque hyemem & nive abundantem, non modo Martis in ♍ poſitus, ſed & ♀ retrograda deſignat, quæ cum ſtellis turbulentis ♍ verſatur. Ventorum occidentalium copiam ♂ dominus in ♍ innuit, quos Mercurij ⚹ ad ♂ auget, quamuis Orientales & Meridionales nonunquam ♄ & ☿, ob poſitum in ♑ miſcere tentent.

Caput IV.

De Lunationum judicio ſpeciali.

Requiſita neceſſaria ad iudicia Lunationũ

Methodus docendi nos nunc eò deducit, vt cognitis qualitatibus & temperaturis quatuor quartarum anni, oſtendamus, quomodo ſingulæ Lunationes in ſpeciali eoq; exactiore tempeſtatum examine tractandæ & expendendæ ſint: Ad quam ſane rem adhibentur, non tantum Novilunia, ſed & plenilunia & quadraturæ duæ. Nam licet Ptol. ſent. 62 ſui centil. affirmet: Mutationem aeris in menſe quovis, iudicare eum poſſe qui minutum coniunctionis principium facit, & iudicium iuxta dominatorem anguli conſtituit, quandoqnidem hic aeris naturam, aſſumpta etiam præſentis temporis qualitate vincit. *Quibus verbis innuit, cum Luna menſis domina ſit, & aerem pro affectione ſua commoveat, tum demum Aſtrologum totius menſis qualitatem rectè prædicere poſſe, ſi Lunæ motum, cæliq; conſtitutionem ad tempus, quo cum Sole iungitur, probe & ſolerter intueatur. Quod ipſum & Card. 2. Aph. 166. monet his verbis:* Dominus interlunij multum poteſt in qualitate aeris, & qui reſpicit luminaria, tum maximè ſi in cardinibus fuerit: *Tamen cum experientia quotidiana doceat, Lunationes totas non eiuſdem eſſe naturæ, ſeu eaſdem prorſus tempeſtates non afferre, ſed variare eas, pro conditione quartarum menſis Lunaris ſynodici: Ipſe quoque Ptol. cap. 12. vel text. 62. lib. 2. quadr. in menſtruis conſiderationibus cum interluniis plenilunia nobis commendet, imo plenilunia, ſi proximè antecedant ingreſſus ☉ in cardinalia ſigna, præferat noviluniis; eaque in tota anni quarta præ noviluniis obſervanda præcipiat: Et textu ſequenti 63 velit medias quoque interluniorum & pleniluniorum ſyzygias ſeu quadraturas in ſubtiliore prognoſtico expendendas eſſe: Nec reliqui ex Aſtrologis hac in parte, vt nec Pontan. in comm. ſuper ante allegatam ſententiam Ptolomæi diſſentiant. Quis nam eius opinionis fuerit, vt ſingula illa ſeorſim*

In iudicio Lunationũ interlunii, plenlunii & duarum quartarum poſitus sũt conſiderandi.

ſim diligenter conſideranda eſſe non iudicet ?

Via autem conficiendi prognoſticum tempeſtatum ſpeciale talis nobis paſſim præſcribitur.

Primò ad tempus Syzygiæ in Ephemeride annotatum; apparens factum, atque ſi opus eſt ad locum propoſitum reductum, conſtituatur figura cœli. *Poſtea* Dominus eligatur, iuxta præcepta præcedentium 2 capit: & in dubia electione præferatur is, qui vel in loco luminaris, quod eſt ſupra terram, vt quidam volunt, vel Lunæ, vt ſentit Ptolemæus, vel in vno angulorum, præcipuè qui Lunam ſequitur, dignitate præcedit, & eminet. Dominator enim qui Cardinalis eſt, vehementius ſignificatum intendit, iuxta 34. ſent. Centil. Ptol. *Tertiò* perpendantur huius domini eiuſque ſigni, & ſigni quod Luna occupat, qualitates; item aſteriſmorum in ciendis tempeſtatibus operatio. *Quartò* poſitus domini ſyzygiæ in themate, eiuſque & Lunæ latitudo; quandoquidem ventos, qui maximè regunt tempeſtates, ab ea parte movent. *Quintò* conſiderentur aſpectus primò Planetarum inter ſe abſque Luna, aut cum Domino thematis. Deinde ☽ ad Planetas. Quando enim Luna venit ad radios Domini thematis, aut Planetarum angularium, præcipuè ſeſe oſtendit ſignificatum eius Planetæ. *Sextò* Obſerventur ortus, occaſus & cœli mediationes fixarum coincidentes ſingulis diebus. Oportet enim iuxta Card. 7. Aphor. 71. Ortus & occaſus clariorum ſyderum obſeruare, ſiquidem vix fieri poteſt, ne ſub exortu Caniculæ ſiccitas & morbi non vigeant, & ſub Arcturi occaſu imbres. Ac niſi fixarum ortus & occaſus aliquid facerent, imbres non vno magis tempore quam alio fierent. Incertus eſt enim Planetarum concurſus 7. Aph. 72. *Septimò* Examinentur tranſitus Planetarum per fixas tempeſtuoſas, hyades, pleiades, aſellos, &c. præcipuè vero ☽, ♀, ♂ & ☿. *Octauò* Perpendatur tempus anni, vt congruentia ſuis quartis & vſitata prædicamus: Grandines quidem in Aprili & Octobris, Nives in hyeme, in æſtate tonitrua. *Nonò* Conſulatur experientia & obſervatio propoſito horizonte. Oportet enim vt monet Card. 7. Aph. 29. cœlum cognoſcere regionis, & quo tempore anni ſit tempeſtuoſum, tum etiam cui ſigno regio magis conueniat, ſi veritatem in iudicando aſſequi velimus. *Decimò.* Obſerventur etiam Eclipſes, Cometæ & aliæ generales conſtitutiones, quæ nonnunquam mitigant ſpeciales. Nec poſtremò prorſus negligatur regula Eudoxi, quam recitat Plin. circa finem cap. 47. lib. 2. nat. hiſtoriæ: Redire eaſdem vices quadrienno exacto, non ventorum modo, verum etiam reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Nam licet regula illa hoc tantummodo fundamento nitatur, quod quadriennio exacto poſt intercalationem diei factam, annus Politicus cum Aſtronomico, quo ad tempus, exortum, occaſum & mediationem ſtellarum fixarum cum Sole fermè conſentiat, exiſtente interim ☽ reliquorumque Planetarum motu multum diſſimili: tamen cum Solis ſtellarumque maxima in movendis tempeſtatibus vis ſit, & Luna non longè ab oppoſito prioris loci exacto quadrienno exiſtat, videntur eædem fermè tempeſtates redire. Manſiones vero ☽, quas multi

Primum ergo thema erigatur ad vſum eorum.

Poſtea Dominus eligatur.

3 Qualitates Domini expendantur.

4 Poſitus in themate

5 Aſpectus ad Dominum & lunam.

6 Ortus & occaſus fixarum.

7 Tranſitu Planetarū.

8 Tempus anni.

9 Experientia conſulatur.

10 Meteora quoque aſſumantur.

De Regula Eudoxi.

Digitized by Google

Arietis priores partes, *incipientes à 28. grad.* ♈ *& deſinentes in 4.* ♈ 28
grad. ♉, *imbres & ventos mouent, ob ſtellas Martiales & Saturninas,*
quibus nonnullæ quoque Mercuriales aſſiſtunt; imbres tamen & ventos mi-
nores, quam ſeculo Ptolomai. Sol enim cornua & ceruicem ♈ *permeans*
magis calefacit, & aerem purificat, quam illo ſeculo, quando & longius
in Septentrionem proceſſerunt ♈ *ſtellæ; vnde mitiores venti generantur.* Me-
diæ partes, *à 4. in 10. grad.* ♉, *temperata ſunt, inclinantes aliquo modo* ♉
ad ſiccitatem & calorem ob ſtellas in pede poſteriore, lumbis, & poplite
♈ *Martiales, quibus Saturnina quadam verſus Auſtrum in Cete, & Satur-*
nina ac Venerea in Caſſiopea verſus Septentrionem accedunt. Extremæ *à*
10. in 17. grad. ferè ♉, *æſtuoſa ſunt, & plus quam ſeculo Ptol. Verum mi-*
nus peſtilentes. Sunt & ſtellæ Boreales *in* ♈, *vt Cornua, Ceruix de natura*
♄ ♂ *&* ☿, *Item trianguli Mercuriales æſtuantes & noxiæ.* Auſtrales, *ob Ce-*
ti ſtellas Saturninas glacioſa ſunt, & ſubfrigida.

Tauri priores partes, *à 17. grad.* ♉, *in 27. in quo ſpacio Plejades vi-* ♉
dentur de natura ♂ *&* ☽ *turbulenta ſunt ventoſa & nebuloſa, minus ta-*
men quam ſeculo Ptolomai. Mediæ *à 27. grad.* ♉ *in principium* ♊ *humi-*
da nonnihil ſunt & in calore temperata ob Perſei ſtellas Saturninas & Io-
uiales. Vltimæ, *à principio* ♊ *ad 25. vſque grad in quibus hyades exiſtunt,* ♊
& cornua ♉ *de natura* ♂: *Item clypeus pes & humerus ſiniſter Orionis de*
natura ♃ *&* ♄ *&* ♂ *ac* ☿, *tonitruoſa ſunt, ignea & fulguroſa plus quam*
olim. Porro ſpacium Boreum *temperiem habet, quia ſtellis temperatis Sa-*
turninis & Iouialibus Perſei conſtat. Auſtrale *eſt inſtabile, & incertum, pro-*
pter ſtellas Martiales ♉, *quibus & Mercurea & Saturninæ, item* ☽ *&* ♂
naturam referentes commiſcentur.

Geminorum priores partes, *à 26.* ♊ *ad 6. grad.* ♋, *humidæ ſunt* ♊
parumper & noxię, hoc ſeculo quoque. Mediæ *à 6. grad. ad 14.* ♋, *conti-* ♋
nentes ſtellas Saturninas in brachijs & genibus ♊, *ſunt temperatæ, ſicciores*
tamen quam olim. Poſterioris, *à 14 in 24. grad.* ♋, *mixtæ atque incertę*
ſunt ad ſiccitatem declinantes, ob ſtellas quaſdam Saturninas, quaſdam Mar-
tiales & Mercuriales, vt eſt Caput ♊ *pręcedens, quaſdam Martiales tantum*
vt eſt Caput ♊ *ſequens.* Borealis pars *mouet ventos, & terras concutit.*
Auſtralis *ariditatem & ęſtum efficit.*

Cancri priores partes, *à 24. grad.* ♋ *in 1.* ♌, *iuxta pedes & pręſe-* ♋
pè ſtellas habentes partim Martiales & Mercuriales, partim ♂ *&* ☽ *terras*
concutiunt, & caliginem effundunt. Mediæ *à 1. grad. in 7.* ♌, *in quibus* ♌
ſunt aſelli de natura ♂ *&* ☉, *temperatę quidem fuerunt olim, nunc ſiccio-*
res & calidiores ſunt. Extremæ, *à 7. in 13. grad.* ♌ *ferè habentes ſtellas Sa-*
turninas & Martiales, ventoſæ fuernnt olim, nunc minus; admodum ve-
rò ſiccæ ſunt. Cæterum tam Boreales quam Auſtrales *partes noxia ſunt*
& ęſtuoſę.

Leonis partes priores, *à 13. gr. in 24. ferè* ♌, *vbi Regulus eſt, ſtel-* ♌
lis partim Saturninis & Martialibus, partim Saturninis & Venereis, partim
Martialibus & Iouialibus refertę, ſuffocantes ſunt & peſtilentes, vt olim.
Mediæ *à 24. grad. in 4.* ♍ *ſtellis Saturninis & Venereis, Item Venereis &* ♍

Mercurialibus exornatæ, temperata ſunt, parum ad humiditatem declinantes. Extremæ, *ad* 17. *grad. vſque* ♍, *in quibus & Cauda* ☋ *Saturnina & Venerea ſtella continetur, temperata ſunt, modicè calida & modicè humida, vt olim ſicca & noxia fuerint.* Porrò pars Borealis *ignea eſt & inſtabilis, ob ſtellas in Vrſa maiore vicinas Martiales.* Auſtrina *humida, ob ſtellas hydræ Saturninas & Venereas.*

♍ ♎ ♏ Virginis principium, *à* 17. *grad.* ♍ *in finem vſque, ob ſtellas Mercuriales & Martiales in aliis calidiuſculum eſt & noxium; minus tamen quam olim.* Medium *à principio* ♎ *ad* 18. *grad. continens ſtellas Mercuriales & Venereas in ala ſiniſtra & crure temperatum eſt.* Finis *vero à* 18. *grad.* ♎ *ad* 8. ♏, *in quo ſpica* ♍ *exiſtit ſtella Venerea & Martialis & aliæ ſtellæ in ſyrmate Mercuriales & Martiales aquoſus eſt plus quam olim.* Borea *pars ventoſa eſt ob ſtellas Mercuriales. Auſtrina verò temperata ob ſtellas Saturninas & Iouiales.*

♎ ♏ Libræ primæ partes, *ab* 8 *grad. in* 15 ♏ *ſtellas continentes Saturninas, participantes cum Martialibus in lance Auſtrali, & in ſerpente Ophiuchi, temperatæ ſunt, plus tamen ſiccæ quam olim.* Mediæ *à* 15 *in* 19 *grad.* ♏ *quoque temperatæ.* Extremæ *ad* 26 *grad.* ♏ *aquoſæ.* Pars Borea *ventoſa eſt ob ſtellas* ♄ *&* ☿. Auſtrina *ſicca & peſtilens.*

♏ ♐ Scorpij priores partes, *à* 26 *grad.* ♏ *ad* 6 ♐, *ſtellis refertæ Martialibus, participantibus cum Saturno vel Ioue, ut Antares in* 4 *grad.* ♐, *producunt niues & plures quidem quam olim.* Mediæ *ad* 16, *vbi ſtellæ ſunt Ophiuchi Saturninæ & Venereę temperatæ ſunt, ſed humidiores tamen quam olim.* Extremę *ad* 26 *grad. ferè* ♐, *turbulentæ ſunt ob ſtellas Mercuriales & Martiales.* Partes Boreæ *æſtuant,* Auſtrales humectant.

♐ ♑ Sagittarij prior pars, *à* 26 *grad.* ♐ *in* 6 ♑, *humida eſt & frigidior quam olim.* Media *ad* 16 ♑ *temperata ad frigus declinans, ob ſtellas* ♐ *de natura* ♃ *&* ♂. Eztrema *ad* 28 ♑ *ignea.* Pars Borea *ventoſa eſt.* Auſtralis *humida & inconſtans.*

♒ ♑ Capricorni priores partes, *à* 28 *grad.* ♑ *ad* 7 ♒, *ob ſtellas Venereas participantes cum* ♂ *æſtuant & nocent.* Medię *ad* 15 ♒, *temperatiores ſunt.* Vltimæ *vero ad* 21 *grad.* ♒ *pluvioſæ animaduertuntur. Cæterum* tam Borealis quam Auſtrina *pars humida eſt & noxia.*

♒ ♓ Aquarii principium, *à* 21 ♒ *grad. in finem eiuſdem, humidum eſt.* Medium *ad* 8 *grad.* ♓, *ob ſtellas Saturninas & Iouiales temperatum.* Extremum *ad* 15 *grad.* ♓, *ventoſum.* Borealia *verò æſtuant*: Auſtralia *ſunt niuoſa.*

♓ Piſcium priores partes, *à* 15 *grad.* ♓ *in finem vſque, olim quidem fuere temperatæ, nunc frigidiores ſunt,* Mediæ partes *à principio* ♈ *ad grad.* 15. *humidæ ſunt, & plus quam olim.* Poſteriores *ad* 28 *grad.* ♈, *olim æſtuabant, aerem incraſſando, & obtenebrando, ita & nunc, ſed paulo minus.* Pars Borea *ventoſa eſt*: Auſtralis *aquoſa.*

De natura Planetarũ. ♄

Adhuc de ſignis, reliquum eſt vt ſimiliter Planetarum naturam videamus. Saturnus igitur, quia longè frigidior eſt quam ſiccus, præſertim Orientalis exiſtens, vt oſtenſum ſupra in primo capite principiorum

præ-

Digitized by Google

præced.membri, idemque tradit 7.Aph. 47. Card. efficit nubes & aeris frigiditatem,maximè tamen in ſignis terreis. In angulo quoque medij cœli in dignitate ſua quadam conſtitutus, tempore caloris minuit calorem,tempore vero frigoris magnum affert frigus. Remotus ab angulis non multum mutare poteſt aerem.Haly part. 8.cap.26.& ex eo Pitat. in tract.de mutatione aeris. Quando vero ♄ de ſigno in ſignum tranſit, per plures dies fiunt in cœlo ignita ſigna Herm.centil.33.& inde Card. 7.Aph.40 In genere ♄ facit inundationes,terræmotus, nives, pruinas & frigora immenſa 7.Aph.67.

Iupiter ob caliditatem & ſiccitatem parens ſerenitatis ſtatuitur. ♃
Producit ergo ſerenitatem aeris, ac ventos ſerenantes à Septentrione. Calorem tamen magis auget Occidentalis, Humiditatem Orientalis: Card.cap.18.ſuppl.Alman.

Mars quia calidus eſt et ſiccus in exceſſu, caliditatem quoque et ſiccitatem efficit.Caliditatem tamen Orientalis; ſiccitatem Occidentalis auget:Cardan.ibidem. Dominus vero iudicatur imbrium, tempeſtatum cum tonitru,grandine,coruſcatione; inprimis in ſignis pluvioſis,et apud ſtellas pluvioſas,quod et Card.7.Aph.68.innuit, vbi ſtatuit æſtus, incendia, fulgura, et grandines à Marte provenire. Stadius in tabulis Berg.cap.7.ſeu folio 200. ſcribit ſe obſeruaſſe, quod ♀ et ♂ aut etiam ſolius Martis per pleiades tranſitus, aliquot diebus pluvioſam effecerit tempeſtatem. ♂

Sol cauſſa eſt caliditatis,ſed pro reſpectu, et ad ſuum ſignum, et ad alias ſtellas tam fixas quam erraticas. Robur maximum ☉ facit grandines,minimum pruinas et nives, mediocre pluvias. Iuvant autem extrema vtraque venti validi 7.Aphor.56.Card. ☉

Venus humida et frigida eſt temperatè, vel etiam calida nonnihil, prædominante tamen humore. Mater enim pluviarum eſt. Cardan.ad text.56.lib.2.quadr.Ptolom.maximè in ſignis pluvioſis: et Raſis dixit, ♀ in principio ♋ pluvias facere 7.Aph.42.Card. ♀

Mercurius verſatilis eſt naturæ et mutabilis, quia recipit naturam aut ſigni in quo eſt, aut Planetę cui ſociatur corpore vel aſpectu. Pater tamen ventorum ſtatuitur, et in aquaticis ſignis maximè ſub radijs ☉ latens pluvias repentinas cum magnis flatibus excitat. In ſignis aereis facit tonitrua et fulgura. ☿

Luna per ſe quidem,vt dictum ſupra in 1.cap.1. membr.huius partis,humectandi et parum calefaciendi vim habet. Mutat autem efficaciam,primo pro ſitu,ad Solem. Et quanquam dicat Card.7.Aphor.85. quod Luna cum digreditur à Sole et maius ſuſcipit lumen ſeu creſcens eſt, magis exſiccet, cum accedit ad Solem et decreſcens eſt, magis humectet: Accipienda tamen hæc tantummodo de aere ſunt, in quo operationes has in tempeſtatibus mouendis Luna exerit: aliàs creſcens humores in corporibus auget, decreſcens minuit et exſiccat. 2 pro aſpectu ad alios Planetas ſiccos vel humidos. 3 pro ſigno in quo verſatur. 4 pro ſtellis quib.aſſociatur. 5 pro latitudine ſua. 6 pro domo cœli. Pleni- ☽

Digitized by Google

lunia quoque æſtate frigida, hyeme temperata deprehenduntur, niſi Saturni vis refragetur; Contra novilunia in æſtate calida ſunt: Hyberno tempore frigidiſſimas noctes afferre ſolent, 7. Aph. 100. Card. Cumque oppoſitiones ſtellarum è diametro, aerem ad humiditatem efficaciſſimè commoveant, quod non faciunt coniunctiones: in coniunctionibus ſerenitatem, in oppoſitionibus luminarium & aliorum Planetarum magis pluuias expectare oportet 7. Aph. 125. Hæc de Planetis ſeorſim.

Quid vero in ſingulis ſignis ſignificent, non opus eſt annotare, cum ex collatione facilè cuivis appareat, cuiuſmodi effectus tribuendi ſint: Poterit etiam, qui volet, conſulere cap. 12. lib. 2. de reſtitutione tempor. Cardani: quoſdam tamen generales Aphoriſmos ſubijciemus, qui non parum iudicium futurarum tempeſtatum acuent.

Aphoriſmi generales concernentes tempeſtates ex Planetarum in ſignis conſtitutione & concurſu.

1 Magnæ mutationes aeris non fiunt, niſi adſit vnus ſuperiorum, ♄ vel ♃ vel ♂ coniunctione vel radio. Et ratio eſt, quia vt tardus eſt ipſorum motus, ita quas ipſi operationes edunt, efficaciores ſunt, maioremque & diuturniorem aeri mutationem imprimunt. Sed ſi Sol cum inferioribus, vel ipſi inferiores inter ſe conveniant, ſine fixis magnis, aut parum aut non diu qualitatem aeris mutant, niſi in congreſſibus vtriuſque luminaris iſta contingant.

2 Calamitates non fiunt, niſi prædominantibus infortunis: vnde in ♓ vel ♋ inundationes multum periculoſæ fieri nequeunt, quod Luna domina ſit ♋, & ♃ piſcium, 7. Aph. 66. Card.

3 Quando abſides infortunarum (h. e. apogeia vel perigeia Epicyclorum ♄ & ♂) in ſignis aqueis ſunt, maximè in ♋ & [illegible], fiunt inundationes. Cnm in igneis ſterilitates & conflagrationes. Cum in terreis terræmotus maximi, præſertim in locis maritimis. Cum in aereis lues. Oportet autem & ſtellas fixas, apud quas ſunt malefici, apogeij locis conſimiles eſſe, 7. Aph. 124.

4 Cum validæ conſtitutiones ac contrariorum Planetarum ſeſe offerunt, venti contrarij excitantur: Indè imbrium congregatio, nix & grando proueniunt, 7. Aphor. 117.

5 Omnes magnæ conſtitutiones in hyeme ad nives procliues ſunt, & in vere ad ventos. In æſtate vero ad grandines. 7. Aph. 115.

6 Nix maximè fit ab humido ſubtili: & ideo à calidis Planetis ac ſignis iuvatur & multiplicatur, 7. Aphor. 74.

7 Planetæ veloci motu ſuo ſiccitates inducunt, ſtantes ventos; retropedantes aquas 7. Aphor. 127.

8 Infirmus Planeta, qui nempè occidentalis, retrogradus, tardus, vel combuſtus eſt, ſignificat pluvias, præter Martem, qui combuſtus ſiccitatem auget. Robuſtus verò orientalis, directus, velox motu vel li br radijs ſiccitatem denotat.

9 Planetæ non immutantur à ſtellis fixis iuxta temporum rationem, ſed roborantur, id eſt, duplicatur eorum virtus: Sole tamen & Luna exceptis, 7. Aphor. 64. Nam luminaria quando ad alias fixas deferuntur, pro eorum natura variant effectus.

10 Cum

10 Cum fuerint calidi & humidi Planetæ cum ſtellis calidis & humidis, vel ſignis ſimilibus, calidis nempè & humidis, turbulentum, æſtuoſum, ac inſalubrem aerem efficiunt 7. Aph. 119. Nebuloſæ vero ſtellæ tempus quoque efficiunt nebuloſum.

11 Serenitas à Sole ac tribus ſuperioribus ♄ ♃ & ♂. Imbres ab inferioribus oriuntur: Ideoque & ſerenitas cum magnis caloribus & frigoribus eſt. Imbres vero omnes tepidi ſunt, 7. Aph. 126.

12 Ex ſuperioribus nullus præter Martem pluvias: Ex inferioribus nullus præter Mercurium ſerenitates facere poteſt, 7. Aph. 118.

13 Apertiones portarum & valvarum ſeu cataractarum, quib. novam, peculiarē & evidentē aeris ad tempeſtates ventos, pluvias, grandines & imbres mutationem intelligimus, fiunt, quando vel primo Planetæ, quorum domus ſunt oppoſitæ, & contrariæ q. naturæ, aut corpore, aut aſpectu □ vel ☍ ſociantur: vel 2 quando Luna ab vno illorumve aſpectu fertur ad alterum, vel alterius aſpectum, cuius eſt contraria natura. Aperire enim tum portam vel valvam vnus alteri ad actionem ſuæ naturæ convenientem dicitur. Ac prior quidem proprie portarum apertio dici ſolet, Schonero innuente Canone 22 primæ partis: quo pertinent hi tres gradus talium Syzygiarum ☌ ☍ & □. Primo ♄ ad luminaria. Aquarius enim domus ♄ opponitur ♌ domui ☉: Et poſtea ♑ altera domus ♄, opponitur ♋ domum ☽. Secundo Iovis ad ☿, quia ♓ & ♂ opponuntur. Tertio ♂ ad Venerē, quia [illegible] & ♉ quoque opponuntur, 7. Aph. 24. Atque hæ conſtellationes magnas mutationes efficere ſolēt. Qualis vero ♄ & luminarium eſt effectus in aere turbido, ad frigus, grandines & nives tempore hyberno; In æſtate ad calorem aridum, anxium & vires exhaurientē; talis Iouis & ☿ eſt effectus in ventis, aeris conturbationib. & auctione caloris. Martis & ♀ in nubib. fulgure & imbribus.

De apertione portarum.
1 quid ſit.
2 Quotuplex.

Fit enim mutatio potiſſimum ſecundum naturam ſuperioris, Cardan. 7. Aphor. 65. & cap. 26. ſuppl. Alman. Poſterior verò valvarum & cataractarum apertio propriè appellatur. Eſt enim hoc iter, quo Luna ab vno Planetarum ad alterum, qui oppoſito ſigno præeſt, immediatè procedit, atque ita à ☌ ☍ vel □

♃ } fertur ad { Mercurium
♂ } fertur ad { Venerem
☉ } fertur ad { Saturnum

maximè efficax, præſertim ſi & ipſi Planetæ ſeſe mutuo adſpiciant: Namque Lunæ à Iove ad Mercurium, vel à Mercurio ad Iovem immediata digreſſio, curſum & flatum ventorum maximè Septentrionalium excitat. A Marte vero ad Venerem; vel à Venere ad Martem, aeris humiditatem, pluvias, fulmina, & tonitrua in æſtate, in hyeme vero nives & ventos meridionales ac occidentales. A Sole denique ad ♄, vel à ♄ ad Solem, tenebras aeris, nubium groſſiciem, & indè pluuias, præſertim vtroque vel altero in aquatico ſigno exiſtente: In hyeme frigora et niues affert: Schoner. in citato antea loco.

Planetæ Domini lunationum cuiuſmodi tem-

Cæterum vt ſciatur quid Domini thematis in quavis Lunatione ſignificent, quidque principales ſyzygiæ, ☌ ☍ & □ Planetarum radius operentur, pri-

peſtates portendat. *primum quidem de dominijs Planetarum ſeorſim, poſteà & de Planetarum conſociatione ex Steffleri in Ephemerides de aeris mutatione notatis, agemus.*

♄ Quando ergo Saturnus Dominus eſt thematis alicuius lunationis, tum ſignificat qualitatem aeris, pro ratione quartæ anni Saturninam; nubes denſas & ſpiſſas, caliginoſas, aeris turbationes, magnas nebulas, frigora, grandines, item gelu & nives, cum felicibus vero aſpectibus ♃, etiam ſerenitatem in hyeme pollicetur, quod ventus eius Orientalis ſit ſerenus.

♃ Quando ♃ dominus eſt, tum de natura Iovis maxima ex parte ſerenum & tepidum aerem, animantibus ſalubrem denotat.

♂ ♂ Dominus thematis, generaliter ſignificat ſiccum aerem, & ardentiores æſtus, præcipuè in ♊: Et reliqua ſecundum ſuam naturam.

☉ Sol auram calore mediocrem & ſicciorem aliquantulum affert.

♀ ☽ Venus & Luna humiditatem promovent. Veneris tamen dominium gratius & ſerenius eſt quam Lunæ.

☿ ☿ Inſtabilitatem aeris ſignificat, & tempus ventoſum.

De Planetis conſociatis. *Neceſſe vero eſt, vt aliæ quoque ſignificationes ſimul conſiderentur, inprimis anni quartæ. Multum enim in ſingulis his ſignificatis mutatur cum ratione quartæ anni, tum ratione concurrentium aſpectuum, de quibus nunc agendum.*

De Saturno cum Ioue. ♄ Cum Iove præſertim coniuncti, quæ coniunctio vocatur magna, ſecundum qualitatem ſignorum zodiaci, & fixarum, iuxta quas fit coniunctio, propter tarditatem motus, quo difficile ſeiunguntur, multis diebus afficiunt aerem, vel ſerenitate, vel pluviis, vel ventorum commotione, quod idem & Card. 7. Aph. 20. monet, vbi dicit: *♄ & ♃ quando ad radiorum vel corporum coniunctionem veniunt, con ſiſtenti ıs temporum faciunt, id eſt, huiuſmodi tempeſtates movent, quæ aliquandiu abſque immutatione perdurant.* Inprimis vero hæc ita operantur, ſi luminarium ſimilis aſpectus accedat. Hinc in ſignis igneis magnam ſiccitatem pariunt. In humidis, continuas inundationes & particularia diluvia. ♄ etiam Iovi per aſpectum iunctus in ſignis humidis, grandium mutationum aeris cauſſa eſt. Pluvias enim cum ventis & grandinibus, per plures dies ante & poſt operatur.

Saturnus cũ Marte. ♄ cum Marte in humidis coniunctus, copioſas pluvias cum grandine, & cum tonitribus nonnunquam facit, tribus ferè diebus ante & poſt, præſertim in æſtate, 7 Aph. 21. In hyeme & Vere nives. Idem operantur radij horum Planetarum. Saturnus cum Sole. ♄ cum Sole aliquot dies præcipuè in aquaticis ſignis frigidum & pluvioſum aerem, perſæpe & grandines facit. Eſtque apertio portarum valida & argumentum Aſtrologicæ veritatis, 7. Aph. 43. In ♓ & ♑ multum frigefacit, 7. Aph. 41. Saturnus cũ Venere. ♄ cum ♀ iuxta qualitatem ſignorum operatur, vt in humidis cum teſtimonio ☽ producit frigus & pluvias. Saturnus cum Mercurio. ♄ cum ☿ etiam ſecundum qualitatem ſignorum in humidis pluvias, in ſiccis ſiccitatem facit. Saturnus cum Luna. ♄ cum ☽ in aereis auget frigus paucis diebus perſæpe & grandines facit.

♃ quo-

♃ quoque cum Planetis pro ſigni ratione aerem commovet. Cum ♂ enim in ſignis humidis, pluvias ſalubres, ventos & coruſcationes efficit: Ac quando pluviæ ſignificantur, addit tonitrua, & fulmina. In igneis ſignis, Marti apud ſydera tempeſtuoſa iunctus, etiam hyeme media grandines facit, alias vero nives, 7. Aph. 28. ♃ cum Sole præcipuè in aereis ſignis ſerenat aerem Herm. centil. 34. et inde Card. 7. Aph. 41. Parit et flatus ventorum ſalutarium et ſerenorum. In humidis etiam fœcundas pluvias. ♃ cum ♀ agunt quidem iuxta naturam fortioris in themate. In genere vero ſerenitatem afferunt. In aqueis vero locis, mites et lenes pluvias. Et hoc certius ſi Lunæ teſtimonium radio vel ☌ acceſſerit. ♃ cum ☿ ventos et calorem auget, aerem conturbat, et pluvias non generales facit: Card. ſuppl. Alm. cap. 26. Eſt enim apertio magna portarum. Stefflerus et ex eodem Pitatus. De Ioue cum Marte Iupiter cũ Sole. Iupiter cũ Venere. Iupiter cũ Mercurio.

Mars cum Sole in ſignis bicorporeis præſertim, æſtum et tenebroſum aerem, et inſuper morbos facit, præcipuè in vere: Herm. centil. 34. et ex eo Card. 7 Aph. 41. Alias ſecundum ſignorum qualitatem agit, ſed cum vehementia. In aqueis quidem imbres facit, fulgura et tonitrua. In igneis ſiccitatem: Et regulariter combuſtus minuit pluvias: cum Sole grandines generat, cum ♀ apertionis portarum cauſſa eſt, et profuſas præcipuè in ſignis humidis pluvias movet, quod et Cardan. cap. 26. ſuppl. Alm. monet his verbis: Mars cum ♀ pluvias, tonitrua et coruſcationes fortes facit. Cum ☿ ſecundum ſignorum naturam facit. In calidis caliditatem: In ſiccis ſiccitatem: In aquaticis imbres: Propriè tamen ventos cum impetu ruentes producit, quandoquidem vterque impetuoſus et vehemens eſt. In autumno grandines facit, 7. Aph. 21. in hyeme et vere nives. Mars cum Sole. Mars cum Venere. Mars cum Mercurius

Sol cum Venere propriè humidum tempus ſignificat. Eſt enim iuxta Haly part. 1. c. 4. Status ♀ cum ſtatu ☉ ſimilis ſtatui mulieris verſus virum, Nam cum viro iungitur, eijcit humiditatem ſuam, & eſt ſignificatrix pluviarum, nubium & imbrium. Hinc quando ♀ regreditur Sole occupante ♑, ♒ & ♓, hyems humida eſt & pluvioſa: Et cum regreditur Sole exiſtente in ♈ vel ♉, contingunt pluviæ & humiditates in vere illius anni, propter acceſſum eius contra Solem. Idem ſtatuit Leup. tract. 6. cap. 2. Reliqua vero Sol ſecundum ſigni, in quo exiſtit, qualitatem operatur. Atque ita ☿ iunctus vel aſpectu copulatus, in genere quoque ſecundum ſignorum naturam agit: Propriè tamen in aereis ventos parit. In humidis pluvias. Sol cum Venere. Sol cum Mercurio.

Venus cum ☿ etſi iuxta ſignorum naturam agit, vt reliqui Planetæ: propriè tamen imbres facit. Mercurius quoque quia vnus eſt trium Planetarum ſignificantium pluvias, mutatione ſua de ſigno in ſignum, & ſtatu, regreſſione ac directione; Item coniunctione, oppoſitione & □ radio ad Lunam iudicium præbet, inprimis de motibus ventorum, poſtea & de tempeſtatibus, quę ventos comitantur. Nam quando ex vno ſigno in aliud tranſit, vel quando eſt Stationarius, aut R. ſignificat ventos tempeſtuoſos, pluvias, & nubium turbationem. Similiter quando eſt Venus cum Mercurio. Mercurii operationes.

Digitized by Google

in oppoſitione ☽, exiſtente Luna in aliquo ſignorum aqueorum vel aereorum idem ſignificat. Haly part. 1. cap. de iudic. aſtr.

De lunæ applicationibus ad Planetas.

Cæterum cum applicationum Lunæ ad Planetas eorumque aſpectus præcipua & quotidiana ſignificatio ſit; (Omnium enim Planetarum vires Luna ad inferiora defert) diligenter nunc attendendum erit, quomodo eius vires ſeſe exerant; Ac primum quidem conſideretur ſignum quod Luna poſſidet: Secundo ſtellæ fixæ, quibus iungitur, vel aſpectus ad eam. 3 latitudo. Tandem vero ſicuti in præcedenti cap. ex coniunctionibus & ☍ luminarium, quæ includunt ingreſſus ☼ in cardinalia ſigna, iudicari diximus generaliter totam anni quartam, & ſingulas quæ eaſdem ſequuntur lunationes: Ita ex coniunctionibus ☍ & □ de ſingulis hebdomadibus feratur iudicium: ad quod ſane non parum momenti habebunt hæc ſequentia axiomata.

Saturnus cum Luna.

Saturnus dominator loci ☽ duplicatas habet vires, cum Luna ad ipſum denuo applicat. 7. Aph. 62. Sic augetur frigus à ☽ cum plena eſt, & Saturno vel corpore vel per aſpectum copulatur, 7. Aph. 45. Cum vero Luna vacua curſu Saturno iungitur, aut ipſum aſpicit, ſiccitas augetur, 7 Aph. 64. Luna cum Saturno temporibus ſiccis pruinam & vredinem generat, 7. Aph. 23. Humidis vero diem nebuloſum & frigidum affert. Simul tamen ſemper conſiderandum eſt, an futura ſit aliqua apertio portarum, quæ quidem tum fit, cum Luna diſcedens à Saturno Soli immediatè applicat vel per coniunctionem, vel per quemvis alium radium. Ea enim concurrente magna & notabilis aeris mutatio animadvertitur, præcipuè ſi & ſuperiorum Planetarum inter ſe radij teſtimonia ſua adiungant, Stefflerus in Ephemerid. de aeris mutationibus.

Iupiter cū Luna.

Iupiter ☽ iunctus vel □ aut ☍ radio copulatus, vt plurimum quidem iuxta ſignorum qualitatem operatur. Per ſe tamen ſerenitatem, & ventos Septentrionales parit. In ♈ aut [illegible] toto cœlo ſpargit albas nubes. Quod ſi Martis teſtimonium acceſſerit, facit coruſcationes aut tonitrua. Si a Iove Luna ad Mercurium fertur, fit apertio portarum ad ventos, Steffler. ibidem.

Mars cum luna.

Mars cum Luna iuxta qualitatem ſignorum & ſtellarum quibus poſt applicat, operatur. Per ſe tamen in ſignis præſertim igneis facit nubes rubeas, ventorum tumultus, item coruſcationes, tonitrua & fulgura, temporibus ad hæc aptis. In ſignis terreis in hyeme, nebuloſum aerem, frigidum & pluvioſum efficit. In aqueis, tepiditatem aeri inducit, & frigus ventis occidentalibus calidioribus reſolvit. Si Luna à Marte ad Venerem iverit, fit apertio portarum de natura ♀, præcipuè ſi pluvioſi Planetę atteſtentur: Stefflerus.

Luna cum Sole.

Configuratio Lunæ cum Sole non ſignificat vnum. Nunc enim ſerenitates, nunc pluvias, nunc ventos, nunc tranquillum aeris ſtatum pro ſignorum conditione notat. A Sole tamen ad Saturnum immediate procedens Luna, facit apertionem portarum. Sic quando aſcendens fuerit, atque ex abſidis oppoſito ad abſidem iverit, nodiſque vicina fuerit cum nimboſo ſidere, vel in aſpectu ♄ imbres diuturnos commovet,

7 aph.

7 Aph. 114. Quartæ quoque dies à coniunctione luminarium oſtēdit plerumque quid totu menſe ractura ſit Luna: Quia tum ſe primum terræ oſtendit à coniunctione: quod & Virgil. monet in Georg. lib. 1 ubi dicit: Sin ortu in quarto namque is certiſſimus autor, &c. & Plin. libr. 2 cap. 46.

Luna cum Venere in ſignis humidis, lenes & mites pluvias cum frigore agit. At ſi à Venere ad Martis ♂ vel radium feratur, affert portarum apertionem ad imbres, fulmina & tonitrua. Luna cum Venere.

Mercurii ut ſæpe diximus, operatio eſt ſecundum qualitatem ſignorum. Hinc quando Lunæ ſociatur in ſignis humidis, imbres facit. A Iove vero ad Mercurium ☽ procedens, ventorum portam aperit, maxime ſi atteſtentur ♄ & ♂ □ vel ☍ radio, Stefler. de mutat. aeris in Ephemer. ſuis. Luna cum Mercurio.

Conducit etiam ad certiora tempeſtatum prognoſtica, non tantum ortus & occaſus ſtellarum fixarum, quibus cum Sol & Planetæ reliqui in lunationibus & extra eaſdem, iunguntur, & unà oriuntur & occidunt diligens conſideratio, quam c. 6 prolixius perſequemur, ut ex illis ſingulorum dierum tempeſtates exquiſitius venemur; verum etiam Planetarum per ſtellas fixas, longiore intervallo verſus Septentrionem vel Auſtrum remotas, & in eadem longitudine zodiaci conſtitutas, tranſitus notatio, quos quidem tranſitus, quiſq; ex natura ſtellarum, quam ſupra aliquoties ſtellis adſcripſimus, Item ex operationibus ortus & occaſus, determinare poteſt, ut hoc in loco eoſdem excutere non ſit neceſſe. Iudic. tempeſtat. non ſunt negligendi ortus & occaſus ſtellarum. Item trāſitus Planetarum per tempeſtuoſas fixas.

Coronidis vero loco obſeruadum, tempus mutat nonis tempeſtatum indicari quidem in genere. 1 Ex ☽ applicatione ad corpora vel radios ſignificatorum, quæ qua die & hora fiat, in Ephemeride annotatum habetur. 2 Ex perambulatione Planetarum per fixas tempeſtuoſas, & natura ſigni in quo verſantur. 3 Ex ortu & occaſu fixarum. Temp. quibus tempeſtates mutantur quo modo determinanda.

Sunt tamen qui hoc modo in ſpecie determinandum eſſe iudicent; Dirigunt aſcendens thematis lunationis, ad Dominum ipſius thematis, aut ad Planetas in angullis accipiendo pro 13 gradib. & 11 l. qui ſunt motus medius ☽ diurnus, diem integrum. Actū ſit aeris mutatio pro natura Planetæ ad quem venit directio.

Notandum quoq; 1 quando Luna vel alius quiſpiam Planeta vel corpore vel oppoſito radio tranſit gradum aſcendetis, fieri mutationem aeris. 2 Cum mutatio temporis ab ingreſſu ☽ in ſignum aliquod inceperit, nec radij occurant impedientes, perdurare illam temporis conſtitutionem 52 horis ferè; 7 Aph. 36. Tantum enim eſt tampus, quo ☽ commoratur in uno ſigno.

In noſtro exemplo plenilunii, quia Dominus eſt ♃, temperate calidus & ſerenans Planeta, ſignificanda quidem eſſet ſerenitas cum calore intenſiore, præſertim eum hereat ♃ in ♈ ſigno igneo, & agatur anni quarta æſtiva, calida & ſicca. At quia verſatur cum ſtellis ♓, ad mediam partem pertinentibus humidis, & verſus meridiem quo latitudinem habet ♃ aquoſis: Et Luna inſuper in ♓ ſigno aquatico, cum ſtellis in extremitate ultima ventoſis, Exemplū noſtrum.

& verſus Auſtrum, in quam partem inclinat latitudo ☽ nivoſis conſtituitur: Conformandum eſt iudicium ad conſtitutionem aeris temperatam quidem in calore, imò frigidiorem nonnihil, cum & ☽ in ♓, & ♄ quadrato radio ad Iovem, ✱ ad ☽ & △ ad Solem, calori & Iovis, & quem innuit quarta æſtiva reſiſtat: ſed ad humiditatem & ventos, ob ☿ ad ☍ ♃ inclinantem. Miſcebuntur ergo diebus poſt plenilunium frigidioribus, aquoſis & ventoſis, pauci ſereni temperati. Venti vero etſi nullam certam ſtationem habebunt, & levi de cauſſa nunc in ortum nunc in occaſum mutabuntur, deprehendentur tamen ex parte Septentrionales, ob Iovem in ♈, & ☿ in ♎, regulumq; orientem, qui Aquilonares ventos producit, declinantes ad ortum propter ♄, ad occaſum propter Lunam in ♓. Ex parte quoque Auſtrales, ob latitudinem & Iovis & ☽ meridionalem. Cuiuſmodi vero ſingulis diebus à plenilunio ad ultimam quartam expectandæ ſint tempeſtates, ſub finem capitis 6 dicetur.

Caput V.

DE VENTIS.

Ventorum magna vis in mutandis tempeſtatibus.

C*Vm magna ſit vis ventorum in mutandis quotidianis tempeſtatibus, eorundemque flatum in regionibus appropriatis ſcire, maxime conveniat illi, qui prognoſtica recte intelligere vel ſcribere vult, ut Cardan. 7 Aph. 77 rectè monet, breviter hic eorum doctrinam proponemus. Ac 1 de nominibus & diſtinctione, 2 de natura; & 3 de cauſſis Aſtrologicis eventuum agemus.*

Ventus quid.

Ad definitionem quod attinet, Ariſtot. cap. 4 lib. 2 Meteor. aliique Philoſophi, ventum conſtituunt exhalationem calidam & ſiccam; vi cœli ad mediam uſque aeris regionem eductam, indeque rurſum frigore depulſam, & ob occurſum aliarum inferne aſcendentium lateraliter apud nos motam, & agitatam, ut ne aer corrumpatur.

Venti olim conſtit. ſũt 12 nunc 32

Sunt autem venti iuxta Ariſt. quidem cap. 6 lib. 2 Meteor. 12 tantummodo; ſed iuxta recentiores ſcriptores & nautas 32.

Quat. Car. Subſolan.

Quatuor Cardinales, quia 4 mundi cardinibus ſpirant. Primus Solanus vel ſubſolanus, Græcis ἀπηλιώτης Nautis Levans & *Oſt* dictus, *ab ortu æquinoctiali Gellius lib. 2 cap. 22 noct. Attic hunc ventum Eurum quoq; vocat: Sed nos cum Vitruvio cap. 6 lib 1 Archit. Cardano, & aliis, eundem ad Auſtrum nonnihil ab ortu æquinoctiali diſponimus, & lateralem ſtatuimus, ut poſtea dicetur.*

Favonius.

2 Favonius G*ræcis* ζέφυρος *q.* ζωήφορος, ὅταν τῷ θέρει πνέοντος αὐτοῦ οἱ καρποὶ αὔξανται. Nautis Ponens *Veſt l ab occaſu æquinoctiali.*

Auſter.

3 Auſter, G*ræcis* νότος *à* νοτὶς, *quod humorem ſignificat, quoniam nebuloſus atque humectans eſt, Nautis* Sud *vocatur, à meridie.*

Septentr.

Et 4 Septentrio *Græcis* ἀπαρκτίας, *q. ab urſa ſtans, Nautis Transmontanus* Nord *l à Septentrione ſeu mediæ noctis angulo.*

Mediani 4

Mediani, *qui media exacte inter ortum, meridiem occaſum & Septentrionem tenent loca,* ſunt totidem; *quas & cap. 17 lib. quadr. Ptolem recenſet;*

cenſet; Et hoc impoſitis nominibus, præpoſito Boreo, vel Notio, altero adiuncto, efferuntur, Veluti Borrhapeliotes, *medius inter Borealem & Orientalem plagam, Nordoſt.* Notapeliotes *medius inter Orientalem & Meridionalem plagam, Sudoſt.* Notolibycus *medius inter meridiem & occaſum,* Suduveſt. *Et* Borrholibycus *medius inter occaſum, & Borealem plagam,* Norduveſt. *Atque hi* 8 *numerati venti principales aliâs vocantur, qui & maxima ex parte veteribus, utut nominibus non prorſus iiſdem, noti fuere.* Reliqui, *quorum adhuc numerantur* 24, minus principales appellantur,& dividuntur in Laterales & Collaterales.

Borrhapel. Notapel. Notolibyo Borrholib.

Laterales ſunt octo: 1 *βορίας ventus ſonorus & violentus* ἀπὸ τοῦ χειρῶν *Septentrioni ad ortum vicinus, qui &* Aquilo *dicitur, exalto & vehementi flatu,* Nordnordoſt. Lateral. & Boreas.


2 καικίας Cæcias, qui & Helleſpontius dicitur, *Subſolano ad Septentrionem, vel verſus ortum æſtivum adſlans,* Oſtnordoſt. Cæcias.

3 Eurus.

Tabula Ventorum omnium, quorum in quadrato nautico numerantur 32.

Septentrio ♃

Ortus ♄



Occaſus ♂

Meridies ♀

Eurus — 3 Eurus ſeu Vulturnus, *Plin.cap.47 lib.2, & Senec. c. 16 lib.5 nat. quæſt.Subſolano ad Auſtrum verſus ortum hybernum vicinus*, Oſtſudoſt.

Phænix — 4 Φοίνιξ vel Phænicias qui & Euronotus vel Euroauſter *dicitur, utpote ab Euro ad Auſtrum declinans*, Sudſudoſt.

Libonotus — 5 Libonotus ſeu Auſtroafricus, *qui ab Auſtro verſus Africum vergit*, Sudſuduveſt.

Affricus — 6 Affricus, *qui ab Affrica & Libya regionibus, unde procedit, prope occaſum Brumalem nomen habet*, λίψ *alias dictus* Vveſtſuduveſt.

7 Co-

Cotus

7 Cotus vel Caurus, *qui &* Iapix *item* ἀργέστης *à fulmine dicitur, Favonio verſus Septentrionem vicinus*, Vveſtnorduveſt.

Circius.

8 Circius *omnia circumvertens, qui &* θρασκίας *à* θράσσω *converto Hiſpanis Gallicus appellatur, quod ex Galliciæ novæ partibus flare deprehendatur, Septentrioni verſus occaſum propinquus*, Nordnorduveſt.

Collat. 16

Collaterales tandem conſtituuntur 16, qui Meſo & Vpo nominibus, adiectis ipſis lateralibus per compoſitionem inſigniuntur. *Eſt enim* μέσος *q. intermedius inter principalem & lateralem: Vpo vero dicitur q.* ὑπὸ, *quod laterali ſubiectus ſit. Hinc ſunt hæc nomina Meſaquilo, Vpaquilo, Meſocæcias, Vpocæcias, Meſeurus, Vpeurus, Meſophœnix, Vpophœnix, &c. quorum ſane ventorum ſitum & nomina ex Cardani com. ſuper cap. 12 lib. 2 quad. Ptolem. & ex quadrato nautico Gemmæ Friſi deſumta, in hac tabula proponere voluimus. Vide pag. antec.*

Venti ſpecial. Turbo Procella. Præſter.

Sunt quidem & alii venti ſpeciales ex contrariis mixti, qui oriuntur, quando diverſi ſignificatores radios coniungunt, vt τυφων, id eſt, turbo ſeu vortex, ventus circularis in orbem ſecum rapta vertens, & ſurſum deferens, ἐκνεφίας ſive procella; flatus repentinus, magno cum fragore, ſubito orrens, & multa proſternens, ac ſubito deſinens: πρηστὴρ à πίμπρημι, incendo, turbo incenſus, qui aerem incendit, & ignea vi colorat. Sed de his libelli Meteorologici Phyſicorum præcipiunt, Nos antea deſcriptorum naturam & cauſſas Aſtrologicas breviter conſiderabimus.

De natura ventorum.

Ad naturam quod attinet, certum quidem eſt, quod & notat Meſſahalah in lib. de ſcientia orbis, in ſermone de ventis, diverſificari ſeu mutari exhalationem calidam & ſiccam ventorum pro diverſitate regionum & locorum per quæ fertur; ita ut cum per mare procedit, efficiatur frigida & humida; cum per terram frigidam, fiat quoq; frigida; per calidam, calida & ſicca; Atq; in nonnullis regionibus irrorari loca per ventum orientalem, exſiccari per occidentalem; in aliis irrorari per hunc, exſiccari per illum. Ac tradit Card. in com. ſuper text. 72 lib. 2. quad. Ptol. regulam hanc generalem: Venti omnes validi refrigerant & exſiccant & ſerenitatem pariunt. Imbecilles calefaciunt & humectant, pluvias quoq; gignunt. *Hinc Septentrio nobis propinquiſſimus, & natura & ſitu refrigerat, exſiccat, & ſerenitatem maximam parit. Auſter vero natura calidus, humidus & pluvioſus exiſtit: quando & ſitu & natura à nobis multum diſtat. At cum in ſpecie de ſingulis dicendum eſt.*

Septentrio Auſter.

Venti meridionales

Meridionales venti cum vicinis, ex vtraque parte ad Notapeliotem & Notolybicum vſque, natura ſunt calidi, humidi & pluvioſi, primæ ætati ἀνάλογοι.

Flant enim ex calidis locis, qui radiis Solaribus ſubiecti magis calefaciunt, & nubes, vnde ſequuntur pluviæ congregant. Sunt & præterea tenebroſi, tonitruoſi, graves & morboſi: Ac ſi diu ſpirauerit Auſter lenis tandem ſerenus fit, ſed tempus æſtuans affert: nonnunquam etiam ſubito exoriens, ſi violentior & rapidior extiterit, frigidos imbres fundit.

Oriēt. vēti.

Orientales venti Subſolanus & proximi Vpeurus & Mæſocæcias, ſereni

ſereni ſunt & ſicci, ætati Iuvenili ἀνάλογοι, æſtate tamen calidi, hyeme gelidiſſimi. *Feruntur enim ad nos ex regione, in qua materia eorundem ob Oceani & maris longiorem diſtantiam, Soliſque in eadem moram, ſubtilior puriorque redditur à Sole, atque ita calefit & exſiccatur. Oriuntur & augentur hi venti Sole oriente, ſilent fere nocte. Quod ſi pluviam inchoent, quod tamen raro fieri, ſolet, continuant eam per integrum diem.* Eurus & Cæcias *nubes cogunt & fere in pluvias exeunt, ſic & horum collaterales ex altera parte* Vpocæcias & Meſeurus: *Qui tamen Septentrionem magis reſpicit* Vpocæcias *frigidior eſt, & in hyeme nives ſpargit.* Meſeurus *ad tepiditatem inclinat, & nonnunquam pluviarum cauſſa eſt.* Notapeliotes *humidior eſt Euro cum ſuis vicinis, ſæpe etiã in Auſtrum deſinit; ac licet non pluat copioſe, nubilum tamen & obſcurum retinet cœlum.* Borrhapeliotes *frigidus eſt & ſiccus; nubes tamen & raras nives facit. Ad* Eteſias ſeu anniverſarios *ventos quod attinet, qui plurimum tempore Canicularium dierum ex ortu ſpirant, notandum de illis eſt: nobis Eteſias plerumque ſpirare ab Euro, & ſerena nocte ad Circium converti, ideoq; etiam noctes frigidiores exiſtunt. Card. 7 Aph. 107 inquit. Eteſiæ in Ponto ab Aquilone, in Africa & Hiſpania ab oriente, aliis à meridie perflant. Mane quidem à tertia diei hora incipientes veſperi deſinunt, quod & Plin. lib. 2 cap. 47 annotat. Spirare etiam ſolent a Brumæ ſed lenes & paucis diebus. Seneca tamen Eteſias in hyemem non reponit c. 10 libr. 5 nat. quæſt. propterea quod breviſſimis diebus Sol deſinat prius, quam frigus evincatur. Stadius cap. 7 Prognoſt. univerſ. in tabulis Bergenſ. de Eteſis in hunc modum loquitur: Eteſiæ vix ullam ſtationem ſervant: Sed potiſſimum eas ab Euro, Aquilonè & Borea flare obſervavimus, Item a Libonoto ſive occaſu brumali. Sequuntur vero ortum ☼ 50 temporibus æquatoris (i.e. 3 Horis & 20 l) & Sole occidente flabra ſua, tanquam officio ſuo perfuncti remittunt.*

Eteſiæ

Septentrionales venti

Septentrionales Venti cum ſuis lateralibus & collateralibus ad Borrhapeliotem & Borrholybicum frigidi ſunt & ſicci, ætati ingraveſcenti correſpondentes & ſereni. *Et rationem antea ex Cardano adduximus, quod nobis ſint propinquiſſimi & robuſtiſſimi, vel etiam quod veniant ex locis aquoſis & congelatis.* Septentrio *tamen præ cæteris geloſior, ſerenior & ſalubrior eſt, quod ad ſerenitatem noſtrorum corporum attinet.* Aquilo *eiuſq; collaterales,* Meſaquilo & Vpaquilo, *ſi ſpiraverint, ut ſæpe fit, in Aprili & Maio, flores arborum & germina vitium pruina ſua adurunt: raro ningunt.* Circius & Borrholybicus *nives glomerant in hyeme, in æſtate grandines.* De Circio *quoq; Seneca ſcribit cap. 17 libr. 5 nat. quæſt. eum eſſe ventum peculiarem Galliæ, cui ædificia quaſſanti, incolæ tamen gratias agunt, tanquam ſalubritatem cœli ſui ei ſoli debeant. Addit quoq; Divum Auguſtum illi, cum in Gallia moraretur, templum feciſſe & voviſſe.*

Circ. vent. Galliæ peculiaris.

Occident. venti.

Occidentales venti regulariter quidem frigidi & humidi, ætati decrepitæ ἀνάλογοι conſtituuntur: *At experimur, quod qui directe ab occaſu flant, ut* Favonius ſive Zephyrus, *eiuſq; collaterales,* Meſocorus & Vpaffricus *tepidi ſint & humidiuſculi, cum tepidis pluviis ſæpe etiam ſereni; unde*

hyemem

hyemem reſolvunt;quo alludere videmus Horat.Oda 4 lib.1 Carm.

Solvitur acris hyems grata vice veris & Favoni
Trahuntque ſiccas machinæ carinas.

Affricus vero Meſaffricus & Notolybicus *verſus meridiem inclinantes, humidi ſunt & tempeſtuoſi,obſcurant cęlum nubium diſcurſu, & cum ſonitu ſæpe ruunt. Stad.cap.7 tabul. Bergenſ. refert, ab Affrico ſpirare circa Nonas Martii* Chelidonium, *dictum quod eo flante reviviſcant & revertantur hirundines,ventus alias grandinoſus & nivoſus,Coro tamen mitior: Eſt poſtquam per 12 dies fere duravit, tandem magna cum pluvia aut grandinoſa procella deſinit in Favonium. Dicitur & terræ adeo incumbere hic ventus,ut canes venàtici feras non odorent. Aliis ut Plin.cap.47 lib.2 a Favonio ſpirare dicitur* Chelidonius, *qui &* ὀρνιθίας *q.aviarius dicitur, quanquam Ariſtoteles in lib.de mundo cap.4 ex Aquilonio genere* ὀρνιθίαν *indicet, quod & Ptolem.in ſignificationibus errant: ſtell. ad X Calend. Martij innuit.* Corus *tandem ventus ab occaſu verſus Septentrionem nonnihil declinans, apud nos vehementiſſimus & grandinoſus eſt cum ululatu tumultuans. Atque hic, cum Luna ad Saturnum Februario & Martio menſibus venit, grandinat. Maio menſe cauſſa eſt calamitatum: Circa finem Octobris & in initio Novemb ſimiliter grandinat. Violentiſſimus eſt quando a porta, id eſt, congreſſu & Syzygia ♃ & ♀ excitatur,inprimis ſi & Arcturi ortus veſpertinus coincidat Sole in fine ♓ exiſtente.*

Chelidon. ventus.

Corus ſeu Caurus.

Porro cenſentur ex omnibus ventis ſaluberrimi Septentrio & Aquilo. *Sedatiores enim ſunt, & in concitandis tempeſtatibus mitiores. Ac licet ut Levin: Lemn.cap.3 lib.3 de nat.mirac. ex experientia monet hybernis menſibus rigidi ſint ac violenter ſpirent, quo fit ut ſecundum Hip. 3 Aph. 5 catarrhos & pleuritides & anginas excitent,iuxta tamen eundem Hip.3.Aph.17 corpora cogunt firmantque, & mobiliora expeditiora & coloratiora reddunt.* Mediocris eſt Subſolanus, *qui animis mentiſque nebulas ſua qualitate diſcutit. Et quamvis antelucano tempore ſubfrigidus deprehendatur: tamen meridie tepeſcit. His igitur ventis Septentrionalibus & Orientalibus ſpirantibus in æſtate comprimis conclavia aperienda ſunt: quandoquidem putredines ſua ſiccitate tollunt & arcent atque ipſam adeo peſtem avertunt, præcipue tamen Aquilo. Quod ipſum, & Marcum Varronem feciſſe hiſtoriæ teſtantur. Hic enim cum Corcyræ eſſet, quæ tunc infecta fuit lue peſtilentiali, ſe & ſuum comitatum ſervavit obſtructis feneſtris omnibus, præter eas, quæ Aquilonem reſpiciunt: unde, venti rigidiores ſpirant.* Peſſimus vero eſt Auſter. *Eo ſiquidem flante terra madeſcit imbribus, atque humore affatim perfunditur quo fit ut corpora promtiſſime putreſcant,atque humorum corruptelas concipiant: Hinc & Hip.3 Aph.5 refert Auſtrum auditum hebetare, caliginem viſui obducere,caput gravare,corpori tarditatem & languorem inferre. Et Aph.12,16, & 17,eundem etiam febres longas, vertigines, ſurditates aurium, tinnitus, apoplexias & anginas conciliare, ac catarrhos, defluxiones in fauces, vocalem arteriam, ac pulmones excitare, unde Coriʒæ,raucedines & tuſſes exoriuntur.* Favonius *tandem eiuſque laterales & collaterales ambigui ſunt. Nam licet primo vere placidi & blandi omnia fovere,*

Salub. vẽti qui. & qui inſalubres.

Saluberr. Septentrio

Mediocris Subſolan.

Auſter peſſimus.

Dubius eſt Fav.eiuſq. collater.

& re-

Digitized by Google

& recreare deprehendantur, ſiquidem (vtar verbis elegantiſſimis Levini Lemnij cap.3 libr. 3 de nativ. mir.) [illegible] Solis calore [illegible], ſtirpes ac floſculos eliciunt, omniaque [illegible] vt etiam ſanguinem ac ſinceros humores, [illegible], proferant, diſcuſſaque mæſticia atque animi nebulis, mentem hilarem ac lætitia reficiant. Deſinente tamen autumno, anniq; circuitu in hyemem inclinato, venti occidentales inclementer ſæviunt, terraſque ac maria turbulenta tempeſtate concutiunt: in excitandis vero morbis frigidis ac pituitoſis non minus quam Auſtrini flatus noxii ſunt ac pernicioſi. Plura de aliis quoq; ventis ibidem reperies ſcitu digna.

De viciſſitudine ventorum.

Cæterum quando mutatio ventorum inſtat, quieſcit prior ferè magno ſilentio: Et ſuccedunt plerumque vel minimis de cauſſis venti ex oppoſito ſpirantes: Cardan. 7 Aphor. 106. Calidiſſimis quoque ac frigidiſſimis temporibus venti ſunt rari ac lenes: vnde & meridie & media nocte leniores ſunt: 7 Aphor. 107. Ac vt Plinio libro 2 cap. 47 medio diei ac noctis plerumque prorſus ſopiuntur, quia aut nimio frigore aut æſtu ſolvuntur: Frigore quidem, quo terræ pori clauduntur, & exhalatio expirare prohibetur: Aeſtu vero, quo vapor venti conſumitur: Ita imbribus quoque venti ſopiuntur. Imber enim poros terræ replet, ſpiritumque intus conceptum includit, & exhalationem ſurſum ductam ſine flatu deprimit, Noctu autem Auſter eſt vehementior, interdiu Aquilo, mari quoque Auſter, terræ Aquilo, 7 Aph. 105.

De cauſſi ventorum Aſtrolog.

Poſtremo ad cauſſas ventorum Aſtrologicas quod attinet, gubernant ventos Planetæ præcipuè illi, quorum maxima eſt vis & autoritas in themate: 1 quidem pro ſua natura: 2 pro ſitu in themate. 3 Pro latitudine, Ac movent ventos tum inprimis, quando Luna apud illos fuerit, vel ad eos acceſſerit. Nec negligenda ſunt zodiaci ſigna, quę peculiarem ad eam rem operationem conferunt, item ortus & occaſus ſtellarum.

Planetarū vis in excitandis ventis.

De Planetarum natura vt primum dicamus, experientia compertum eſt, docente idem Cardan. in com. text. 61 lib. 2 quadr. Ptolem. *Saturnum* movere ventos Orientales: *Martem* Occidentales; *Iovem* Septentrionales; *Venerem* Meridionales: & *Mercurium* hoſce omnes adiuvare; ſiquidem vim generalem habet quoſcunque ventos movendi, vt pater ventorum. Signi tamen ſitum in themate vt plurimum ſequitur. Sol & Luna ſimiliter diverſos ventos movent, ex diuerſis ſignis in diverſo poſitu.

De ſitu & latitudine Planetarū.

Deinde in ſitu conſiderandus eſt locus ſignificatorum in themate, & latitudo ab ecliptica, inprimis Lunæ. *Auſtri* enim, vt docet Cardan.7 Aph.78 oriuntur à Planetis in cœli medio, & latitudine ac declinatione Auſtrali. *Orientales* vero à Planetis in angulo orientis conſtitutis, vel ſi à Sole primum Orientales evadant. *Sic Occidentales* producuntur venti à Planetis occidentalibus, & loco & reſpectu Solis. *Boreales* à latitudine & declinatione Boreali, & ab imo cęli. Intermedii fiunt cum Planetæ debiliores exiſtunt.

Tertio

Tertiò ſignorum natura iuxta trigonos hac in parte quoque attendatur. *Signa enim trigoni ignei* ♈, ♌ & ♐ movent ventos Borrholybicos, inter Septentrionem & occidentem. Sic ♃ & ☿ coniuncti in ♌ & latitudine Septentrionali, faciunt Septentrionales ventos vehementes, paululum ad Circium verſus occaſum inclinantes, quod notat Card. in com.textus 62.lib.2. quadrat. Ptol. *Signa trigoni terrei* ♉ ♍ & ♑ movent ventos Notapelioticos inter ortum & meridiem. *Signa trigoni aerei* ♊ ♎ & ♒ cient ventos Borrhapelioticos, inter Orientem & Septentrionem: Et denique *ſigna trigoni aquei* ♋ ♏ & ♓ movent ventos Notolybicos, inter occidentem & meridiem, quod & ſupra c.3. præced. membri monuimus. Faciunt etiam ad ventos ſigna diuerſimodè, tum maximè cum Sol in eis fuerit. Nam ♓ Occidentales, ♈ Septentrionales, ♉ Orientales, & ♊ Auſtrales plerumque excitant, 7. Aphor. 79. *Semper autem Planeta plus valet quam ſignum.*

Signa zodiaci quos ventos moueant.

Ad extremum venti quoque mouentur pro natura fixarum, quæ ex Planetarum cognatione ſumitur. Saturninæ enim ventos magis Orientales, Iouiales, Septentrionales, Martiales vero Occidentales, & Venereæ Auſtrales movent. Hinc plejades & hyades quæ ſunt de natura Martis, movent occidentes, Ventos quoque ab occaſu.

De natura fixarum in mouendis ventis.

Caput VI.

De particulari Prognoſtico tempeſtatum ad ſingulos dies.

In conſignatione tempeſtatum ad ſingulos dies, Card. quidem in com. ſupra text. 62. li. 2. quad. Ptol. monet, novemdecim gradus eſſe obſervandos, quibus mutationes aeris notari ſolent: Nos vero, vt compendio vtamur, eoſdem ad pauciores annumeratis etiam alijs, quos Cardanus omiſit, adſtringemus.

Septem tempeſtatũ gradus.

Primum ergo Frigidùm *dicitur, quod eſt vel frigus ſimpliciter, vel gelu, item lene, acre.* 2. Calidum, *quod eſt aut tepor, aut æſtus.* 3. Serenum, *quo intelligimus ſiccum & clarum: Et hoc vel eſt purum & ſincerum, & tum ponitur læta ſerenitas, vel mixtum, & tum additur vel ros vel pruina. Veluti ſerenum roridum, ſerenum cum pruina.* 4. Obſcurum, *nebula, nubes obſcuræ, ſtantes, vel volantes.* 5. Humidùm: *Et hoc vel roridum, quando q. nebula humida ſpargitur, vel etiam ſine ſpecie nebulæ, aut pluria continua vel intermittens, profuſa vel tenuis, Item imber, grando, nix.* 6. Tranquillum, *quod eſt ſine ventis aura, atque id prorſus, aut aliquo modo, aut q. Eteſiæ. Et* 7. Venti, *quorum nomina in Calendariis ponuntur quantum poſſibile eſt. Qualitas quoque additur num ſint remiſſi, validi, tumultuantes, turbidi, frigidi, calidi, &c.*

Poſtea vt ſingulis dieb. convenientes tempeſtates adſcribantur, non tantum generale iudicium ad novilunia, plenilunia & quadraturas pertinens,

In particulari iudicio, ortus & occaſus item mediationes cœli ſtellarum conſiderentur. Effectus fixarum.

primum conſulitur, ſed & ortus & occaſus ſtellarum, & culminationes cum Sole: Item applicationes Lunæ ad fixas diligenter examinantur, & ex Planetæ natura quam referunt, ipſarum vis & efficacia diiudicatur. Sunt enim, vt monet Stadius, cap. 7 tab. Bergenſ. & vt in præcedenti membro cap. 2. diximus: Saturninæ ſtellæ, *gelidæ & frigidæ; item grandinoſæ.* Ioviales *ventoſę & ſalubres.* Martiales *tonitruoſæ vt & Iovis, ſed magis impetuoſæ, ſubitæ, igneæ, procelloſæ. Cum Saturno permixtæ peſtilentes ſuffocantes.* Solis *æſtuoſæ.* Venereæ *humidæ, frigidæ.* Mercurii *indifferentes. Cum Venereis permixtæ venenoſæ peſtilentes: Cum Iovialibus tempeſtuoſæ: Cum Martii impetuoſæ: Cum Saturniis egelidæ:* Lunares *turbidæ, caliginoſæ & tenebroſæ: Nebuloſæ nebulas faciunt. Nec tantum applicationes Planetarum ad ſtellarum fixarum corpora excutiuntur, ſed & aſpectus ad fixas, primæ præſertim magnitudinis. Quod quidem facilius fieri poteſt, ſi themati cœli ad lunationem aliquam conſtituto inſerantur fixæ. Faciunt autem exortus ſtellarum cum Sole maiorem mutationem quam occaſus: Ac ortus matutinus validiſſimus eſt: Proximus ortus veſpertinus. Hunc excipit cæli mediatio. Poſt occaſus matutinus quartum; Occaſus veſpertinus quintum locum tenet: Id quod in genere quoque innuit Card. 2 Aphor. 185. vbi dicit: Orientia ſydera plus mouent tempeſtates: Inde quæ in corde cæli ſunt; vltimo quæ occidunt. Cæterum vt occaſus vno die contingit, ita vno die finitur. Aſt mutatio aeris quæ fit prima die ortus, durat per dies plures. Sic effectus ortus Arcturi durat dies 8. vel 10. Caniculæ dies 30. quorum alii ante, alii poſt ortum Coſmicum numerantur. Conſulenda igitur ſunt probatorum Aſtrologorum ſcripta, experientia & longa obſervatione comprobata, & ex illis cum effectus, tum duratio effectuum petenda eſt.*

Applicationesque & aſpectus ad fixas merito attenduntur.

Vt autem de præcipuarum ſtellarum ortu & occaſu, earumque efficacia facilius iudicetur, obſervationes aliorum & noſtras iuxta ordinem menſium diſtributas, & ad noſtra tempora noſtrumque horizontem accommodatas, hic annotabimus. Retinent enim ſtellæ vires ſuas ſemper, nec vnquam per ſe mutant: ortus vero & occaſus ob progreſſum in conſequentia, latitudinem loci diverſam, & dierum anni civilis inprimis Iuliani, qui cœlo non plane conſentit, variationem, in alia loca, & dies alios, ſenſim transferunt: Id quod Simiæ caput nondum intelligere videtur, etiam poſt tantum tempus, quo Aſtrologica ex præceptorum ſuorum traditis ſe comportaſſe, & ſcholaſticis ſuis propoſuiſſe, in ſcripto lingua vernacula edito, in quo bacchantium more in aliorum & ſuam ipſius exiſtimationem ſtulte ſæviit, gloriatur. Etenim ſi Aſtrologus eſſe & haberi velit, ſcire deberet, & cœlum eſſe in perpetuo motu, & ortus & occaſus ſtellarum variare tempora & loca ſua. Quando vero me in his à præceptorum ſuorum traditis diſcedere, in reliquis ſecum conſentire garrit, ſuam non modo ipſe inſcitiam prodit, ſed & calumniatorem ſe agere, aperte cuivis rem intelligenti oſtendit. Quomodo enim ſibi aſſerere poteſt, quæ aliorum ſunt? quomodo alios docere, quæ miſer non intellexit, quorumque ſententiam non aſſequutus eſt? Sed fieri ita ſolet, vt quam quis alteri foveam parat, in eandem ipſe

Ortus & occaſus ſtellarum ſucceſſu tempores mutantur.

ὑποδιδάσκαλος hic reprehenditur.

incidat. Nos relicto Pyrgopolinice in noſtris progrediemur.

Ianuarius anni Iuliani nondum reformati.

Calendis Ianuarii *& diebus aliquot ſequentibus, dum* ☉ *a 19. gr. ad 23* ♑ *procedit, oriuntur in hoc noſtro horizonte veſperi à 19. grad. ad 23. vſque* ♋ *tres ſtellæ illuſtres* Cinguli Orionis *de quo cingulo Ptol. in enarrat. ſtellar. ſignificationibus ad Nonas Februarii ſic ſcribit: Zona Orionis emergit, turbidus eſt aer Fauonii ſtatu.* Cingulum Orion. Or. V.

III Ianuarii die roſtrum Corvi *de natura* ♄ *&* ♂ *occidit mane cum 22 grad.* ♋, *& auram largitur turbidam craſſamq;* Roſtrum Corui Oc. M.

VI Ianuarii *oritur mane cum Sole in 25 grad.* ♑ humerus ſiniſter ♒ *de natura* ♄ *&* ☿ *: Et axilla* ♒ *de natura* ♃ *&* ♄, *aura frigida conglacians orientali vento iuncta animadvertitur.* Humerus ſiniſter Aqu. Or. M.

VIII Ianuarii *oritur veſperi* Orionis in capite nebuloſa *de natura* ♃ *&* ♄. *Occidit vero cum Sole & 27 grad.* ♑ *brachium dextrum Herculis de natura,* ☿ *Borrhapeliotes ſpirat, & aerem increſſat cum remiſſione frigoris.* Nebuloſa capitis Orio. Or. V.

IX Ianuarij Oritur manè Cauda ♒ *de natura* ☿ *&* ♂, *& occidit collum corvi de natura* ♄ *&* ♂ *varius fit aeris ſtatus.* Cauda ♒ Or. M.

X vel *XI Ianuarii:* Lucida Coronæ *veſperi occidit, cum 0. grad.* ♒ *: De qua Ptol. Corona occidit, tempeſtatemque efficit. Oriuntur & circa illa tempora veſperi Aſelli & præſepe Boreus quidem Aſellus cum 29. grad.* ♋, *Auſtrinus cum grad. 3* ♌. *præſepe cum 1. grad.* ♌ *De quibus Stad. cap. 7. tabul. Berg. Non exiguam habent ſignificationem pluviarum Aſelli et præſepe, quando Luna aut Veneris coniunguntur, aut ex aduerſa aut quarta parte* ♃, *præſertim in procelloſis aut humidis ſignis eaſdem aſpicit, Luna tanquam internuncia à Mercurio ad Iovem defluente. Mane vero occidunt Auſtrinus Aſellus* 12. *Ianuar. cum 2. grad.* ♌ 14. *Ianuar. Præſepe cum 5. fere gradu* ♌. Lucida ♒ coronæ Occ. V. Aſelli & præſepe Oriunt. V.

X*VI* Ianuarii *Oritur veſperi* Canis minor *cum 6. grad:* ♌ *varius eſt aeris ſtatus.* Canis minor Or. V.

XX*I* Ianuarii Boreus aſellus ♋ *mane occidit cum 11. gr.* ♌. Aſellus Bor. Occ. M.

XX*I Ianuarii Oritur veſperi cum 11. grad.* ♌ Venter leporis *de natura* ♄ *&* ☿, *exaſperatur frigus.* Venter leporis Or. V.

XXI*II Ianuarii Occidit mane* Algorab ſeu ala dextra Corvi *de natura* ♄ *&* ♂ *cum 13. grad.* ♌, *& aeris turbationem nubeſque nivem ſpargentes addunt.* Algorab Occ. M.

XXIIX *Ianuar.* Sirius *oritur veſperi cum 18. grad.* ♌, *& remiſſionem frigoris cum aura leni affert.* Sirius Or. V.

XXX. *Ianuar.* Aquila *veſperi cum 20. ferme grad.* ♌ *occidit, tempeſtatemque ſecundum Ptol. efficit.* Aquila. Oc. V.

Februarius.

III Februarii Regulus *veſperi exiſtente Sole in 24. gr.* ♒ *oritur cum 24. grad.* ♌. Regulus Or. V. & Occ. M.

IV vero Februar. *mane occidit cum 25. grad. Tychoni cum 26* ♌ *De quo Ptolom. ad Cal. Febr. Aſtrum clarum in pectore* ♌ *occidere incipit, ſtat*

Aquilo & interdum pluit. Cardan. cum cor ♌ occidit Fauonii inſurgunt. 7.
Hum. ſiniſter Oc.V. Aph. 94. Occidit etiam eodem tempore Humerus ſiniſter ♒ ſtella de natu-
ra ♄ & ☿.
V Februarii Oritur veſperi tergum ♌ ſtella de natura ♄ & ☿, nebu-
Tergum ♌ Or.V. liſque aerem & frigiditate replet.
IX Februarii ☉ ingreditur principium ♓ & Ptol. ad XV. Cal. Martii
dies hyemant. Eodem 9. Febr. die Cauda Delphini veſperi occidit cum o
grad. 30. l ♓. De quo occaſu, cum ſit aſtrum tempeſtuoſum naturę Saturninæ
Cauda Delphini Oc.V. & Martiæ, hoc innuit Ptol. ad 15. Cal. Febr. quod Auſter violentior fiat cum
pluuia: Fit etiam nonnunquam ventorum concurſus cum niuibus. Cardan. 7.
Aph. 94. Delphini veſpertino occaſu dies hyemant.
XIV Februar. Lucida hydræ oritur veſperi cum 6. grad. ♍, pluuioſa
Lucida hydrę Oc.V. vel niuoſa efficitur tempeſtas.
Cubit. dexter ♒ Oc. V. XV Februarii cubitus dexter ♒ occidit veſperi cum 6. grad. 30. min.
♒ eademque aura perdurat.
XIX Febr. Cauda ♌ oritur veſperi cum 9. fere gradu ♍ humidam-
Cauda ♌ Or.V. que tempeſtatem ciet. Eodem fere die Auſtralior etiam trium colli ♌ de na-
tura ♄ & ☿ occidit mane, cum 9. fere ♍ gradu Tychoni cum 6 ♍ frigusque
exaſperat.
XX Febr. occidit veſperi cum Sole & 10. gradu ♓ Os Cygni ſtella de
Os Cygni Oc.V. natura ♀ et ☿ tempeſtateſque in mari, et alias humidam et ventoſam auram
minatur.
Pręcedens in femore Herc. Oc. V. XXVIII Febr. occidit veſperi com. 18. grad. ♓ ſtella in femore ſiniſtro
præcedens Herculis de natura ☿ & ventos vehementes commouet occiden-
tales. Tychoni hic occaſus incidit in 13. grad. ♓ 23. Febr. die.

Martius.

II Martij oritur viciſſim veſperi cum 20. grad. 30. l ♓, quæ paulo ante
Eadem Or.V. occidit, præcedens in ſiniſtro femore Herculis, & ventos inconſtantes
ex ortu profert. Tychoni hic ortus in 6. vel 7. Martij diem cadit & 26.
grad. ♓.
VI Martij Vindemiator ſtella de natura ♄ & ♀ oritur veſperi cum
Vindemiator Or.V. 25. grad. ♍, cuius ortu Ptol. Aquilonem gelidum flare ſcribit.
Cornu Ar. Or.M. IX Martij oritur mane Cornu ♈ cum 28 grad. ♓. Ptol. ad 12. Calend.
April. inquit: ♈ in latus emergit, pluit aut ningit.
Arcturus Or. V. X Martii oritur veſperi Arcturus cum 29. grad. fere ♍ cui Ptol. ſem-
per tempeſtates aſſignat. Cardan. 7. Aph. 94. dicit: Cum Arcturus veſperi ex-
oritur, hirundines apparent, iamque ver eſt. Stad. cap. 7. ſtellar. fix. ſcribit: Ex
occaſu veſpertino Arcturi hirundines cateruatim recedere, vti exortu veſper-
Chelidon. ventus. tina aduolare videmus. Fiat tum Fauonius, qui & Plin. lib. 2. cap. 47. Cheli-
donius & Ornithias ab hirundinum aduentu dicitur. Refert porro Stadius
ſe obſeruaſſe cum Affrico fere ſpirare Ornithian veſpertino Arcturi exortu
circa Martii Nonas. Rigidum quoque & turbidum eſſe Chelidonium, ſed Co-
ro longè mitiorem, grandinoſum, niuoſum & quantum huc vſque conſtat 12.
flare diebus, & magna cum pluuia aut grandinoſa procella deſinere in Fauo-
nium. Ptolomæus in ſignificationibus ſtellarum fixarum, circa finem Febr. &
prin-

principium Martii, mentionem quoque facit in ortu Arcturi pluuiarum, & flatus Fauonii per 12. dies. Et Stadius ſtatim in principio cap. 7. ſtellarum fixar. hæc refert: Arcturi ſydus non ſine procelloſa grandine emergere teſtis eſt cum Columella Plinius præſertim ſi Luna, aut ♂ radijs adiuuetur: Si ♄ acceſſerit, pluuioſam tempeſtatem aliquot continuis diebus obſeruauimus.

XI vel XII Martij ☉ *ingreditur Arietem. Fauonius late ſpirat, Ciconia apparet, & mare tranſmittit. Hæc Ptol. ad 17. Cal. Aprilis. Noſtris vero hominibus Ciconia venit die Gertrudis ſeu 17. Martii.*

Lucida Coronæ Or. V.

XIV Martij Lucida Coronæ *de natura ♀ & ☿, oritur veſperi cum 3. Tychoni 4. grad. ♎, tempeſtateſque in mari, & aliàs humidam ac ventoſam auram minatur. Nec diſſimilia operatur* Spica ♍ *ſtella de natura ♀ & parum ♂, quæ 22. Martii occidit mane cum* 10. *grad.* ♎.

Spica virg. Oc. M.

XXIII Martij Cauda ♏ *de natura ☿ & ♂, occidit mane cum 12. fere grad. ♎. Et notante Ptolom. ad 5. Calend. April. vehemens flat ventus, pluuiaſque cum tonitribus commiſcet. Fiat etiam nonnunquam Septentrio pluuius.*

Cauda Scorp. Oc. M.

XXIX Martij ala dextra & Cervix Corvi *de natura ♄ & ♂ oriuntur veſperi cum 18. grad. ♎, Auſtrumque pluuioſum producunt.*

Ceru. Cotui Or. V.

XXX Martij Nebuloſa ſequens aculeum ♏ *occidit mane, cum 19. grad. ♎, De quo occaſu Ptol. ad Calend. Aprilis ita loquitur: Scorpius occidit & nebuloſum eſt cœlum Aquilonis flatu. Eodem die oritur veſperi cum 19. grad. & 30. l ♎* Spica ♍, *aerque frigidior, humidior & turbulentior animaduertitur.*

Nebuloſa Scorpion. Oc. M.

Spica Vir. g. Or. V.

Aprilis.

VI Aprilis Roſtrum Corvi *de natura ♄ & ♂ cum 21. fere grad.* ♏ *veſperi oritur, aeremque frigidum affert. Oritur & eodem tempore* dexter humerus Herculis, *ſtella ☿, ventumque Orientalem mouet.*

Roſtrum Corui Or. V.

Dexter humer. Hercul. & brachium dextr. Or. V.

II vero Aprilis Brachium dextrum Herculis *ſimiliter oritur veſperi, idemque operatur.*

V Aprilis Siniſter humerus Herculi *veſperi exoritur, cum 25. fere grad. ♎, aeremque niue pluuiiſque mixtum agitat.*

VII Aprilis Caput Andromedæ *veſperi occidit cum 27. fere grad. ♈, frigidamque aeris conſtitutionem affert.*

Caput Andromedæ Oc. V.

XI Aprilis *occidit mane* cauda ♌ *cum 1. grad.* ♏, *niueſque aere exiſtente frigidiore minatur. Tychoni ad 15. Aprilis & 5. grad.* ♏ *pertinet.*

Cauda Leon. Oc. M.

XIV Aprilis Tergum ♌ *ſtella ♄ & ♀ occidit mane, nebulaſque cum rore cadente gignit. Occidit & eodem die veſperi* venter Leporis *cum 4. gr. ♉. ventoſque frigidiores affert.*

Tergum Leon. Oc. M.

Venter Leporis. Oc. V.

XVII Aprilis *calculo Prutenico oritur* anguſtus terminus Plejadum *mane cum 6. grad. 30. min. ♉. Tychoni cum 12. fermegrad. ♉, quem & aliæ Pleiadum comitantur. De quibus Ptolom. in ſignif. ſtellarum fixarum ad 10. Calend. Maii hæc refert: Vergiliæ oriuntur, Fauonius ſpirat: Et addit poſt triduum; deſinit ver. Nonis quoque Maii hæc adſcribit: Vergiliæ oriuntur matutino, & Fauonius ſpirat: Et ad ſequentem diem principium æſtatis reponit, & prævalere Fauonium addit. Nec diſſentit Cardan. 7. Aph. 103. vbi dicit: Vergiliarum exortus Subſolanum excitat ventum. Item Stad. cap. 7. vbi ex Hipp.*

Pleiades Or. M.

doctrina

Digitized by Google

& verſus Auſtrum, in quam partem inclinat latitudo ☽ nivoſis conſtituitur: Conformandum eſt iudicium ad conſtitutionem aeris temperatam quidem in calore, imò frigidiorem nonnihil, cum & ☽ in ♓. & ♄ quadrato radio ad Iovem, ⚹ ad ☽ & △ ad Solem, calori & Iovis, & quem innuit quarta æſtiva reſiſtat: ſed ad humiditatem & ventos, ob ☿ ad ☍ ♃ inclinantem. Miſcebuntur ergo diebus poſt plenilunium frigidioribus, aquoſis & ventoſis, pauci ſereni temperati. Venti vero etſi nullam certam ſtationem habebunt, & levi de cauſſa nunc in ortum nunc in occaſum mutabuntur, deprehendentur tamen ex parte Septentrionales, ob Iovem in ♈, & ☿ in ♎, regulumq; orientem, qui Aquilonares ventos producit, declinantes ad ortum propter ♄, ad occaſum propter Lunam in ♓. Ex parte quoque Auſtrales, ob latitudinem & Iovis & ☽ meridionalem. Cuiuſmodi vero ſingulis diebus à plenilunio ad ultimam quartam expectandæ ſint tempeſtates, ſub finem capitis 6 dicetur.

Caput V.

DE VENTIS.

Ventorum magna vis in mutandis tempeſtatibus.

CVm magna ſit vis ventorum in mutandis quotidianis tempeſtatibus, eorundemque ſtatum in regionibus appropriatis ſcire, maxime conveniat illi, qui prognoſtica recte intelligere vel ſcribere vult, ut Cardan. 7 Aph. 77 rectè monet, breviter hic eorum doctrinam proponemus. Ac 1 de nominibus & diſtinctione, 2 de natura; & 3 de cauſſis Aſtrologicis eventuum agemus.

Ventus quid.

Ad definitionem quod attinet, Ariſtot. cap. 4 lib. 2 Meteor. aliique Philoſophi, ventum conſtituunt exhalationem calidam & ſiccam; vi cœli ad mediam uſque aeris regionem eductam, indeque rurſum frigore depulſam, & ob occurſum aliarum inferne aſcendentium lateraliter apud nos motam, & agitatam, ut ne aer corrumpatur.

Venti olim conſtit. ſũt 12 nunc 32

Sunt autem venti iuxta Ariſt. quidem cap. 6 lib. 2 Meteor. 12 tantummodo; ſed iuxta recentiores ſcriptores & nautas 32.

Quat. Car. Subſolan.

Quatuor Cardinales, quia 4 mundi cardinibus ſpirant. Primus Solanus vel ſubſolanus, Græcis ἀπηλιώτης Nautis Levans & Oſt dictus, *ab ortu æquinoctiali Gellius lib. 2 cap. 22 noct. Attic. hunc ventum Eurum quoq; vocat: Sed nos cum Vitruvio cap. 6 lib. 1 Archit. Cardano, & alijs, eurum ad Auſtrum nonnihil ab ortu æquinoctiali diſponimus, & lateralem ſtatuimus, ut poſtea dicetur.*

Favonius.

2 Favonius *Græcis* ζέφυρος *q.* ζωηφόρος, ὅταν τῷ θέρει πνέοντος αὐτοῦ οἱ καρποὶ αὔξωνται. Nautis Ponens *Veſt i. ab occaſu æquinoctiali.*

Auſter.

3 Auſter, *Græcis* νότος *à* νοτίς, *quod humorem ſignificat, quoniam nebuloſus atque humectans eſt, Nautis* Sud *vocatur, à meridie.*

Septentr.

Et 4 Septentrio *Græcis* ἀπαρκτίας, *q. ab urſa flans, Nautis Transmontanus* Nord *i. à Septentrione ſeu mediæ noctis angulo.*

Mediani 4

Mediani, *qui media exacte inter ortum, meridiem occaſum & Septentrionem tenent loca,* ſunt totidem; *quas & cap. 17 lib. quadr. Ptolem. recenſet;*

cenſet; Et hoc impoſitis nominibus, præpoſito Boreo, vel Notio, altero adiuncto, efferuntur, Veluti Borrhapeliotes, *medius inter Borealem & Orientalem plagam,* Nordoſt. Notapeliotes *medius inter Orientalem & Meridionalem plagam,* Sudoſt. Notolibycus *medius inter meridiem & occaſum,* Suduveſt. *Et* Borrholibycus *medius inter occaſum, & Borealem plagam,* Norduveſt. *Atque hi* 8 *numerati venti principales aliâs vocantur, qui & maxima ex parte veteribus, utut nominibus non prorſus iiſdem, noti fuere.* Reliqui, *quorum adbuc numerantur* 24, minus principales appellantur,& dividuntur in Laterales & Collaterales. Borrhapel. Notapel. Notolibyc. Borrholib.

Laterales ſunt octo: 1 *βορέας ventus ſonorus & violentus ἀπὸ τοῦ χαιρῶν Septentrioni ad ortum vicinus, qui &* Aquilo *dicitur, exalto & vehementi flatu,* Nordnordoſt. Lateral. & Boreas.


2 *καικίας* Cæcias, qui & Helleſpontius dicitur, *Subſolano ad Septentrionem, vel verſus ortum æſtivum adſtans,* Oſtnordoſt. Cæcias.

3 Eurus.

Tabula Ventorum omnium, quorum in quadrato nautico numerantur 32.

Septentrio ♃

Ortus ♄



Occaſus ♂

Meridies ♀

Eurus 3 Eurus ſeu Vulturnus, *Plin.cap.47 lib.2, & Senec. c. 16 lib.5 nat. quæſt. Subſolano ad Auſtrum verſus ortum hybernum vicinus*, Oſtſudoſt.

Phænix 4 Φοίνιξ vel Phænicias qui & Euronotus vel Euroauſter *dicitur, utpote ab Euro ad Auſtrum declinans*, Sudſudoſt.

Libonotus 5 Libonotus ſeu Auſtroaffricus, *qui ab Auſtro verſus Africum vergit*, Sudſuduveſt.

Affricus 6 Affricus, *qui ab Affrica & Libya regionibus, unde procedit, prope occaſum Brumalem nomen habet*, λίψ *alias dictus* Vveſtſuduveſt.

7 Co-

7 Corus vel Caurus, *qui & Iapix item* ἀργέστης *à fulmine dicitur, Favonio verſus Septentrionem vicinus,* Vveſtnordueſt. Corus

8 Circius *omnia circumvertens, qui &* θρασκίας *à* θρέψω *converto Hiſpanis Gallicus appellatur, quod ex Galliciæ novæ partibus flare deprehendatur, Septentrioni verſus occaſum propinquus,* Nordnordueſt. Circius.

Collaterales tandem conſtituuntur 16, qui Meſo & Vpo nominibus, adiectis ipſis lateralibus per compoſitionem inſigniuntur. *Eſt enim* μεσο *q. intermedius inter principalem & lateralem: Vpo vero dicitur quaſi* ὑπο, *quod laterali ſubiectus ſit. Hinc ſunt hæc nomina Meſaquilo, Vpaquilo, Meſocæcias, Vpoccæcias, Meſeurus, Vpeurus, Meſophænix, Vpophænix, &c. quorum ſane ventorum ſitum & nomina ex Cardani com. ſuper cap. 1. lib. 2 quad. Ptolem. & ex quadrato nautico Gemmæ Friſi deſumta, in hac tabula proponere voluimus. Vide pag. antec.* Collat. 16

Sunt quidem & alii venti ſpeciales ex contrariis mixti, qui oriuntur, quando diverſi ſignificatores radios coniungunt, vt τυφων, id eſt, turbo ſeu vortex, ventus circularis in orbem ſecum rapta verrens, & ſurſum deferens, ἐκνεφίας ſive procella; flatus repentinus, magno cum fragore, ſubito orrens, & multa proſternens, ac ſubito deſinens: πρηστηρ à πίμπραμαι, incendo, turbo incenſus, qui aerem incendit, & ignea vi colerat. Sed de his libelli Meteorologici Phyſicorum præcipiunt, Nos antea deſcriptorum naturam & cauſſas Aſtrologicas breviter conſiderabimus. Venti ſpecial. Turbo Procella. Præſter.

Ad naturam quod attinet, certum quidem eſt, quod & notat Meſſabalah in lib. de ſcientia orbis, in ſermone de ventis, diverſificari ſeu mutari exhalationem calidam & ſiccam ventorum pro diverſitate regionum & locorum per quæ fertur; ita ut cum per mare procedit, efficiatur frigida & humida; cum per terram frigidam, fiat quoq; frigida; per calidam, calida & ſicca; Atq; in nonnullis regionibus irrorari loca per ventum orientalem, exſiccari per occidentalem; in aliis irrorari per hunc, exſiccari per illum. Ac tradit Card. in com. ſuper text. 72 lib. 2. quad. Ptol. regulam hanc generalem: Venti omnes validi refrigerant & exſiccant & ſerenitatem pariunt. Imbecilles calefaciunt & humectant, pluvias quoq; gignunt. *Hinc Septentrio nobis propinquiſſimus, & natura & ſitu refrigerat, exſiccat, & ſerenitatem maximam parit. Auſter vero natura calidus, humidus & pluvioſus exiſtit: quando & ſitu & natura à nobis multum diſtat. At cum in ſpecie de ſingulis dicendum eſt.* De natura ventorum. Septentrio Auſter.

Meridionales venti cum vicinis, ex vtraque parte ad Notapeliotem & Notolybicum vſque, natura ſunt calidi, humidi & pluvioſi, primæ ætati ἀνάλογοι. Venti meridionales

Flant enim ex calidis locis, qui radiis Solaribus ſubiecti magis calefaciunt, & nubes, vnde ſequuntur pluviæ congregant. Sunt & præterea tenebroſi, tonitruoſi, graves & morboſi: Ac ſi diu ſpirauerit Auſter lenis tandem ſerenus fit, ſed tempus æſtuans affert: nonnunquam etiam ſubito exoriens, ſi violentior & rapidior extiterit, frigidos imbres fundit.

Orientales venti Subſolanus & proximi Vpeurus & Mæſocæcias, ſereni Oriēt. vēti.

ſereni ſunt & ſicci, ætati Iuvenili ἀνάλογοι, æſtate tamen calidi, hyeme gelidiſſimi. Feruntur enim ad nos ex regione, in qua materia eorundem ob Oceani & maris longiorem diſtantiam, Soliſque in eadem moram, ſubtilior puriorque redditur à Sole, atque ita calefit & exſiccatur. Oriuntur & augentur hi venti Sole oriente, ſilent fere nocte. Quod ſi pluviam inchoent, quod tamen raro fieri, ſolet, continuant eam per integrum diem. Eurus & Cæcias nubes cogunt & fere in pluvias exeunt, ſic & horum collaterales ex altera parte Vpocæcias & Meſeurus: Qui tamen Septentrionem magis reſpicit Vpocæcias frigidior eſt, & in hyeme nives ſpargit. Meſeurus ad tepiditatem inclinat, & nonnunquam pluviarum cauſſa eſt. Notapeliotes humidior eſt Euro cum ſuis vicinis, ſæpe etiã in Auſtrum deſinit; ac licet non pluat copioſe, nubilum tamen & obſcurum retinet cœlum. Borrhapeliotes frigidus eſt & ſiccus; nubes tamen & raras

Eteſiæ nives facit. Ad Eteſias ſeu anniverſarios ventos quod attinet, qui plurimum tempore Canicularium dierum ex ortu ſpirant, notandum de illis eſt: nobis Eteſias plerumque ſpirare ab Euro, & ſerena nocte ad Circium converti, ideoq; etiam noctes frigidiores exiſtunt. Card. 7 Aph. 107 inquit. Eteſiæ in Ponto ab Aquilone, in Africa & Hiſpania ab oriente, aliis à meridie perflant. Mane quidem à tertia diei hora incipientes veſperi deſinunt, quod & Plin. lib. 2 cap. 47 annotat. Spirare etiam ſolent a Bruma ſed lenes & paucis diebus. Seneca tamen Eteſias in hyemem non reponit c. 10 libr. 5 nat. quæſt. propterea quod breviſſimis diebus Sol deſinat prius, quam frigus evincatur. Stadius cap. 7 Prognoſt. univerſ. in tabulis Bergenſ. de Eteſis in hunc modum loquitur: Eteſiæ vix ullam ſtationem ſervant: Sed potiſſimum eas ab Euro, Aquilone & Borea flare obſervavimus, Item a Libonoto ſive occaſu brumali. Sequuntur vero ortum ☉ 50 temporibus æquatoris (i.e. 3 Horis & 20 l) & Sole occidente flabra ſua, tanquam officio ſuo perfuncti remittunt.

Septentrionales venti — Septentrionales Venti cum ſuis lateralibus & collateralibus ad Borrhapeliotem & Borrholybicum frigidi ſunt & ſicci, ætati ingraveſcenti correſpondentes & ſereni. Et rationem antea ex Cardano adduximus, quod nobis ſint propinquiſſimi & robuſtiſſimi, vel etiam quod veniant ex locis aquoſis & congelatis. Septentrio tamen præ cæteris geloſior, ſerenior & ſalubrior eſt, quod ad ſerenitatem noſtrorum corporum attinet. Aquilo eiuſq; collaterales, Meſaquilo & Vpaquilo, ſi ſpiraverint, ut ſæpe fit, in Aprili & Maio, flores arborum & germina vitium pruina ſua adurunt: raro ningunt. Circius & Borrholybicus nives glomerant in hyeme, in æſtate grandines.

Circ. vent. Galliæ peculiaris. — De Circio quoq; Seneca ſcribit cap. 17 libr. 5 nat. quæſt. eum eſſe ventum peculiarem Galliæ, cui ędificia quaſſanti, incolæ tamen gratias agunt, tanquam ſalubritatem cœli ſui ei ſoli debeant. Addit quoq; Divum Auguſtum illi, cum in Gallia moraretur, templum feciſſe & foviſſe.

Occident. venti. — Occidentales venti regulariter quidem frigidi & humidi, ætati decrepitæ ἀνάλογοι conſtituuntur: At experimur, quod qui directe ab occaſu flant, ut Favonius ſive Zephyrus, eiuſq; collaterales, Meſocorus & Vpaffricus tepidi ſint & humidiuſculi, cum tepidis pluviis ſæpe etiam ſereni; unde

hyemem reſolvunt;quo alludere videmus Horat.Oda 4 lib.1 Carm.

Solvitur acris hyems grata vice veris & Favoni
Trahuntque ſiccas machinæ carinas.

Affricus vero Meſaffricus & Notolybicus *verſus meridiem inclinantes, humidi ſunt & tempeſtuoſi,obſcurant cęlum nubium diſcurſu, & cum ſonitu ſæpe ruunt. Stad.cap.7 tabul. Bergenſ. refert, ab Affrico ſpirare circa Nonas Martii* Chelidonium, *dictum quod eo flante reviviſcant & revertantur hirundines,ventus alias grandinoſus & nivoſus,Coro tamen mitior: Eſt* Chelidon. ventus.
poſtquam per 12 dies fere duravit, tandem magna cum pluvia aut grandinoſa procella deſinit in Favonium. Dicitur & terra adeo incumbere hic ventus,ut canes venàtici feras non odorent. Aliis ut Plin.cap.47 lib.2 a Favonio ſpirare dicitur Chelidonius, *qui &* ὀρνιθίας *q.aviarius dicitur, quanquam Ariſtoteles in lib.de mundo cap.4 ex Aquilonio genere* ὀρνιθίαν *indicet, quod & Ptolem.in ſignificationibus errant: ſtell. ad X Calend. Martij innuit.* Corus *tandem ventus ab occaſu verſus Septentrionem nonnihil declinans, apud nos vehementiſſimus & grandinoſus eſt cum ululatu tumultuans.* Corus ſeu Caurus.
Atque hic, cum Luna ad Saturnum Februario & Martio menſibus venit, grandinat. Maio menſe cauſſa eſt calamitatum: Circa finem Octobris & in initio Novemb ſimiliter grandinat. Violentiſſimus eſt quando a porta, id eſt, congreſſu & Syzygia ♃ & ☿ excitatur,inprimis ſi & Arcturi ortus veſpertinus coincidat Sole in fine ♓ exiſtente.

Porro cenſentur ex omnibus ventis ſaluberrimi Septentrio & Aquilo. Salub. veti qui. & qui inſalubres.
Sedatiores enim ſunt, & in concitandis tempeſtatibus mitiores. Ac licet ut Levin: Lemn.cap.3 lib.3 de nat.mirac. ex experientia monet hybernis menſibus rigidi ſint ac violenter ſpirent, quo fit ut ſecundum Hip. 3 Aph. 5 catarrhos & pleuritides & anginas excitent,iuxta tamen eundem Hip.3.Aph.17 corpora cogunt firmantque, & mobiliora expeditiora & coloratiora reddunt. Suluberr. Septentrio
Mediocris eſt Subſolanus, *qui animis mentiſque nebulas ſua qualitate diſcutit. Et quamvis antelucano tempore ſubfrigidus deprehendatur: tamen meridie tepeſcit. His igitur ventis Septentrionalibus & Orientalibus ſpirantibus in æſtate comprimis conclavia aperienda ſunt: quandoquidem putredines ſua ſiccitate tollunt & arcent atque ipſam adeo peſtem avertunt, præcipue tamen Aquilo. Quod ipſum, & Marcum Varronem feciſſe hiſtoriæ teſtantur. Hic enim cum Corcyræ eſſet, quæ tunc infecta fuit lue peſtilentiali, ſe & ſuum comitatum ſervavit obſtructis feneſtris omnibus, præter eas, quæ Aquilonem reſpiciunt: unde, venti rigidiores ſpirant.* Mediocris Subſolan.
Peſſimus vero eſt Auſter. *Eo ſi quidem flante terra madeſcit imbribus, atque humore affatim perfunditur quo fit ut corpora promtiſſime putreſcant,atque humorum corruptelas concipiant: Hinc & Hip.3 Aph.5 refert Auſtrum auditum hebetare, caliginem viſui obducere,caput gravare,corpori tarditatem & languorem inferre. Et Aph.12,16, & 17,eundem etiam febres longas, vertigines,ſurditates aurium, tinnitus, apoplexias & anginas conciliare, ac catarrhos, defluxiones in fauces, vocalem arteriam, ac pulmones excitare, unde Coryzæ,raucedines & tuſſes exoriuntur.* Auſter peſſimus.
Favonius *tandem eiuſque laterales & collaterales ambigui ſunt. Nam licet primo vere placidi & blandi omnia fovere,* Dubius eſt Fav.eiuſq. collater.

& re-

Digitized by Google

& recreare deprehendantur, ſiquidem (vtar verbis elegantiſſimis Levini Lemnij cap. 3 libr. 3 de natv. mir.) moderato Solis calore tepefacti, ſtirpes ac floſculos eliciunt, omniaque reditu ſuo ita læta & amœna reddunt, adeo vt etiam ſanguinem ac ſinceros humores, qui hyeme concreuerunt, proferant, diſcuſſaque mœſticia atque animi nubibus, mentem hilaritate ac lætitia reficiant. Deſinente tamen autumno, anniq; circuitu in hyemem inclinato, venti occidentales inclementer ſæviunt, terraſque ac maria turbulenta tempeſtate concutiunt: in excitandis vero morbis frigidis ac pituitoſis non minus quam Auſtrini flatus noxii ſunt ac perniciosi. Plura de aliis quoq; ventis ibidem reperies ſcitu digna.

De viciſſitudine ventorum. Cæterum quando mutatio ventorum inſtat, quieſcit prior ferè magno ſilentio: Et ſuccedunt plerumque vel minimis de cauſſis venti ex oppoſito ſpirantes: Cardan. 7 Aphor. 106. Calidiſſimis quoque ac frigidiſſimis temporibus venti ſunt rari ac lenes: vnde & meridie & media nocte leniores ſunt: 7 Aphor. 107. Ac vt Plinio libro 2 cap. 47 medio diei ac noctis plerumque prorſus ſopiuntur, quia aut nimio frigore aut æſtu ſolvuntur: Frigore quidem, quo terræ pori clauduntur, & exhalatio expirare prohibetur: Aeſtu vero, quo vapor venti conſumitur: Ita imbribus quoque venti ſopiuntur. Imber enim poros terræ replet, ſpiritumque intus conceptum includit, & exhalationem ſurſum ductam ſine flatu deprimit, Noctu autem Auſter eſt vehementior, interdiu Aquilo, mari quoque Auſter, terræ Aquilo, 7 Aph. 105.

De cauſſi ventorum Aſtrolog. *Poſtremo ad cauſſas ventorum Aſtrologicas quod attinet, gubernant ventos Planetæ præcipuè illi, quorum maxima eſt vis & autoritas in themate: 1 quidem pro ſua natura: 2 pro ſitu in themate. 3 Pro latitudine, Ac movent ventos tum imprimis, quando Luna apud illos fuerit, vel ad eos acceſſerit. Nec negligenda ſunt zodiaci ſigna, quę peculiarem ad eam rem operationem conferunt, item ortus & occaſus ſtellarum.*

Planetarũ vis in excitandis ventis. De Planetarum natura vt primum dicamus, experientia compertum eſt, docente idem Cardan. in com. text. 61 lib. 2 quadr. Ptolem. *Saturnum* movere ventos Orientales: *Martem* Occidentales; *Iovem* Septentrionales; *Venerem* Meridionales: & *Mercurium* hoſce omnes adiuvare; ſiquidem vim generalem habet quoſcunque ventos movendi, vt pater ventorum. Signi tamen ſitum in themate vt plurimum ſequitur. Sol & Luna ſimiliter diverſos ventos movent, ex diuerſis ſignis in diverſo poſitu.

De ſitu & latitudine Planetarũ. Deinde in ſitu conſiderandus eſt locus ſignificatorum in themate, & latitudo ab Ecliptica, inprimis Lunæ. *Auſtri* enim, vt docet Cardan. 7 Aph. 78 oriuntur à Planetis in cœli medio, & latitudine ac declinatione Auſtrali. *Orientales* vero à Planetis in angulo orientis conſtitutis, vel ſi à Sole primum Orientales evadant. Sic *Occidentales* producuntur venti à Planetis occidentalibus, & loco & reſpectu Solis. *Boreales* à latitudine & declinatione Boreali, & ab imo cœli. Intermedii fiunt cum Planetæ debiliores exiſtunt.

Tertio

Digitized by Google

Tertiò ſignorum natura iuxta trigonos hac in parte quoque attendatur. *Signa enim trigoni ignei* ♈, ♌ & ♐ movent ventos Borrholybicos, inter Septentrionem & occidentem. Sic ♃ & ☿ coniuncti in ♌ & latitudine Septentrionali, faciunt Septentrionales ventos vehementes, paululum ad Circium verſus occaſum inclinantes, quod notat Card. in com.textus 62.lib.2. quadrat. Ptol. *Signa trigoni terrei* ♉ ♍ & ♑ movent ventos Notapelioticos inter ortum & meridiem. *Signa trigoni aerei* ♊ ♎ & ♒ cient ventos Borrhapelioticos, inter Orientem & Septentrionem: Et denique *ſigna trigoni aquei* ♋ ♏ & ♓ movent ventos Notolybicos, inter occidentem & meridiem, quod & ſupra c.3.præced. membri monuimus. Faciunt etiam ad ventos ſigna diuerſimodè, tum maximè cum Sol in eis fuerit. Nam ♓ Occidentales, ♈ Septentrionales, ♉ Orientales, & ♊ Auſtrales plerumque excitant, 7. Aphor. 79. *Semper autem Planeta plus valet quam ſignum.*

Signa zodiaci quos ventos moueant.

Ad extremum venti quoque mouentur pro natura fixarum, quæ ex Planetarum cognatione ſumitur. Saturninæ enim ventos magis Orientales, Iouiales, Septentrionales, Martiales vero Occidentales, & Venereæ Auſtrales movent. Hinc plejades & hyades quæ ſunt de natura Martis, movent occidentes, Ventos quoque ab occaſu.

De natura fixarum in mouendis ventis.

Caput VI.

De particulari Prognoſtico tempeſtatum ad ſingulos dies.

IN conſignatione tempeſtatum ad ſingulos dies, Card. quidem in com. ſupra text.62.li.2.quad.Ptol.monet, novemdecim gradus eſſe obſervandos, quibus mutationes aeris notari ſolent: Nos vero, vt compendio vtamur, eoſdem ad pauciores annumeratis etiam alijs, quos Cardanus omiſit, adſtringemus.

Septem tempeſtatū gradus.

Primum ergo Frigidùm *dicitur, quod eſt vel frigus ſimpliciter, vel gelu, item lene, acre.* 2. Calidum, *quod eſt aut tepor, aut æſtus.* 3. Serenum, *quo intelligimus ſiccum & clarum: Et hoc vel eſt purum & ſincerum, & tum ponitur læta ſerenitas, vel mixtum, & tum additur vel ros vel pruina. Veluti ſerenum roridum, ſerenum cum pruina.* 4. Obſcurum, *nebula, nubes obſcura, ſtantes, vel volantes.* 5. Humidùm: *Et hoc vel roridum, quando q. nebula humida ſpargitur, vel etiam ſine ſpecie nebula, aut pluria continua vel intermittens, profuſa vel tenuis, Item imber, grando, nix.* 6. Tranquillum, *quod eſt ſine ventis aura, atque id prorſus, aut aliquo modo, aut q. Eteſiæ. Et* 7. Venti, *quorum nomina in Calendariis ponuntur quantum poſſibile eſt. Qualitas quoque additur num ſint remiſſi, validi, tumultuantes, turbidi, frigidi, calidi, &c.*

Poſtea vt ſingulis dieb. convenientes tempeſtates adſcribantur, non tantum generale iudicium ad novilunia, plenilunia & quadraturas pertinens,

In particulari iudicio, ortus & occaſus item mediationes cœli ſtellarum, conſiderentur. Effectus fixarum.

primum conſulitur, ſed & ortus & occaſus ſtellarum, & culminationes cum Sole: Item applicationes Lunæ ad fixas diligenter examinantur, & ex Planetæ natura quam referunt, ipſarum vis & efficacia diiudicatur. Sunt enim, vt monet Stadius, cap. 7 tab. Bergenſ. & vt in præcedenti membro cap. 2. diximus: Saturninæ ſtellæ, *gelidæ & frigidæ; item grandinoſæ.* Ioviales *ventoſæ & ſalubres.* Martiales *tonitruoſæ vt & Iovis, ſed magis impetuoſæ, ſubitæ, igneæ, procelloſæ. Cum Saturno permixtæ peſtilentes ſuffocantes.* Solis *æſtuoſæ.* Venereæ *humidæ, frigidæ.* Mercurii *indifferentes. Cum Venereis permixta venenoſæ peſtilentes: Cum Iovialibus tempeſtuoſæ: Cum Martii impetuoſæ: Cum Saturniis egelidæ:* Lunares *turbidæ, caliginoſæ & tenebroſæ: Nebuloſæ nebulas faciunt. Nec tantum applicationes Planetarum ad ſtellarum fixarum corpora excutiuntur, ſed & aſpectus ad fixas,*

Applicationesquoque & aſpectus ad fixas merito attenduntur.

primæ præſertim magnitudinis. Quod quidem facilius fieri poteſt, ſi themati cœli ad lunationem aliquam conſtituto inſerantur fixæ. Faciunt autem exortus ſtellarum cum Sole maiorem mutationem quam occaſus: Ac ortus matutinus validiſſimus eſt: Proximus ortus veſpertinus. Hunc excipit cœli mediatio. Poſt occaſus matutinus quartum; Occaſus veſpertinus quintum locum tenet: Id quod in genere quoque innuit Card. 2 Aphor. 185. vbi dicit: Orientia ſydera plus mouent tempeſtates: Inde quæ in corde cœli ſunt; vltimo quæ occidunt. Cæterum vt occaſus vno die contingit, ita vno die finitur. At mutatio aeris quæ fit prima die ortus, durat per dies plures. Sic effectus ortus Arcturi durat dies 8. vel 10. Caniculæ dies 30. quorum alii ante, alii poſt ortum Coſmicum numerantur. Conſulenda igitur ſunt probatorum Aſtrologorum ſcripta, experientia & longa obſervatione comprobata, & ex illis cum effectus, tum duratio effectuum petenda eſt.

Ortus & occaſus ſtellarum ſucceſſu tempores mutantur.

Vt autem de præcipuarum ſtellarum ortu & occaſu, earumque efficacia facilius iudicetur, obſervationes aliorum & noſtras iuxta ordinem menſium diſtributas, & ad noſtra tempora noſtrumque horizontem accommodatas, hic annotabimus. Retinent enim ſtellæ vires ſuas ſemper, nec vnquam per ſe mutant: ortus vero & occaſus ob progreſſum in conſequentia, latitudinem loci diverſam, & dierum anni civilis inprimis Iuliani, qui cœlo non plane conſentit, variationem, in alia loca, & dies alios, ſenſim transferunt: Id quod Simiæ caput nondum intelligere videtur, etiam poſt tantum tempus, quo Aſtrologica ex præceptorum ſuorum tradiris ſe comportaſſe, & ſcholaſticis ſuis propoſuiſſe, in ſcripto lingua vernacula edito, in quo bacchantium more in aliorum & ſuam ipſius exiſtimationem ſtulte ſæviit, glorjatur. Etenim ſi Aſtrologus eſſe & haberi velit, ſcire deberet, & cœlum eſſe in perpetuo motu, & ortus & occaſus ſtellarum variare tempora & loca ſua. Quando vero me in his à præceptorum ſuorum traditis diſcedere, in reliquis ſecum conſentire garrit, ſuam non modo ipſe inſcitiam prodit, ſed & calumniatorem ſe agere, aperte cuivis rem intelligenti oſtendit. Quomodo enim ſibi aſſerere poteſt, quæ aliorum ſunt? quomodo alios docere, quæ miſer non intellexit, quorumque ſententiam non aſſequutus eſt? Sed fieri ita ſolet, vt quam quis alteri foveam parat, in eandem iptæ

αὐτοδιδάσκαλος hic reprehenditur.

ia.

incidat. Nos relicto Pyrgopolinice in noſtris progrediemur.

Ianuarius anni Iuliani nondum reformati.

Calendis Ianuarii *& diebus aliquot ſequentibus, dum* ☉ *a 19. gr. ad 23* ♑ *procedit, oriuntur in hoc noſtro horizonte veſperi à 19. grad. ad 23. vſque* ♋ *tres ſtellę illuſtres* Cinguli Orionis *de quo cingulo Ptol. in enarrat. ſtellar. ſignificationibus ad Nonas Februarii ſic ſcribit: Zona* Orionis *emergit, turbidus eſt aer Favonii ſtatu.* Cingulum Orion. Or. V.

III Ianuarii die roſtrum Corvi *de natura* ♄ *&* ♂ *occidit mane cum 22 grad.* ♋, *& auram largitur turbidam craſſamq;* Roſtrum Corui Oc. M.

VI Ianuarii *oritur mane cum Sole in 25 grad.* ♑ humerus ſiniſter ♒ *de natura* ♄ *&* ☿ *: Et axilla* ♐ *de natura* ♃ *&* ♄, *aura frigida conglacians orientali vento iuncta animadvertitur.* Humerus ſiniſter Aqu. Or. M.

VIII Ianuarii *oritur veſperi* Orionis in capite nebuloſa *de natura* ♃ *&* ♄. *Occidit vero cum Sole & 27 grad.* ♑ *brachium dextrum Herculis de natura,* ☿ *Borrhapeliotes ſpirat, & aerem incraſſat cum remiſſione frigoris.* Nebuloſa capitis Orio. Or. V.

IX *Ianuarij Oritur manè* Cauda ♏ *de natura* ☿ *&* ♂, *& occidit collum corvi de natura* ♄ *&* ♂ *varius fit aeris ſtatus.* Cauda ♏ Or. M.

X vel XI *Ianuarii:* Lucida Coronæ *veſperi occidit, cum 0. grad.* ♒: *De qua Ptol. Corona occidit, tempeſtatemque efficit. Oriuntur & circa illa tempora veſperi Aſelli & præſepe Boreus quidem Aſellus cum 29. grad.* ♋, *Auſtrinus cum grad. 3* ♌. *pręſepe cum 1. grad.* ♌ *De quibus Stad. cap. 7. tabul. Berg. Non exiguam habent ſignificationem pluviarum Aſelli et præſepe, quando Lunæ aut Veneris coniunguntur, aut ex adverſa aut quarta parte* ♃, *præſertim in procelloſis aut humidis ſignis eaſdem aſpicit, Luna tanquam internuncia à Mercurio ad Iovem defluente. Mane vero occidunt Auſtrinus Aſellus 12. Ianuar. cum 2. grad.* ♌ *14. Ianuar. Pręſepe cum 5. fere gradu* ♌. Lucida ♒ coronæ Occ. V. Aſelli & præſepe Oriunt. V.

XVI *Ianuarii Oritur veſperi* Canis minor *cum 6. grad.:* ♌ *varius eſt aeris ſtatus.* Canis minor Or. V.

XXI *Ianuarii* Boreus aſellus ♋ *mane occidit cum 11. gr.* ♌. Aſellus Bor. Occ. M.

XXI *Ianuarii Oritur veſperi cum 11. grad.* ♌ Venter leporis *de natura* ♄ *&* ☿, *exaſperatur frigus.* Venter leporis Or. V.

XX*III* Ianuarii *Occidit mane* Algorab ſeu ala dextra Corvi *de natura* ♄ *&* ♂ *cum 13. grad.* ♌, *& aeris turbationem nubeſque nivem ſpargentes addunt.* Algorab Occ. M.

XXIIX *Ianuar.* Sirius *oritur veſperi cum 18. grad.* ♌, *& remiſſionem frigoris cum aura leni affert.* Sirius Or. V.

XXX. *Ianuar.* Aquila *veſperi cum 20. ferme grad.* ♌ *occidit, tempeſtatemque ſecundum Ptol. efficit.* Aquila. Oc. V.

Februarius.

III Februarii Regulus *veſperi exiſtente Sole in 24. gr.* ♒ *oritur cum 24. grad.* ♌. Regulus Or. V. & Occ. M.

IV vero Februar. *mane occidit cum 25. grad. Tychoni cum 26* ♌ *De quo Ptolom. ad Cal. Febr. Aſtrum clarum in pectore* ♌ *occidere incipit, ſtat*

principium Martii, mentionem quoque facit in ortu Arcturi pluuiarum, & flatus Fauonii per 12. dies. Et Stadius ſtatim in principio cap. 7. ſtellarum fixar. hæc refert: Arcturi ſydus non ſine procelloſa grandine emergere teſtis eſt cum Columella Plinius præſertim ſi Lunæ, aut ♂ radijs adiuuetur: Si ♄ acceſſerit, pluuioſam tempeſtatem aliquot continuis diebus obſeruauimus.

XI vel XII Martij ☼ *ingreditur Arietem. Fauonius late ſpirat, Ciconia apparet, & mare tranſmittit. Hæc Ptol. ad 17. Cal. Aprilis. Noſtris vero hominibus Ciconia venit die Gertrudis ſeu 17. Martii.*

Lucida Coronæ Or. V.

XIV Martij Lucida Coronæ *de natura ♀ & ☿, oritur veſperi cum 3. Tychoni 4. grad. ♎, tempeſtateſque in mari, & alijs humidam ac ventoſam auram minatur. Nec diſſimilia operatur* Spica ♍ *ſtella de natura ♀ & parum ♂, quæ 22. Martii occidit mane cum 10. grad. ♎.*

Spica virg. Oc. M.

XXIII Martij Cauda ♏ *de natura ☿ & ♂, occidit mane cum 12. fere grad. ♎. Et notante Ptolom. ad 5. Calend. April. vehemens flat ventus, pluuiaſque cum tonitribus commiſcet. Fiat etiam nonnunquam Septentrio pluuius.*

Caudæ Scorp. Oc. M.

XXIX Martij ala dextra & Cervix Corvi *de natura ♄ & ♂ oriuntur veſperi cum 18. grad. ♎, Auſtrumque pluuioſum producunt.*

Ceru. Corui Or. V.

XXX Martij Nebuloſa ſequens aculeum ♏ *occidit mane, cum 19. grad. ♎, De quo occaſu Ptol. ad Calend. Aprilis ita loquitur: Scorpius occidit & nebuloſum eſt cœlum Aquilonis flatu. Eodem die oritur veſperi cum 19. grad. & 30. l ♎* Spica ♍, *aerque frigidior, humidior & turbulentior animaduertitur.*

Nebuloſa Scorpion. Oc. M.

Spica Vir. g. Or. V.

Aprilis.

VI Aprilis Roſtrum Corvi *de natura ♄ & ♂ cum 21. fere grad. ♏ veſperi oritur, aeremque frigidum affert. Oritur & eodem tempore* dexter humerus Herculis, *ſtella ☿, ventumque Orientalem mouet.*

Roſtrum Corui Or. V.

II vero Aprilis Brachium dextrum Herculis *ſimiliter oritur veſperi, idemque operatur.*

Dexter humer. Hercul. & brachium dextr. Or. V.

V Aprilis Siniſter humerus Herculi *veſperi exoritur, cum 25. fere grad. ♎, aeremque niue pluuiiſque mixtum agitat.*

VII Aprilis Caput Andromedæ *veſperi occidit cum 27. fere grad. ♈, frigidamque aeris conſtitutionem affert.*

Caput Andromedæ Oc. V.

XI Aprilis *occidit mane* cauda ♌ *cum 1. grad. ♏, niueſque aere exiſtente frigidiore minatur. Tychoni ad 15. Aprilis & 5. grad. ♏ pertinet.*

Cauda Leon. Oc. M.

XIV Aprilis Tergum ♌ *ſtella ♄ & ♀ occidit mane, nebulaſque cum rore cadente gignit. Occidit & eodem die veſperi* venter Leporis *cum 4. gr. ♉. ventoſque frigidiores affert.*

Tergum Leon. Oc. M.

Venter Leporis. Oc. V.

XVII Aprilis *calculo Prutenico oritur* anguſtus terminus Plejadum *mane cum 6. grad 30. min. ♉. Tychoni cum 12. ferme grad. ♉, quem & aliæ Pleiadum comitantur. De quibus Ptolom. in ſignif. ſtellarum fixarum ad 10. Calend. Maii hæc refert: Vergiliæ oriuntur, Fauonius ſpirat: Et addit poſt triduum; deſinit ver. Nonis quoque Maii hæc adſcribit: Vergiliæ oriuntur matutino, & Fauonius ſpirat; Et ad ſequentem diem principium æſtatis reponit, & præualere Fauonium addit. Nec diſſentit Cardan. 7. Aph. 103. vbi dicit: Vergiliarum exortus Subſolanum excitat ventum. Item Stad. cap. 7. vbi ex Hipp.*

Pleiades Or. M.

doctrina

Digitized by Google

doctrina vernum tempus ab æquinoctio vſque ad exortum Pleiadum matutinum: Aeſtatem verò ab exortu Pleiadum, ad Arcturi vltimum aſpectum, ſeu occaſum Heliacum extendit. At nos hoc tempore vernum tempus ab æquinoctio ad Solſtitium æſtiuum. Inde vero ad æquinoctium vſque autumnale æſtatem determinamus.

Caput Herc. Or. ∆ — *Eodem* 17 Aprilis aut 18 *ſecundum Tychonem veſperi quoque oritur* Caput Herculis *cum 7. fere grad.* ♏, *cum ſtella ſit de natura* ☿ *&* ♂, *tonitrua frequenter excitat.*

Lucida lancis Boreæ Or. V. — XIX Aprilis lucida lancis Boreę *oritur veſperi cum 8. fere grad.* ♏; *vt & lucida lancis Auſtralis ſequenti die cum 9. grad.* ♏, *frigidioreſque noctes ob naturam ſtellarum* ♄ *promittunt. Occaſus vero matutinus* lucidæ lancis Auſtralis 22. *April. cum* 11. *grad.* 50. ♏ *Cardano 7. Aphor. 94. imbres mouet.*

Siniſt. pes Occ. V. — XXIII Aprilis vel etiam XXIV. *occidit veſperi* ſiniſter pes Orionis *cum* 12. *grad.* ♉ *ferè: Cumque ſtella ſit de natura* ♃ *&* ♄ *tempericm aeris commodam promittit: atteſtante tamen* ♄ *pruinas affert.*

Vltima caudæ Ar. Or. M. — *Oritur etiam XXIV* Aprilis *cum Sole* vltima cauda ♈, *quæ quia ſtella eſt Venerea aerem rore matutino humectat. Accuratiores obſeruationes huius ſtellæ ortum tribus diebus antevertunt.*

Clypeus Orio. Oc. V. — *XXX* Aprilis Clypeus Orionis *veſperi cum Sole occidit in* 19 *fere grad.* ♉, *aeremque pluuioſum efficit.*

Maius.

Vlt. caud. Ari. Oc. V. — *II* Maii vltima cauda ♈ *cum Sole occidit veſperi, pluuiaſque nocturnas parit.*

Cor. Scor. Oc. M. — *III* Maii Cor ♏ *cum* 21. *grad.* ♏ *occidit mane, aeremque æſtuoſum reddit.*

Sir. Oc. V. — *IV* Maii Sirius *veſperi occidit cum* 22. *grad.* ♉, *conturbatur aer ab Auſtro, & Aquilo ſimul permiſcetur, iuxta Ptol. ad vltimum Aprilis diem. Stad. cap. 7. tab. Bergenſ. refert: Sirii veſpertinum occaſum, ſi biduo antevertat vel ſequatur plenilunium, ſegeti rubiginem, & floreſcentibus vredinem prænunciari: vnde & Romani leniendæ cæleſtis iniuriæ cauſſa Robigalia ſiue rubigalia, quorum Plin. lib. 18. cap. 29. meminit, & Floralia, illa ex Numæ decreto ad 7. Cal. Maii, hæc ex Sybillarum oraculo ad IV. III. pridie & ipſas Calend. Maii celebrarunt. Noſtro vero ſeculo ad hanc imitationem paſſim pompa ſolemni die S. Marci & Rogationum diebus fieri ſegetum & fructuum luſtrationes credibile eſt.*

Hades Oc. V — *VI & VII* Maii *incipiunt occidere* hyades, *de quibus Ptol. ad* 17. 16. 13. *& 6. Cal. Maii hæc ſcribit: Succulæ occidunt, ſpirant venti frigidi, Fauonius, item Affricus veſperi, fit veris conuerſio, flat & Auſter: Et obſeruationibus comprobatum eſt, auram vt plurimum humidam tum animaduerti; Iiſdem quoque diebus Zona Orionis occidit veſperi, cum* 23. *vſque ad* 25. *grad.* ♉, *efficitque humidum & ventoſum tempus.*

Pleiades Oc. V. — *IX* Maii Pleiades *incipiunt occidere veſperi cum* 27. *grad.* ♉, *de quibus Ptol. in principio Aprilis ſcribit, quod Affricum ventum commoueant, qui tandem ad Fauonium deuoluitur. Eſt & hoc notandum, quod Stad. cap. 7. de ple-*

de pleiadibus his verb.monet : Obſeruauimus ♀ aut ♂ per pleiades tranſitum , aliquot diebus pluuioſam ciere tempeſtatem : Itidem fieri ſolius Martis παρόδῳ.

XI Maii Lampadias ſeu oculus ♉ *occidit veſperi cum 29. grad. tempeſtateſque procreat. Idem ferme operatur* oculus Boreus ♉, *qui XII Maii occidit cum principio* ♊.
Oculus Tauri Oc. V.

XV Maii Humerus dexter Centauri *ſtella Venerea & Mercurialis oritur veſperi cum 4. grad.* ♓ *humidumque efficit aerem.*
Humerus dext. Centauri Or. V.

XIIX Maii Procyon *occidit Heliace. Atque his temporibus fluctuant in cellis vina. Stadio cap.7. ſtell.fix.*
Procyon Oc. Her.

XXI Maii Cor ♏ oritur veſperi *cum 9. grad.* ♓ *tempeſtateſque gignit.*
Cor Scorpionis Or. V.

XXII Maii *oritur cum Sole* oculus Boreus ♉ *idemque ferè operatur.*
Ocul. Bor. Taur. Or. M.

XXIII Maii Aquila *veſperi oritur cum 12. grad fere* ♊, *pluuiaſque repentinas, fulgura, ac tonitrua commouet. De qua Card.7. Aph.95. hæc tradit ex Plinii ſententia cap. 29. lib.18. Aquila exortus, ſi in interlunium aut plenilunium incidat, omnes præcoces & uernos fructus lædi neceſſe eſt. Et 7. Aphoriſm.97. Si Aquila exoriente ueſperi plenilunium incidat, oleas ac uites florentes tum maximè fructibus non modo priuat, ſed etiam inpoſterum minus fœcundas reddit. Stadius cap.7. exortum Aquilæ ueſpertinum ad 2. Iunii in ſuo horizonte applicat, dicitque ſi in plenilunium cadat, & olei & uini ſterilitatem utroque tum florente portendere. Atque hæc eſt cauſſa, quare plebei ex die Vrbani, 25. nempè Maii, de Vindemia iudicent.*
Aquila Or. V.

XXIV Maii Hyades *mane oriuntur cum 12. gr.* ♊. *pluuiaſque faciunt, quæ ſunt mali ominis ad vini prouentum. Ptol. ad 13. & 9. Cal. Iunii dicit: Succulæ oriri incipiunt, flat Aquilo & pluit.*
Hyades Or. M.

XXVII Maii oculus ♉ *mane oritur cum 16. grad. fere* ♊, *efficitque pluuias & tempeſtates.*
Oculus Tauri Or. M.

XXX & XXXI Maii Delphin *oritur veſperi cum* 18. *&* 19. *grad.* ♓, *variumque & nebuloſum cœlum producit.*
Delphin Or. V.

Iunius.

I Iunii ſiniſtrum femur ♐, *ſtella de natura* ♄ *&* ♃, *occidit mane cum 20. grad.* ♐, *cœlumque ſerenat. Occidunt & tum mane ſtellæ quædam Ophiuchi, quæ aerem obſcurant nubibus, cum ſint Saturninæ & Venereæ.*
Siniſtr. femur Sag. Occ.

VI Iunii Procyon *veſperi occidit cum 24. grad.* ♊, *de quo Cardan.7. Aphor.96 Procyonis occaſum, qui quadriduo fermè extenditur ad florentem meſſem; ſi occupauerit plenilunium, fruges omnes lædi neceſſe eſt. Et Stad. cap. 7. errant. ſtell. Procyonis occaſus veſpertinus ſi interlunio eueniat, florenti oleæ & viti iniuriam ex vredine adfert.*
Procyon Occ. V.

VII Iunii occidit mane cum 25 ♐ Axilla ♓, *& ſerenitatem promittit.*
Axilla Sagitt. Occ. M.

VIII Iunii *dies eſt* Medardi, *ex quo vel pluuioſo vel ſereno plebei de meſſe iudicant. Pluuioſus enim pluuiam: Serenus ſerenam meſſam pollicetur. Et licet iudicium hoc non ſemper cum euentu exactè reſpondeat, raro tamen*
Dies Medardi quare Critic.

pror-

Digitized by Google

prorſus aberrat. Oriuntur & tum mane complures ſtellę ♊ Venereę & Mercuriales, quæ dubias admodum aeris conſtitutiones afferunt. Caput autem ♊ pręcedens ſtella de natura ♂ & ☿, ventos mouet occidentales.

Iaculum Sagit. Oc. M.

IX Iunii Iaculum ♐ *ſtella Martialis & Lunaris cum 28 fere gradu ♐ mane occidens pluvias minatur, nec diverſum operatur dexter humerus Pegaſi, veſperi oriens.*

XII Iunii ☉ ingreditur ♋, *Eſtq; Solſtitium, & tum Plin. cap. 25. lib. 16. floret vitis & quæ paulo ſerius incipit olea.*

Arcturus Oc. M.

XVI Iunii Arcturus *mane occidit cum 4. grad. ♑: De quo Ptol. ad vltimum diem Iunij loquitur: Arcturus occidit mane, & aeris eſt intemperies. Tempeſtuoſa enim eſt ſtella, quæ evidentis aeris mutationes oriens & occidens affert.*

XVII Iunii nebuloſa ♐ *cum 5. grad. ♑ oritur veſperi, nebulasque producit.*

Nebuloſa Sag. O. V.

XVIII Iunii hydræ lucida *occidit veſperi, ſtella de natura ♄ & ☿, nubibuſque cælum obducit cum pluuia quadam.*

Hydr. Oc. V.

XX Iunii nebuloſa ♐ *occidit mane, cum aere turbido & nubiloſo.*

Nebuloſa Sag. Occ. M.

XXI Iunii Humerus ſiniſter Orionis *mane oritur cum 9 grad. ♋. De quo ad 15. Cal. Iulij ita ſcribit Ptol. Favonius cum Auſtro ſpirat, Orionis humerus apparet, Oritur & mane eodem die caput ſequens ♊, ventoſque occidentales creat.*

Humerus ſiniſt. Orionis Or. M.

XXIII Iulii caput Andromedę *ſtella de natura ♀ & ♃ veſperi cum 11. grad. ♑ oritur, grataque aeris temperies inde cauſſatur.*

Caput Andromedæ Or. V.

XXIX Iunii Humerus dexter Orionis *cum Sole mane attollitur, pluviaſque minatur: Occidit & veſperi eodem die lucida extra formam ♊ de natura ♄, & auram frigidiorem deſignat.*

Humerus dexter Orio. Or. M.

Iulius.

II Iulii, qui eſt viſitationes Mariæ, oritur mane Cinguli Orionis prima *cum 19 grad.* ♋ Eſtque Criticus dies. *Namque ſi pluvia hoc die ceciderit, fieri ſæpe ſolet, vt duret continuas 4 hebdomadas. Et de ortu Orionis in hunc modum loquitur Stadius cap. 7. ſtell. fix. Si Iupiter Soli, aut ♂ Ioni permiſcebitur Orione exoriente, eius ſyderis vehementia tempeſtatem ſub ortum Sirij dabit. Aquilo Prodromus diſtabit aeris corruptionem, Eteſiæ egelidi & ſicci perflabunt, & autumnus ſalubris erit. Iovis ac Mercurij commixtio eadem promittit. Idem fere ſentit Cardan. in com. ſuper text. 57. lib. 2. quadr. Ptol. vbi dicit: Cum Orion exoritur, flat Aquilo Ptol. uero ad 14 & 13. Calend. Iulii hæc monet: Orion exoritur matutino, Auſter & Fauonius flat, pluit & tonat.*

Cingulum Ori. Or. M.

Roſtrum Corui Oc. V.

V Iulii Roſtrum Corvi *occidit veſperi cum 22. grad. ♋ auramque turbidam, craſſam & morboſam profert.*

Siniſter pes Orion. O. M.

VII Iulii ſiniſter pes Orionis *oritur mane, cum 24. grad. ♋, & tranquillum ac ſerenum aeris ſtatum deſignat.*

Humerus ſiniſt. Aqu. Or. V.

VIII *I*ulii Humerus ſiniſter ♒ oritur *veſperi cum 25. grad. ♑ & frigidam auram cum ventis largitur.*

X Iulii Collum ſeu ceruix Corvi *occidit veſperi, & magnum aeris*

ris inconſtantiam adducit cum fulgure, & tonitru.

XII Iulii Boreus aſellus *oritur mane cum 29. grad.* ♋ *euidentemque ad pluuias ſignificationem exhibet.*

Ceru. corui Oc. V.

Boreus aſell. Or. M.

XIII Iulii Lucida coronæ *occidit mane cum principio* ♌, *flat iuxta Ptol. ad Nonas Iulii Auſter.*

Lucida coronæ Oc. M.

XV & *XVI* Iulii Aſellus Auſtralis *occidit primum veſperi, & poſtea oritur mane, pluuiaſque & obſcurum cælum coincidente & præſepis occaſu notat.*

Aſell. Auſtralis Or. V. Oc. M.

XX Iulii Procyon *oritur mane cum 6. grad.* ♌. *Et Ptol. ad Idus Iulii Eteſiæ inualeſcunt.*

Procyon Or. M.

XXI Iulii Caput ſequens ♊ *cum 7. Tychoni cum* 8. *gradu* ♌ *occidit veſperi, ventoſque occidentales producit, inprimis ſi atteſtetur* ☿.

Caput ſequens Gemin. Oc. V

XXV vel *XXVI* Iulii Aſellus Boreus *veſperi occidit cum 13. grad.* ♌ *ſecundum Tychonem; quo tempore Eteſiarum prodromi Aquilones ſpirare ſolent. Card. 7 Aph. 103. ex Plinij ſententia lib. 2. cap. 47. hęc refert: Caniculæ exortum octo diebus antecedunt prodromi Aquilones: Succedunt autem illis poſt dies duos Eteſiæ 40. diebus, quibus Caniculę vis etiam ferme perdurat. Stad. cap. 7. idem ex ſua experientia confirmat. Dicit enim: Verum eſt octo fere diebus Aquilonem prodromum ante Canis ortum aliquot præteritis annis ſpiraſſe.*

Aſellus Boreus Oc. V

XXVII Iulii Ala dextra Corvi *veſperi cum* 14. *gradu* ♌ *occidit, nubeſque & pluuias nocturnas producit. Ventos vero excitat occaſus matutinus ſiniſtri humeri Herculis 28. Iulii.*

Ala dextra Corui Oc. V.

Auguſtus.

I Auguſti Sirius *oritur mane, cum 18 gr.* ♌ *De quo Card 7. Aphor. 94: Canicula exoriens maria ac terras, & animantium omne ferme genus contutit. Et 7. Aph. 72. Vix fieri poteſt, vt ſub exortu Caniculę ſiccitas & morbi non vigeant. Item Stad. cap. 7. Sirii ortu matutino maria feruens, fluctuant in cellis vina, (quod etiam Procyonis occaſu Heliaco apud nos fieri ſupra ad 18. Maij monuimus) mouentur ſtagna, canes in rabiem aguntur, ſideratione piſces aliquot corripiuntur. Addit & hoc Stadius in eodem cap. Sirium ardentem irritat* ♂ *commixtus,* ♃ *mitigat, Venus remittit, ſi Soli ſinguli permiſceantur. Quod ſi ſimul confuſis radiis ſe circumfundant, æſtum accendent, ita vt ſi quam pluuiam tunc deſcenſuram prædixeris, caſu lapſuram rectè dixeris cum Ariſtotele.* Diaphanes ſcribit: *Si exoriente cum Sole Sirio, Luna Arietem permeabit, præſignificari ſcias pluuioſam tempeſtatem, ſi* ♉ *procelloſam, ſi* ♊ *peſtilitatem, ſi* ♋ *ſiccitatem, ſi* ♌ *æſtum vrentem, ſi* ♍ *imbrium frequentiam & mulierum abortus, ſi* ♎ *intemperiem ſiccam, ſi* ♏ *peſtilentiam, ſi* ♐ *&* ♑ *pluuioſam tempeſtatem, ſi* ♒ *ſiccam & morboſam, ſi* ♓ *largam pluuiam per annum ſequentem. Iſta an ſint vera nondum exactè mihi explorata eſſe cum Stad. merito affirmo. Securius v. videtur præſagium ex variis commixtionum cauſſis petitum.*

Sirius Or. M.

III Auguſti Aquila *occidit mane cum 20. vel 21. grad.* ♌ *& Ptol. ad finem Iulij & principium Auguſti flat Affricus, eſt aer turbidus, arenteſque*

Aquila Oc. M.

Digitized by Google

ſunt æſtus. Cardan. dicit 7. Aphor. 84. Aquila occidens mane Eteſias ventos ſuſcitat, qui Ptol. ad 12. Cal. Auguſti per 21. flant dies.

Regulus Or. M Occ. V.

VII Auguſti Regulus *mane oritur cum 24. grad. fere ♌ cuius exortu Aquilonem egelidum flare Ptol. ſcribit ad 4. Cal. Auguſti.*

VIII Auguſti *occidit rurſus* Regulus *veſperi cum 25. fere grad. ♌ De quo Card. 7. Aph. 94. ſcribit: Cum occidit cor ♌ Fauonii inſurgunt.*

Tergum Leon. Or. M.

IX Auguſti tergum ♌ *vna cum pectore oritur mane cum 26. grad. ♌ auram nonnihil frigidam & humidam proferre conatur ob ſtellas Saturninas & Venereas.*

Dextræ tibiæ Aqu. Auſtr. O. M.

XI Auguſti Auſtralis dextræ tibiæ ♒ *occidit mane, & tonitrua ac coruſcationes efficit.*

Hel. Sir. Oritur Hel.

XIII Auguſti oritur Sirius *Heliace, qui initium præbet anni Græcorum. De quo ortu Cic. circa finem lib. 1. de diuinatione ex Heraclide Pontico recitat: Caos ortum Caniculæ diligenter quotannis ſeruare coniecturamque capere ſolitos: Quod ſi apparuerit obſcurior q. caliginoſa ſtella; pingui ſcil. & concreto cœlo, tempus graue & peſtilens futurum. Contra ſi illuſtris & perlucida deprehendetur, purum tenueque ſignificari cœlum & propterea ſalubritatem aeris promitti. Occidit etiam mane eodem die* Delphinus *cum initio ♓, cuius occaſu, qui iuxta Ptol. ad eundem diem cum lepore non abſque æſtuoſo & ſqualente calore contingit, autumnus incipit Ptol. ad 16. Cal. Sept. Stad. cap. 7. ex Plin. lib. 18. cap. 31. refert: Si Delphini occaſu matutino imbres fuerint, non futuros exoriente Arcturo. Hoc ſpacium noſtro ſeculo & horizonte 30. dierum interuallum comprehendit, Oritur enim Arcturus 12. Septembr.*

Delphin. Oc. M.

Humerus dexter ♒ Oc. M.

XIX Auguſti *occidit mane* Humerus dexter ♒; *& oritur mane lucida hydræ cum 5. grad. ♍, pluuiaſque & ventos non ſine coruſcatione profert. Idem ferme operatur cubitus dexter ♒ occidens mane XX. Auguſti.*

Cauda Ceti Oc. M.

XXII Auguſt. Cauda Ceti *occidit, mane cum 8. fere grad. ♓ nebulaſque producit.*

Cauda ♌ Or. M.

XXIII Auguſt. Cauda ♌ *oritur mane & tempeſtatum ac grandinum cauſſa eſt.*

Dies Bartholomæi.

XXIV Auguſt. *dies eſt Bartholomæi, quem primum volunt eſſe ſanctum autumnalem, cuius dies ſi clara ſit, autumnum ſecuturum bonum opinantur agricolæ. Obſeruant etiam tum noctis præcedentis ventum aucupes: vnico enim ſpirante, felix eſſe aucupium exiſtimant. Stadius cap. 7. ſtellarum fixarum aliquot exemplis probat, quod circa hæc tempora, circa finem nempè Auguſti, maximè ſæuiat Corus, Ventus procelloſus, turbidus, grandinoſus, impetuoſus, violentus, qui ædificia euertit, arbores ſternit, & plauſtra onerata percellit, inprimis ſi à Iouis & ☿ cum Arcturo copula proritetur.*

September.

Aegidius venatorũ Criticus.

I Septemb. dies eſt Aegidii & venatorum Criticus, *quandoquidem cerui hoc die in Venerem ruere incipiunt: Quod ſi tamen tardius in libidinem ferantur, tardioris hyemis, ſignum præbent. De hoc die venatores iudicant, vt ſi eodem non pluat, autumnus reliquus ſiccus ſit, quod ipſum experientia non ſemper euenire comprobat. Eodem etiam die occidit mane* Herculis ſtella

præ-

præcedens in femore ſiniſtro *cum 18.grad.* ♓ *& ventorum occidentalium cauſſa eſt.*

Femur ſiniſt. Herc. Oc.M.

VIII Septemb. Vindemiator *oritur mane cum* 25.*grad.* ♍ *& auram frigidam ac humidam profert. Ptol.ad 6.Cal.Septembr. dicit: Vindemiator emergit Auſter & Fauonius flant.*

Vindemiator Or.M.

*XI.*Septemb. *oritur veſperi* cornu ♈ præcedens *cum* 28.*grad.* ♓ *& inconſtantiam aeris adducit.*

Cornu Arietis Or. V.

XII Septemb. Arcturus *mane oritur. De quo Ptol.ad 3.Idus Sept. & 12.Cal.Octobr.hoc monet: Arcturo exoriente imbres cadunt copioſi. Et ad Idus Sept.dicit: Hirundines non videntur. Quemadmodum enim occaſu Arcturi adueniunt, ita exortu recedunt. Vide ſupra* 10 *Martii diem. Scribit & Plin.lib.2.cap.39 Arcturi ſydus non ſine procelloſa grandine emergere. Hocque tum maximè verum experimur, cum* ♄ *radiis adiuuatur. Stad.cap.7. dicit: Videmus hirundines cateruatim recedere exortu Arcturi matutino.*

Arcturus Or.M.

XIII Septemb. Aequinoctium eſt: *vnde regulariter autumnum ordimur. De æquinoctio autumnali Card.7.Aph.103.ex ſententia. Plin.lib.2.cap. 47.hoc ſtatuit, quod in eo Corus flet ventus vehementiſſimus.*

XVII Septemb. Lucida coronæ *oritur mane cum* 3.*Tychoni 6.grad.* ♎ *ventoſque excitat: Ptol.ad Nonas Octob. de hoc ortu ita loquitur: Corona emergit & conuerſio eſt æſtatis. Item ad 3. Idus Octob. Corona exoritur matutino, venti commutantur aſperaque in mari fit hyems. Ventos quoque mouet ab occaſu, & aduentantem hyemem minatur Spica* ♍ *occidens veſperi cum* 10.*grad.* ♎ *XXIV. Septemb.*

Lucida Coronæ Or.M.

XXV Septemb. *occidit* cauda ♏ *cum* 11.*grad.*40. *l* ♎ *Flat iuxta Ptol. ad 10.Calend Nouemb. Aquilo & in mari tempeſtas eſt horrida.*

Cauda ♏ Oc.veſp.

October.

II Octobr. ala dextra & ceruix Corvi *oriuntur mane cum* 18.*grad.* ♎ *aeremque inconſtantem afferunt. Veſperi vero occidit nebuloſa ſequens aculeum* ♏, *cælumque obſcurum nebulis & nubibus efficit.*

Ceruix Corui Or. M.

III Octobr. *Oritur mane* Spica ♍ *& frigiditatem ac humiditatem auget.*

Spica Virgin.Or.M.

IV Octobr. Roſtrum Corui *oritur mane aeremque inconſtantem producit. Oritur & eodem tempore fere dexter humerus Herculis, qui ventorum flatus denunciat.*

Roſtrum Corui Or. M.

IIX Octob. Siniſter humerus Herculis, ☿ *ſtellæ, cum* 25.*gr.* ♎ *oritur mane, ſubitaſque tempeſtates cum vento & pluviis mouet. Addit etiam, ſi quadratus* ♄ *&* ♂ *coincidat, tonitrua.*

Humerus Herculis ſiniſt.Or. M.

X Octobr. *occidit mane cum* 27.*grad.* ♈ Caput Andromedæ *temperiemque gratam aeris pollicetur.*

Caput Andromedæ Occ.M.

XIV vel potius *XVII* Octobr. *occidit veſperi* Cauda ♌ *cum* 1.*grad. vel potius* 5.*grad.*30.*l* ♏ *ſecundum Tychonem. Circa hoc tempus plerique noſtrum poſtremum aeris teporem expectant, quem lingua noſtra Germanica appellamus* den Sallenſommer *l cuius initium & finis obſeruanda ſunt.*

Cauda Leon. Oc. V.

XVII Octobr. Cornu ♈ præcedens *occidit mane & aeris inconſtantiam affert.*

Cornu Arietis Oc. M.

P 2 Octob.

Tergum Leon. Oc. V.

XIIX Octob. Tergum ♌ *occidit veſperi, cælumque nubibus & nebulis obſcurat.*

Venter leporis Oc. M.

XIX Octob. venter leporis *mane occidens, ventis aerem mouet, & agitat. Eoſdem fere effectus & Caput Herculis mane cum Sole & 6. grad.* ♎ *oriens producit.*

Lucida lancis Or. M. Pleiades Or. V

XXI Octobr. Lucida lancis Borealis *oritur mane, cum 8. fere gr.* ♏, *& Fauonius ſpirat. Ptol. ad 4. Idus Octobr. Oriuntur & his temporibus veſperi* pleiades, *& copioſis pluuiis terram madefaciunt. Flat & Auſter Ptol. ad pridie Idus Octobris.*

Lucida lancis Or. M.

XXIII Octobr. Lucida lancis Auſtralis *oritur mane, ventoſque inordinatos procreat.*

Ophiuchi caput Or. M.

XXVI Octobr. Ophiuchi caput *oriens mane cum 13. fere grad.* ♏ *frigus exaſperat, & nubes producit. Eſt enim ſtella Saturnina & Venerea. Eodem quoque die Orionis pes ſiniſter mane occidit, & niues copioſis pluuiis mixtas plurimum affert. Idem ſignificatum confirmat vltima cauda* ♈ *veſperi oriens.*

Apex trianguli Oc. M.

XXX Octobr. Apex trianguli *mane cum 16. grad.* ♉ *occidens, ventos mouet occidentales.*

Nouember.

Clypeus Orio. Oc. M.

I Nouemb. Clypeus Orionis *occidit mane cum 19. fere grad.* ♉ *aeremque nubibus obductum cum vento, ſine tamen pluuia deuotat.*

II Nouemb. *quo Sol in 20. grad.* ♏ *exiſtit dies eſt Arabicis Aſtrologis Criticus, vt ex quo iuxta Pitat. in tractat. de mutatioae aeris ex Haly, Omaris & Safaris dictis &c. quod & notat Iunctin cap. 1. trac. de Reuolut. annorum mundi, ſcitur diſpoſitio aerea in pluuiis tonitruis & coruſcationibus in genere. Nam ſi tunc* ♃ ♀ *&* ☿ *fuerint Occidentales aut retrogradi, iudicantur anno illo pluuiæ multæ. Quod ſi* ♄ *&* ♂ *quoque conſiderentur, vter illorum fortior ſit, & quam ſocietatem cum Planetis inprimis Mercurio habeant, reliqua ad aeris mutationem pertinentia cognoſcuntur.*

Vltima caudæ Ariet. Oc. M

III Nouemb. vltima cauda ♈ *maue occidit, pluuiaſque nimbus mixtas producit.*

Cor Scorpionis Oc. V. Canis maior Oc. M. Cingulum Orionis Oc. M.

V Nouemb. Antares ſeu cor ♏ *veſperi occidit cum 22. gr.* ♏, *pluuiaſque deſignat. Eodem etiam die* Canis maior *occidit mane, & Ptol. ad tertium Cal. Decemb. Africo flante pluuioſus eſt dies. Eodem etiam die incipit occidere mane, cum 23. gr.* ♉ Cingulum Orionis. *De quo Ptol. ad vltimum Nouemb. ita loquitur: Orion occidit, Fauonius ſpirat & Auſtro flante pluit.*

Succulæ Occ. M.

IIX Nouemb. Succulæ ſeu hyades *incipiunt occidere mane, quib. Ptol. ad 10. Cal. Decemb. gelidas adſcribit pluuias.*

De iudicio tempeſtatum ex pectore anſeris.

X Nouemb. *Vigilia eſt Martini, cui Germani conuiuia dicant & anſeribus veſcuntur. Solent autem ex oſſe pectoris anſerini Septentrionales populi, referente Olao Magno lib. 19. augurium ſumere, quam ſæua & durabilis ſit futura hyems hoc modo: Si os pectoris clarum eſt eſis carnibus, hyems rigida apparebit. Si ſpiſſum & opacum, nix plurima hyemſque tepida ſequetur. Augurium vero hoc falſum eſſe apparet, quod nulla ſit non dicam conuenientia, ſed nec Analogia tempeſtatum cum oſſe anſerino; ipſaque adeo oſſa pectoris anſerum*

rum eodem tempore iugulatorum & exoſſatorum neutiquam inter ſi conſentiant, quod multoties experientia comprobatum eſt.

XI Nouemb. *& aliquot diebus ſubſequentibus occidunt* pleiades *mane. De quibus Ptol. ad 4. & 3. Idus Nouembr. hæc refert: Hyemis initium Virgiliæ occultantur: Et Cardan. 7. Aphoriſ. 103. ex Plinii cap. 47. lib 2. Virgiliarum occaſus excitat Aquilonem hyemalem; Stad. vero cap. 7. Criticum facit hunc occaſum: Virgiliarum inquit occaſus matutinus ſi nubilo cœlo accidat, hyemem pluvioſam denunciat: Si ſereno aſperam. Idem verbis antecedentibus dicit; Succularum & Pleiadum occaſum terra marique turbidumque eſſe Plinius tradidit. Veriora autem experieris, ſi Mars ſydera illa ſuo acceſſu extimularit. Si ☿ quoque aut radiorum conectu Martis vel aduerſo vel quadrato vrgebitur.*

Pleiades Oc.M.

XII Nouemb. Palilicium *occidit mane cum 29. grad. ♉, non ſine aeris commotione & pluuia niue mixta: quam conſtitutionem & 13. Nouembr. oculus Boreus ♉ occideus cum principio ♊ confirmat.*

Palilicii Oc.M.

XIV Nouemb. Cavum ſiniſtri pedis Ophiuchi *oritur mane cum 1. grad. 30. l ♐, nebulaſque & aerem tenebricoſum gignit.*

Cauum ſiniſtri pedis Ophiuchi Or. M.

XVI Nouemb. Humerus dexter Centauri *oritur mane, ventoſque et niuem vel pluuias profert.*

Humerus Centauri Or.M.

XVI Nouemb. Dexter talus aurigæ *oritur veſperi ſtella Martialis et Mercuriaʼis cum 3. grad. 30. l ♊. Et Auſtrinam aeris conſtitutionem cum vent: turbido producit.*

Dexter talus aurigæ Or. V.

XX. Nouemb. Cor ♏ *cum Sole & 9. grad. ♓ oritur, tempeſtateſque et humidam aeris temperiem affert.*

Cor Scorp. Or.M.

XXIV Nouemb. *oritur mane cum Sole* Aquila *et pluvias vel niues adducit cum remiſſione frigoris. Eodem quoque tempore* Arcturus *occidit Heliace, qui ortus Card. 7. Aph. 71. ſine imbribus vix fieri poteſt.*

Aquila Or.M.

Arcturus Oc. Hel.

XXIIX Nouemb. *oritur* Oculus ♉ *veſperi cum 16. grad. ferre ♊ & auram humidam ac nivoſam efficit.*

Oculus Tauri Or. V.

Vltimo Nouemb. Pes dexter Ophiuchi *oritur veſperi, ſtella de natura ♄ & ♀, nebuloſaque & obſcura aeris conſtitutione menſem claudit.*

Pes dexter Ophiuchi Or.V.

December.

I Decembr. *oritur mane cum Sole* cauda Delphini *index pluuiarum vel nivium.*

Cauda Delphini Or. M.

II Decembr. *occidit veſperi* ſiniſtrum femur ♐ *ventoſque & auræ ſerenitatem proferre conatur.*

Siniſtrum femur Sagit. Oc.V.

VI Decembr. *qui eſt Nicolai dies* Procyon *mane occidit. De quo ad 3. Cal. Decemb. Ptol. hoc monet: Canis occidit mane, & Affrico ſpirante pluit. Cardan. ex ſentent. Plin. lib. 2. cap. 47. de hoc tempore 7. Aph. 94. ita loquitur: Proximi ſeptem dies à Bruma, totidemque ante, raro ventis infeſtantur, hactenüque vocantur. Nec diſſentit Stadius c. 7. ſtell. fix. inquiens: Halcyonia ſiue tranquilliſſimam tempeſtatem, nobis quoque euenire circa Brumale Solſtitium obſeruauimus. Accidere enim ſolet tranquillitas illa, ſine ventorum flabris, cum hyems aſpera et aliquomodo ſerena eſt, terraq; gelu maximo conſtringitur, vt nihil fere vaporum è terra educi poſſit. Quod ſi hyems tepida & humi-*

Procyon Oc.M.

humida ſit, venti æque ac aliis temporibus, imo maiori impetu ruentes animaduertuntur.

Axilla Sagit. Oc. V. VII Decembr. *occidit cum Sole veſperi* axilla ♐ *ſerenitasque cum frigore intenſiore deſignatur.*

Iaculum Sagit. Oc. V. X Decemb. *occidit veſperi* Iaculum ♐, *quod cum dextro humero Pegaſi mane oriente leniorem auram & remiſſius frigus pollicetur.*

Arcturus Oc. V. XVI Decemb. Arcturus *veſperi occidit cum 4. grad.* ♑, *ante cuius occaſum venti Auſtrini flant Cardan, 7. Aph. 103.*

Nebuloſa Sagit. Or. M. *XVII* Decemb. Nebuloſa ♐ *oritur mane cum Sole, nebulasque & humiditates cum ventorum pugna procreat.*

Hydræ lucida Occ. M. XVIII Decemb. hydræ lucida *occidit mane, eoſdemque fere effectus producit.*

Nebuloſa Sag. Oc. V. *XX* Decemb. Nebuloſa ♐ *occidit veſperi, & nebulas obſcuritatemque aeris parit.*

Caput Gemin & Humer Orio. nis Or. V. XXI Decemb. Caput ſequens ♊ & humerus ſiniſter Orionis *oriuntur veſperi cum 9. grad.* ♋, *& remiſſionem frigoris cum aeris perturbatione & ventorum pugna afferunt.*

Caput Andromedæ Or. M. XXVII Decemb. caput Andromedæ *oritur mane, ſerenitatemque aeris pollicetur.*

Caput G min. præc Oc. M. XXIX Decemb. occidit mane Caput ♊ præcedens, & oritur veſperi humerus dexter Orionis. *niuesque cum ventis occidentalibus producunt.*

Quare ortus & occaſus ſtellarum non ſemper efficaces ſint. Atque hæc quidem de operationibus ortus & occaſus præcipuarum ſtellarum fixarum breviter afferre volui; vt inde reliquarum quoque efficaciæ melius iudicarentur. Etſi verò experientia quotidiana demonſtrat, has ſignificationes fixarum ſeſe eodem, quo determinatæ ſunt modo, non ſemper exhibere; vt dubium alicui exoriri poſſit, num commemorationi huic fides adhibenda ſit: ſciendum tamen aſſenſum neutiquam eſſe denegandum; quandoquidem ſtellæ fixæ & Sol, ex quorum coniunctо vel oppoſito aſcenſu & deſcenſu hæc determinatio deſumpta eſt, vere id quod diximus operantur & efficiunt, modo aliorum Planetarum ſuffragiis non impediantur, ſed potius adiuuentur.

Quemadmodum enim in gubernatione politica, Princeps à Conſiliarijs ſuis alijsque potentioribus ſubditis deſertus, eo modo quo conſtituit decreta ſua perficere nequit. Ita quoque in cœleſti in hæc inferiora regimine, Sol rex & dux cœleſtium corporum, ſine reliquorum Planetarum auxilio & conſentientibus radijs, operationes quas intendit raro expedit, cum illis vero optimè exequitur. Videmus ergo hyades & pleiades, vtut ſtellæ ſint ad pluvias & humiditates producendas aptiſſimæ, ortu tamen & occaſu ſuo cum Sole, eventum quem vel deſiderant, vel metuunt multi, ſæpius fruſtrare, & ſerenitatem confirmatam in pluuias non commutare: Id quod vel præcedentis Anni 1605. exemplo abunde comprobatum eſt.

Exemplũ noſtrum. *Cæterum vt ad plenilunium antea propoſitum, quod exempli loco explicare conſtituimus, redeamus;* A 27. Aug. Iuliani ad 3. Septembr. vſque ann. 1607. quo vltima quarta contigit, hæc aeris conſtitutio promittitur

Digitized by Google

titur: *Primò vtut plenilunium ſerenitas quadam præcedat: ipſa tamen oppoſitio, quia fit Ioue domino plenilunii exiſtente in latitudine Auſtrina, cum ſtellis ad mediam partem ♓ pertinentibus humidis, & Luna conſtituta in ſigno aqueo ♓, cum ſtellis ventoſis, concurrente △ ☼ & ♄ in triplicitate terrea frigida, & Lunæ ad Saturnum ⚹, ſpondet auram frigidam cum vento Notolybico & nubibus, quæ pluuiam dabunt lenem, ſed intermittentem 27. & 28. Auguſti. Poſt meridiem verò 28. diei, cum Luna ad Iouem deuoluitur in oppoſito ferè ☿, pluuioſa conſtitutio per procellam quandam in ſerenitatem mutabitur, quæ etiam in 29. Auguſti extendetur; aura adhuc perdurante frigida ob □ Lunæ & ♄. Hæc autem ſerenitas non erit diuturna, ſed accedente Luna ad oppoſitum ♀, viciſſim mutabitur nonnihil non renuente Ioue retrogrado cum ſtellis humidis, licet aliàs ſerenitatis parens habeatur. Viciſſim ergo cœlum nubibus tegetur & pluvias minabitur verſus noctem. Die 30. Auguſti ſuperata oppoſitione ſerenitas denuo expectanda eſt, flante etiam Noto, donec tandem Luna in ♉ propria exaltatione aliquo vſque progreſſa in exortu cum pleiadibus, & nubes & largam pluviam de nocte, inter 30 & 31 Auguſti dabit: Dies vero ipſa ſerenior ſperanda ob △ ♄ & ☽, item ☼ & ☽ ex ſignis terreis ſiccis.* Primus tandem Septembr. *viciſſim nubes coget, leneſque pluvias ſparget flante Affrico: Id enim Luna appropinquans □ ♂ & ⚹ ♃, quibus ſeſe miſcet □ ♄ ad ☿ irradiatio, polliceri videtur: ſimiliſque conſtitutio ad 2. Septembr. & initium ſeneſcentis quartæ perdurat: Neque enim plenilunium hoc aliud niſi ſummum inæqualitatem aeris, nubes & pluvias ſerenitati mixtas afferre poteſt, vt dictum, ſignificatoribus tam varie permixtis.*

Caput VIII.

De fœcunditate terræ ſeu annona.

ETſi annonæ aut fructuum penuriam & copiam, plerique ex anni principio ſeu themate revolutionis Lunationumque proximarum petunt: ſtatuimus tamen verius deſumi iuxta Cardan. ſegm. 7. Aph. 111. ex aeris temperatura in humido ac ſicco, vel inæqualitate, tum etiam ex pleniluniis noviluniiſque, ortu ſyderum & Eclipſibus, ſi præſertim ea omnia explorentur ad id tempus; quo ſingula florent. Arbores enim aliique fructus cum florent, maximè afficiuntur cœli iniuriis, & ſunt ſimiles parturientibus mulieribus. Cum autem fructus edunt, lactantibus ac nutrientibus, 7. *Aph.* 109. *Hinc vt recte monet Stadius c. 7. prognoſt. vniverſalium in tab. Bergenſ. pro fœcunditate & ſterilitate quorumvis fructuum iudicanda, conſideranda initio ſunt ad propoſitum horizontem; ex experientia & rei ruſticæ ſcriptoribus ſinguli fructus primum germinant & florent. Deinde quibus maturitatem adſequuntur. Tertio quibus colligi debent. Et poſtea ad illa tempora qualitates tempeſtatum ex præſcriptis mediis examinantur; tandemque de vilitate & caritate annonæ pronunciatur.* Qui enim, *vt eſt apud Cardan. 7. Aph.* 112. non poteſt in ſingulos dies de pruina, de nive, grandine, imbre, ac vento diſtincte prædicere, huic prædicenti abundantiam

Optimum de annona iudicium fertur ex temperie partium anni.

tiam

tiam vel penuriam frugum, credendum non eſt:

Ver nimiũ humidum.

Primum vero, vt de qualitatibus ſingularum anni quartarum ex com. Cardani ſuper text. 56 lib. 2. quadr. Ptol. agamus: Ponamus quod in vere ſint ſigna multi humidi, ac ſignificabitur tum putredo fructuum, & paucitas illorum, & abundantia herbarum inutilium: Florentes enim arbores aliaque ex terra naſcentia impediuntur, quod & frigoris hyberni reliquiæ nondum conſumtæ tum ſeſe inſinuent, & qualitate ſua noceant. Si vero adfuerint ſigna caloris, arbores cito emittent folia, & florebunt cito: Et fructus verni,

Ver calidum.

vt ceraſa, fraga erunt præcoces: ac ſi non colligantur ante iuſtam maturitatem, præcipuè ceraſa, vermes parient, præſertim in locis calidioribus. Nobis quidem id fermè nunquam evenit, ſed in Italia frequentiſſimum eſt. Apparebunt quoque roſæ ante tempus non multum odoratæ, & erunt omnia magis compoſita ad ſpeciem, id eſt, ad decus & ornatum, quam ad rem ipſam.

Ver frigidum ſiccũ.

Erit igitur ver formoſum & inutile. Quod ſi adfuerint ſigna frigoris & ſiccitatis, & cadat in fine veris pruina iuxta plenilunium, erunt pauciſſimi fru-

Ver ſiccũ.

ctus eo anno, & vini ac nucum ferme nihil. Quod ſi ver fuerit ſiccum, non admodum calidum, pauci erunt fructus & boni, & penuria frumenti. Quod

Ver frigidum.

ſi frigidum extiterit, erunt fructus pauci ijdemque ſerotini, qui tardius vel non plene ad maturitatem pervenient.

Aeſtas humida.

Aeſtas vero *ſi multis abundaverit pluviis fructus æſtivi putreſcent, & non erit copia frumenti, multique morbi graſſabuntur. Si fuerit ſiccior,*

Siccior.

erit penuria frumenti, fructus æſtivi erunt ſalubres, piſces morientur in

Calidior.

aquis, ob aquarum corruptiones, & morbi graſſabuntur acutiſſimi. Si vero calidior, erunt & morbi multi, & multa copia fructuum æſtivorum, & vinum

Frigidior.

quod proveniet erit generoſum. Si denique frigidior fuerit, ſaluber quidem erit annus, ſed fructus erunt ſerotini.

Autumnus humidior.

Autumnus humidior *putreſacit vuas, vinaque facit quæ vere pervertuntur, ob aquæ copiam, quæ ſimul cum vuis colligitur, & vino miſcetur. Si*

Siccior

ſit vltima parte humidior, ſequenti anno erit penuria frumenti. Si ſiccior in

Calidior

prima parte, erit eo anno penuria milij. Si calidior, erit morboſus atque omnino

Frigidior.

malus. Si frigidior, autumnalium fructuum fiet iactura in quantitate, ſapore & gratia.

Hyems frigida & ſicca.

Hyems frigida & ſicca *laudabilis eſt, frigidiſſima occidit arbores,*

Calida & humida.

maxime quæ cœlo calido gaudent: vt Punicum malum, ficum, perſicum, Citrinum, Arantium, limonium, &c. Calida vero & humida hyems inſalubris & peſtilens eſt, & ſegetibus inimica. Suffocat enim nimijs pluvijs ſata. Nives quoque mediocres fœcundant agros, & frugum afferunt abundantiam. Occidunt enim vermiculos & terram calefaciunt. 7. Aphor. 113. Omnis præterea immoderata intemperies & perverſio temporum mala eſt.

Ventorum vſus.

Ventorum quoque multitudo per annum noxia eſt fructibus, paucitas ſegetibus, tranquillitas totius anni de peſtilentia ſuſpecta eſt. Hæc igitur cognitis primis qualitatibus prædicere oportet Aſtrologum. Eſtque iudicium hoc omnium optimum & tutiſſimum.

Regulæ quædam ad annonã ſpectantes

Deinde vt tutius iudicium feratur, conſiderentur hoc in loco quoque hæ paucæ regulæ: 1. *Immoderata* quæcunque conſtitutio, annonæ penu-

Digitized by Google

penuriam & animalibus perniciem parit, Card.7.Aphor.123. 2 Validæ conſtitutiones dum florent ſata,ſi in Lunæ oppoſitionem aut ♂ incidant, plerumque annonæ inducunt penuriam, 7.Aph.98. 3 Generaliter nouilunia ſi in florem aut primum exitum germinum ſatorumve, aut cum ortu vel occaſu potentiſſimorum ſyderum incidant, calamitates prouentui frugum adferunt, 7.Aphor.99.& Stad.cap.7. 4 Eclipſes, quæ in florentem arborem incidunt,eius fructus eo anno inferunt penuriam, 7. Aph.110.Idem ſentit Stadius c.7.ita loquens: Solis Eclipſis ſi arbore aut quocunque alio ſato florente acciderit,ægrè defloreſcet,& ſpem fructus eludet. 5 ♄ in fixis ♉, ♌, ♏ & ♒ annonæ penuriam facit, & hominum mortem,vt inquit Raſis Card.5.Aph.60. 6 Meteora præcipuè Cometarum, ſi verno tempore apparent, adurente & ſuccum germinibus exugente halituoſa mole,omnium fructuum penuriam,& annonę caritatem inducunt: Stad.cap.7. vnde & alia ex ortu & occaſu ſtellarum deſumpta ad hanc rem pertinentia iudicia, quæ in præcedenti capite paſſim attigimus,peti poſſunt.

Vulgus autem Aſtrologorum,ut initio dictum,quæſtionem hanc de annona iudicat vel ex themate reuolutionis anni ſolo, ſequens hac in parte Alcabitium,qui in fine libelli ſui Iſagogici modum explicat. Vel ex themate ♂ aut ☍ luminarium,quæ proximè præceſſit æquinoctium vernum,quem exponit Haly part.8.de iudic.aſtror. c.31. Vel ex collatione thematum trium vernalium, quæ cum ad ingreſſum ☉ in ♈ tum nouilunia & plenilunia proximè antecedentia & conſequentia ingreſſum conſtituuntur. In illis enim conſiderant hæc tria. Vulgus Aſtrologorum quomodo iudicet de annona. *1 Dominum loci ☽ ſeu totius thematis,& an bonis vel malis Planetis aut radiis configuretur. 2 Dominum quartæ domus & ipſam 4 domum, quibus vel fortunetur vel infortunetur Planetarum congreſſibus vel radiis.3 Aſcendens ſeu primam domum,quibus & ipſa firmetur vel infirmetur Planetis et Syzygiis. Hi enim ſignificatores ſi maxima ex parte felices fuerint, ſignificant anni fertilitatem,ſi infelices ſterilitatem. Solent etiam nonnullas tradere Regulas, quæ in autorum lectione obſeruandæ, vſuque examinandæ ſunt: vt 1 Quando ♄ præeſt lunationi antecedenti reuolutionem, inprimis ſi concurrat & hoc, vt ☿ ſit in ipſo loco ☽, tunc famem & annonæ caritatem portendit. 2 Si ♃ in reuolutione fuerit fortunatiſſimus,in propria domo uel exaltatione,orientalis,in angulo,et expeditus à malis,penuriam annonæ Hermeti ſignificat,cent.70.Sed ut non nimium his poſterioribus iudicandi modis tribuendū eſt,ex ſententia Card.7. Aph.111.ita cum præcedentibus coniungi poſſunt: Inprimiſq; obſeruāda eſt regio,an vt plurimum fœcunda vel ſterilis ſit, vt iudicium eo tutius feratur.*

Alcabitius aliiq; Arabes, vt compendio prædicere poſſent de omnibus,finxerunt partes frumentorum,quas non aliter,quam in natiuitatibus partem fortunæ quęrere ſolemus,inueſtigant. Eſt autem de his ſtylus eorum obſeruandus:Sic enim loquuntur: *Accipe partem tritici à Sole in Martem & proiice ab aſcendente,* hoc eſt,pro inueniendo loco thematis reuolutionis & Lunationis primę,qui ſignificet prouentum tritici: Subtrahe locum ☉ à Martis loco,& reſiduo adde aſcendens. Arabes partes finxerunt frumentorū ex quibus nonnulli iudicant.

Veluti in themate ingreſſus ☉ in ♈ anni 1607. quod in Ephemeridibus

expreſsè ponitur, ſubtrahatur locus ☼ in o Signo: o grad. à loco ♂ in 1. Sig. 7. grad. 32. l, & addatur aſcendens 7. Sign. 25. grad. 59. l, proueniunt 9. Sign. 3. grad. 31 l, vt cadat pars tritici in 3. grad. 31. l, ♑ in ſecundam nempè domum inter ☽ in 28. grad. 0. l ♓ conſtitutam, & ♄ in 18. grad. 18. l ♑. Cæterum frumentorum has conſtituunt partes: Lentis à Marte in ♄: Milii, Fabarum ceparum & ciborum acrium à ♄ in ♂: Mellis à ☽ in Solem: Saccari à ☿ in ♀, Vinia ♄ in ♀. Olei à ☿ in ☽: Tritici à Sole in Martem: Dactylorum & ciborum dubium à Sole in ♀: Croci, ſiliginis & ciborum amatorum à ☿ in ♄: Hordei à ☽ in ♃: Nucum à ☿ in ♂, vbique proijcienda ab aſcendente, vt præcedenti exemplo modum præiuimus: priorem nempè in his omnibus Planetam ſubtrahe à poſteriore, & reſiduo adde aſcendens. Namque ſi pars inciderit in aſpectus felices, & locum felicem, ſignificatum erit felix: Contrarium in contrariis iudicandum. Sed cum non liceat nobis ſtellas cœlo affingere, quæ non ſunt in natura, hæc Arabum doctrina merito reijcitur: Et ridet ac reprehendit eam plenius Stadius, ſub finem cap. 7. tabul. Bergenſium.

Caput VIII.

De morbis & Peſte.

Annus ſalubris in quo partes anni natiuum retinent temperamentum.

Inſalubris cum diſcedunt à iuſta temperie.

Siccior annus eſt ſalubrior humido.

D*E morbis quomodo iudicandum ſit ex temporum qualitate, docuit copioſiſſimè Hippocr. lib. 3. Aphoriſm.* Regulariter enim annus ſalubris, vitæque animantium conveniens exiſtit, quando anni quartę ſingulæ naturale retinent temperamentum, ita vt ver ſit ſanguineum calidum & humidum: Aeſtas cholerica, calida & ſicca: Autumnus melancholicus, frigidus & ſiccus: Hyems phlegmatica, frigida & humida, & hæc omnia moderatè. *Omne enim nimium naturę inimicum eſt. Aſt anni quartis ſuum temperamentum non ſeruantibus, varii morbi oriuntur iuxta* Hipp. *& commentatorem Galen. 3. Aphor. 8. Ac licet ex tempeſtatibus anni, ſiccitate imbribus ſalubriores, & minus morbiferæ ſint 3. Aph. 15. prædominante tamen ſiccitate febres acutæ generantur. 3. Aphor. 7. Excitantur etiam morbi tabifici ophthalmiæ, capitis & articulorum dolores, difficultates inteſtinorum & vrinæ, 3. Aph. 16. Prædominante vero humiditate producuntur febres, putridæ, diuturnæ, alvi profluuia, catharri, anginæ, Apoplexiæ, 3. Aphor. 16. Venti quoque Septentrionales etſi multo ſalubriores ſint Auſtralibus. Cogunt enim iuxta Hipp. 3. Aphor. 17. corpora, corroborantque: tamen iuxta eundem 3. Aph. 5. Catarrhos & tuſſes mouent, conſtringendo cerebrum, & humiditates exprimendo, pleuritides excitant, aluum indurant, vrinam ſupprimunt, horrores excitant, & iuxta 3. Aph. 17. aluum ſiccant, & oculos mordent. Auſtrales vero corpora laxant & humectant, capitis grauedinem, vertiginem, difficultatem auditus, viſus, laſſitudinem membrorum & languorem corporibus adferunt, 3. Aph. 5. & 17. Iuxta has itaque circumſtantias pronunciandum eſt.*

Verni morbi.

Quod ſi *Vernum tempus* fuerit tempeſtuoſum, ſiccum tamen & Boreale minatur morbos & mortem ſenioribus, prægnantibus abortus, & natu-

Digitized by Google

naturis pituitoſis circa æſtatem dyſſenterias: quandoquidem pituitam à capite in ventrem deducit, & læuorem inteſtinorum procreat. Bilioſis ophthalmias ſiccas ſignificat 3. Aph. 12. Ver nimis humidum affert in æſtate variolas, apoſtemata, phreneſin, & febres curatu difficiles, 3. Aph. 11. & 20. Valdè frigidum, cum multis pluuiis & ventis Auſtrinis, auget putredines, morbos & peſtem adducit.

Aeſtas ſicca & calida affert variolas, morbillos, febres, capitis dolores: Humida & calida, putridos morbos, febres acutas, dyſſenterias, multos ſudores. Frigidiuſcula æſtas bona eſt bilioſis, præſertim ſi humor accedat: Sed ſerena cum ventis borealibus, naturis pituitoſis bona eſt. Aeſtiui.

Autumnus inter anni tempora periculoſiſſimus & pernicioſiſſimus eſt, vt quo acutiſſimi morbi vigent, 3. Aph. 9. & tabidis inprimis nocuus, Aph. 10. Borealis quoque & ſiccus bilioſis plurimum nocet. Affert enim eis lippitudines aridas, & febres cum acutas tum diuturnas, pectoris compreſſionem, & atræ bilis exuberantiam. Pituitoſis vero & mulieribus commodat. Hipp. & Gal. 3. Aph. 14. Humidus vero autumnus corporib. humanis conueniens & ſalubris eſt. Quod ſi humiditas nimia à principio ad finem fuerit, caput præter modum replebitur, & in ſequentem hyemem tuſſes, raucitates & grauedines vehementes, inſuper capitis dolores efficiet. Autumnales.

Hyems ſi ſeruet ſuam naturam, in ea quidem nullus magnus morbus ortum eſt habiturus, ſed ſolæ Cephalagiæ, tuſſes, raucitates & grauedines erunt moleſtæ, quæ pleni capitis ſunt ſymptomata Gal. in comm. ſuper 13. Aph. ſect. 3. Quod ſi Aquilonia & ſicca fuerit, homines tuſſi, alui retentione, dyſuria & dolore partium pectoralium vexabuntur: Galen. in comm. ſuper 11. Aphor. eiuſdem ſect. Si humida, pituita & aqueæ ſuperfluitates copia aggregabitur, morbique inde prodientes generabuntur. Hyberni.

Aſtrologi vero accuratiores, etſi ex qualitatibus præuiſis ſua quoque morborum iudicia, tanquam ex cauſſa propiore deducunt, quemadmodum ſi in hyeme aliquot diebus Auſter & Subſolanus promittatur, exiſtentibus magnis nebulis ſine pluuiis, in ipſa quoque hyeme contagiorum ſemina ſpargi, & magnam ex Catarrhis expectandam eſſe moleſtiam pronunciant: tamen & ad themata reuolutionis anni, & præuentionalium ac poſt ventionalium Lunationum inprimis attendere: Poſtea & ad reliquos cardines & nouilunia ac plenilunia reſpicere, indeque pro poſitu Planetarum in domiciliis primo, 8. & 12. iudicare ſolent. Nam ſi horoſcopi, beneficorum Planetarum, vel radiorum præſentia, fortunati fuerint, & Luna libera ab infortuniis, domini quoque locorum ☌ vel ☍ felices, applicantes ad fortunam aliquam, & aſpexerint ipſos dominos radio benigno luminaria ambo, vel luminare conditionarium, ſignificabitur ſecuritas à morbis & proſper valetudinis ſtatus. At ſi vel omnes ſignificatores vel maior eorum pars infortunati fuerint, portendentur morbi multi, iidemque ſecundum naturam infortunantis.

Quod ſi Domini inſuper Domino octauæ applicuerint, vel in octa-

Digitized by Google

na domo fuerint morbi vehementiores, qui homines iugulabunt, ſignificabuntur: Si ſextæ copulabuntur, morbi diuturni. Haly part. 8. cap. 31. & Card. 4. Aph. 114.

Peſtis cauſſæ iuxta Medicos tres.

Inprimis vero ♂ morborum ſignificator calidos & acutos morbos maximè ſi curſu velox, & in calido ſigno fuerit: Aſt ♄ infirmitates frigidas, longas & diuturnas, maximè ſi tardi motus & in ſigno frigido fuerit, indicit. Huc vſque de morbis in quorum initiis quoque conſiderare ſolemus coniunctiones luminarium proximè præcedentes: Ex his enim de venturis morbis etiam iudicare poſſumus 1. Aphor. 98. Cardan. Reliquum eſt vt de peſte moneamus.

Peſtis cauſſę efficientes externæ & propinquæ, annotantur quidem paſſim in medicorum libris hæ tres præcipuæ: 1 *Aeris malignitas, quæ ex diſcraſia temporum, & corruptione ac putrefactione ſubſtantię aeris oritur. 2 Contagium quod ex congreſſu & conuerſatione cum infectis prouenit. 3 Inordinata hominum diæta, atque vſus fructuum ęſtiuorum vel autumnalium, quo corrumpuntur humores. Ex his enim omnibus ſi concurrant, peſtis ferè & oritur & propagatur in aliquo loco.*

Iuxta Aſtrologos Saturnus.

Aſtrologi v. altius cauſſas rimantes, docent, ♄ effectricem & ſignificatricem eſſe cauſſam peſtilentium morborum, cum quod inſignes & graues mutationes ac corruptiones ſua maligna qualitate aeri inducat, tum quod motu ſuo periodico morborum peſtilentium periodos deſignet. Quando enim ♄ in ſignis igneis, ♈, ♌ et ♐ exiſtit, tum, quia naturam quandam Solarem et Martialem hæc ſigna habent, aerem ſua præſentia corrumpit, et peſtis ſemina ſpargit: Id quod docet Card. 5. Aph. 142.

Peſtilentiæ, inquit, accidunt afflicta vi ☉ per aerem, & Lunæ per aquas. Aph. 5. præced. 141. monet, Solem, ignem & aerem, & quæ in aere ſunt animantia, cuſtodire. Lunam autem, aquam ac terram, & horum animantium vitam. Hinc talpæ & vermes cum Solem vident, moriuntur. Beluæ cum terram aut aquam ingrediuntur. In primis v. ♄ quando in ♌ commoratur, quod ſignum eſt Solare, peſtem excitat, quando & ♌ vt oppoſito ſuæ domui ſigno præcipuè aduerſatur, & in eodem vertici noſtro propior aeri caliginem & corruptionem affert, et cor cui pręeſt ♌ afficit. Sunt tamen et ſigna aerea pręcipuè ♒ adiungenda, in quibus ♄ idem, ſed mitiori effectu operatur: Et intendit peſtis ſignificata coniunctio ☿ et ♀ propè ſtellas Saturninas.

Peſtis ex ſola ſtellarum diſpoſitione non cognoſcitur: Conſulenda quoque eſt experientia.

Cum vero peſtilentiam alicuius regionis ex ſola ſtellarum diſpoſitione cognoſcere ſit impoſſibile, quod Card. aſſirmat 2. Aph. 132. idcirco ex hiſtoriis et experientia petendum erit, quibus periodis regionem aliquam inficiat.

Certum enim eſt in nonnullis locis ſtata fermè eſſe tempora, quib. peſtis graſſatur: Et experti ſumus hic Francofurti ſingulis ferè denis annis peſtis ſemina ſe oſtendiſſe; vtpote anno Introductionis Academiæ primo, Chriſti 1506. Saturno exiſtente in ♌; 1516. in ♃, 1526 in ♈; 1539. in ♍; 1552. in ♒; 1565. in ♌; 1577. in ♑: 1585. in ♈: 1598. in ♎; 1602. in ♒; Et monet Peucerus in lib. de diuin. Vitebergæ tractum peſtiſe-

ſtiferis morbis quoque infeſtaſſe ♄ per ♌ aut eius decurſum, et eoſdem intendiſse atque exaſperaſſe Martis vel congreſſum vel oppoſitionem.

Concluſionis vero loco notetur Card. Aphor. ſect. 7. 121. vbi dicit: Peſtem 4. annis durare nunquam poſse: Qui ſanè Aphoriſmus non de diuerſis, ſed vno eodemque loco accipiendus eſt. Experientia enim comprobat, in vno quidem vltra quadriennium peſtem non perdurare; alias vero contagia peſtis ex loco in locum progredi, vt progreſsu ſuo ſeſe etiam ſæpe vltra quartum extendant annum, id quod exempla horum temporum ſatis comprobarunt.

Caput IX.

De bellis, incendijs, terræmotu & inundationibus.

Bellorum quidem ſcientia nulla propemodum eſt, inquit Cardan. 7. Aphor. 120. ſi conferatur ad genituras & temporum conſtitutionem, quæ deſumuntur ex aſtris. De quibuſdam tamen ad hanc rem pertinentibus, paſſim non ipſe ſolum monet in ſuis libris Aſtrologicis, ſed & alii, qui iudiciorum præcepta conſcripſerunt. Commune & à pleriſque frequentatum hoc eſt: Eclipſes præſertim in ſignis igneis, item Cometas bella ſignificare: ſed vbi & quibus in locis, non ab omnibus æque determinatur. Conſentaneum vero videtur, ſi bella ſignificent, ea in illis locis quæ ſubſunt ſignis, in quibus fiunt & cognationem cum iiſdem habent, indicare: qua de re & nonnulla ſupra cap. 2. huius membri propoſui.

Bella potiſſimum ſignificantur ab Eclipſibus in ſignis igneis.

Plerorumque hoc eſt præceptorum: Inſpiciendam eſſe reuolutionem anni, & conſiderandum revolutionis dominum, qui ſi fuerit vel ♂ ſolus vel cum aliis, non prorſus excluſus à Domino, ſignificabit bella & ſeditiones. Bilioſum enim humorem in hominibus excitat, vt leui de cauſſa in iras, contentiones, iurgia & bella erumpant. Haly par. 1. de iud. aſtr. c. 4. hæc refert: Quando ♂ eſt in angulis & ſuccedentibus, vel receptus ab angulis in revolutione annorum mundi, tum in illo anno bella futura demonſtrat ex conditione loci in quo eſt, eiuſq; eſt latrocinium, furtum, præda, viarum inſidiæ, ferire, comburere & ſimilia.

Nonnulla bella ex reuolutione anni iudicant inprimis ex conſtitutione Martis.

Nec differt ab Haly Albumaſ. in floribus ſuis in capitulo de bellis & guerris. Scientia inquit bellorum & præliorum eſt ex loco & dominio ♂, item ex eius ☌, ☍ & □ ad ♄ radio. Namque cum ♂ conſtitutus fuerit in aſtenſmis humanis, tum maximè metuendæ ſunt neces, cædes, interfectiones & vaſtationes igne & gladio. Contra ♃ generaliter eſt pacis ſignificator, & autor concordiæ ac tranquillitatis, quæ fit compoſitione diſcordiarum & bellorum: Et cum Marte interdum ſignificat bellum ad iuſtitiæ potius defenſionem, quam ad offenſionem. Idem quoque ſentit Bonat. inquiens: Anni quibus ♂ dominatur, ſunt anni quibus excitantur bellorum motus, ſeditiones & ſimiles calamitates: Et addit Haly part. 8. de iudic. aſtr. cap. 13. Quod ſi ♂ in revolutione anni ſit in angulo terræ, quarta nempè domo, notet bella,

bella, lites, interfectiones & multam ſanguinis inter homines effuſionem: Quodque malum hoc ſit fixum & durabile, ſi ♂ hic poſitus in ſigno fixo: Removeatur vero facilè & mutetur ſi in mobili: Ceſſet denique & multis modis renovetur, ſi in communi ſigno fiat. *Significata quoque Martis hoc in negotio copioſius ibidem per ſingulas domos perſequitur Haly, oſtendens Martem in aſcendente ſignificare multam ſanguinis effuſionem, percuſſiones & vulnera in corporibus. In 2 privationes ſubſtantiarum: In 3 abſciſſionem progenitorum, rixas & inimicitias & lites. In 4 duras obſidiones in quibus neceſſariorum aſportatio inhibetur. In 5 abductionem liberorum. In 6 frequentia furta captiuitates & ſeruitutes. In 7 prædationes & ſtupra mulierum. In 8 mortiferas Epidemias. In 9 frigus & deſertiones rerum propriarum. In 10 preſſuram à regibus, qui & ipſi malum patientur à vicinis. In 11 diſcordias & deuictiones. In 12 inſultus & gloriationes inimicorum.*

Ex magnis quoq. coniunctionibus de bellis iudicatur.

Conſiderandum vero ſimul diligenter, num effectus alicuius magnæ coniunctionis, præcipuè ♄ & ♃, vel etiam quadratura in propoſitum annum incidat. Nam ſi ♂ dominus fuerit illius ☌ vel quadraturæ, affirmant communiter Aſtrologi, inprimis bellorum motus eo anno metuendos eſſe hominibus. Scribit etiam Card. 5. Aphor. 91. ex Raſis & Almanſoris prop. 132. ſententia. Si duæ infortunæ coniungantur, videndum eſſe, cum quo Luna concordet in latitudine. Nam ſi cum ♄ conueniat, erit fames & lues. Si cum Marte, ſtrages, cædes, & regnorum permutatio. Et Aphoriſ. 92. ex prop. 134. Almanſ. Cum coniunguntur duæ fortunæ ♃ & ♀ & Luna Iovi concordat in latitudine, ſignificatur pax, iuſtitia & quies in terra. Si Veneri, erit alacritas gaudium & proſperitas. Item prop. 133. Almanſ. Ex coniunctione ♄ & ♃ in ſignis mobilibus cognoſcitur commutatio ſtatus mundi. Similiter ex eorum ☌ in fixis ſignis: Quod ſi etiam in anno quodam, ſignificator belli ♂ & pacis ♃ ſimul dominium obtineant, ſignificatur pacis vnio & bellorum compoſitio. Tradit & hanc regulam Hermes Centil. 77. In reuolutione annorum mundi, multæ difficultates & prælia exiſtunt, ſi in exaltationibus ſuis reperiatur ♃ & ♄. *Monet vero Almanſor prop. 79. Cauendum eſse, ne rex exeat ad prælium eo tempore, quo Dominus aſcendentis eius procedit ad Dominum ſeptimæ.*

Arabes conſiderantes hac materia triplices partes.

Haly part. 3. de iudiciis aſtr. cap. 42. & par. 8. cap. 3. triplices in hac materia conſiderat partes, vt ſolent Arabes: 1 Partem diſſidii & interfectionis, *quam accipit à Marte in* ☽, *& proiicit à gradu* ☼. *Martem namque ſubtrahit à Luna & producto adæt Solem. Et ſtatuit: Si pars illa cadat in locum Martis, vel in eius radium malignum, vel in aſteriſmum igneum, quod eo anno ſignificentur bella.* 2 Partem proſperitatis in litigando, *quam accipit à Sole in Martem & proiicit ab aſcendente: Et cui ex litigantibus pars illa magis fortunatur, ille victor euadit.* 3 Partem euaſionis, *quam accipit à gradu* ☼ *ad gradum occidentis & proiicit ab aſcendente. Quæ pars ſi fuerit firma non malè affecta, vincent ſanè illi qui volunt prælium: Si debilis vincent alii. Sed vt alia Arabum, ſic hæc ipſa Haly præcepta commentitia & vana ſunt: conſide-*

ſideranda tamen, vt quibus ſuperſtitionibus dediti fuerint maiores cuivis appareat.

Incendia *eo anno multa futura iudicant Aſtrologi, in quem inciderit aliqua magna Eclipſis, aut effectus eius, præſertim* ☀, *eiuſque precipuus dominus fuerit* ♂ *maximè conſtitutus in ſigno igneo vel aereo.* ♂ *quoque in anno habens dominium, & fortis exiſtens, incendia civitatum & villarum ſignificat; Et hoc maximè timendum erit, cum Luna in revolutione anni aut præventionali figura Marti radio inimico copulata fuerit. Erit autem effectus maximè in his locis quæ ſubiiciuntur ſignis, in quibus* ♂ *ſignificator deprehenditur. Minantur etiam incendia* □ *vel* ☍ *radii Martis &* ♃ *in ſignis aereis & igneis. Calidi enim Planetæ in calidis ſignis, præſertim ſi & ſerenitas, quæ à Iove ſignificatur, & ſocordia hominum in cuſtodiendo igne accedit, aerem & res combuſtibiles ad facilè recipiendas inflammationes præparant, vt nullo negotio ignis excitetur. Suum quoque calculum* ☿ *addit, præſertim in ſignis ventoſis &* ♍ *exaltatione ſua exiſtens.* De incendiis.

Terræmotus & inundationes *Aſtrologi ex doctrina Haly, parte* 8. *de iudic. aſtr. cap.* 1. *potiſſimum ex* ♄ *in terreis & aqueis ſignis venantur. Nam ſi vel in revolutione mundi, vel in aliqua* ☌ *magna, vel loco Ecliptico dominium ſolus habuerit, & fortis in ſignis terreis fuerit, Lunamque impeditam radio oppoſito vel quadrato pulſaverit, terræmotus deſignabit, quod & Albumaſar in libr. magn.* ☌ *aſſerit. Quod ſi teſtimonium* ♀ *&* ☿ *in ſignis trigoni aquei ac inprimis in* ♋ *acceſſerit, inundationes inſuſitatæ ſignificabuntur, quod Bonatus in lib. Revolut. innuit: Neutiquam vero negligendus eſt* ♂, *qui Saturninis ſtellis iunctus, vel etiam Saturno corpore aut radio quadrato vel* ☍ *copulatus idem fermè portendit. Idem deſignat tranſitus Martis per pleiades.* De terræmotu & inundationibus.

Caput X.

De ſtatu hominum.

IN generali prognoſtico Aſtrologiphyſico, quod Calendariis anniverſariis adiungi ſolet, merito mentio fit ſtatus ſeu ſucceſſus hominum cuiuſcunque ſanè conditionis vel ordinis; quando videmus alios alio tempore vigere & florere, & nunc hos nunc illos infortunio, & adverſitatibus premi, non ſua ſemper culpa vel circumſpectione, ſed cœleſti quadam non omnibus obvia cauſſa & inclinatione. Dependet autem vniverſum hoc iudicium, Primò à collatione Planetarum ad res & perſonas, quæ ſingulis Planetis ſubijciuntur. Status hominum in Calendariis merito fit mentio. Cognoſcitur ex collatione Planetarũ ad res, & perſonas quæ ſingulis ſubiiciuntur.

Ac ad Saturnum quidem pertinent agricultura, res ex terrâ naſcentes, fructus omnis generis, res quæ ex terræ abditis eruuntur, ædificia, carceres, demortuorum hæreditates, debita, triſtitia, auaritia, timiditas. Item homines melancholici, triſtes, auari, ſenes, patres, avi, abavi, agricolæ, ruſtici, metallarii, lapicidæ, architecti, quique ſordidiora opificia tractant, coriarii, ſutores, Ephippiarii, foſſores, figuli, & qui ſolitariam vitam amant, Eremitæ, Monachi, vel etiam fraudulenter & doloſè ♄

mer-

mercimonia exercent, invidi, taciturni, &cet.

♃ *Ad Iovem* res politicæ & Eccleſiaſticæ, divitiæ, iuſticia, leges, gloria, commendationes, beneficia: Item viri honorati, Cardinales, Epiſcopi, Theologi, Cancellarii, Conſiliarij, Iuriſconſulti, Iudices, Senatores, & primarij vrbium, &c.

♂ *Ad Martem* militia, tyrannis, violentia, fortiter geſta, artes fabriles, opificia quæ fiunt per ignem, Alchimia: Item homines Cholerici, vehementes, audaces, temerarii, iracundi, pugnaces, ſeditioſi, prædones, Chirurgi, medici, milites, duces militiæ, bombardarij, fabri ferrarij, fuſores, &c.

☉ *Ad Solem* magnanimitas, fortitudo, ſplendor, honor, nobilitas, regnum, aurum, & aurea vaſa: Item homines ſplendidi, clari, cupidi honorum, ambitioſi, Reges, Principes, Comites, Barones, nobiles, magiſtratus, qui alijs imperant.

♀ *Ad Venerem* amor, miſericordia, comitas, vrbanitas, ornamenta, & res præcioſæ ac pulcræ, Muſica, ſaltationes, donationes à mulieribus & amicis, dotes, luxus, luſus, libidines, &c. Item homines ſanguinei, adoleſcentes, puellæ, Cantores, pictores, vxores, matres, mulieres ſanguine iunctæ, concubinæ, meretrices, Poetę, ſaltatores, Coqui, Pharmacopęi, Organiſtæ.

☿ *Ad Mercurium* mercatura, contractus negotiationes, divinationes, itinera, inventio novarum rerum, omneſque artes ſpeculatiuæ, inprimis Mathematica: Item homines ingenioſi, Mathematici, Philoſophi, Cancellarii, Scribæ, Mercatores, ſculptores, monetarii, impreſſores librorum.

☽ *Ad Lunam*, flumina, maria, horum affluxus & refluxus, navigationes, & res quæ humore abundant, legationes, peregrinationes: Item homines pituitoſi, fœminei inprimis ſexus, reginæ, viduę, legati, curſores, nuncii, aurigæ, venatores, piſcatores, molitores, &c.

3 Et fortitudine vel debilitate cuiuſque Planetę.

Secundò à conſideratione felicitatis ſeu fortitudinis, item infelicitatis ſeu debilitatis Planetarum, quam habent in ſingulis revolutionibus quartarum anni & lunationibus. Namque ſi Planeta fortunatus & fortis deprehendatur, vt ſit directus & velox curſu, in bono cæli loco, non ſtationarius, nec retrogradus, fortunantur res & perſonæ ad Planetam pertinentes. Si v. impeditus ac debilis exiſtat, & ſimul vel ſtationarius vel retrogradus ſit, infortunantur & deprimuntur res & perſonæ ipſi convenientes. Stationes enim Planetarum, maximè Martis ſunt peſſimæ, atque in his deteriores ſecundæ, 7. Aph. 147. Card. Et Planetę maximam habent vim in nocendo per tantum ſpacium temporis, quantum durat retrogradatio, 7. Aph. 135.

Veluti ſi ♄ alicuius quartæ anni aut Lunationis, de qua quæritur, dominus exiſtat, ſitque felix dignitate eſſentiali, & loco ac motu, promittit felicitatem Saturninis melancholicis, fullonibus, coriariis, ſutoribus, agricolis. Si ☿ excitabuntur iuuentutis ingenia ad exercitia ingenioſa, & artes liberales. Si ♂ omnium rerum quæ ſunt de natura ♂ felicitas promittitur. At ſi male conſtituantur, ſintque combuſti, retrogra-

trogradi, aut alioquin impediti, contrarium ſignificatur, & impedimenta, aduerſitates, aliaque mala indicantur. Sic ♂ in 8 revolutione anni multa ſuſpendia ſignificat: In 12 multorum carceres: Veneri coniunctus, multa adulteria, libidines & ſcortationes.

Haly part. 8. cap. 6. in conditione annua Magiſtratus & populi, ad duo reſpicere iubet, ad Solem pro Magiſtratu, & Lunam pro ſubditis. Namque in anni & quartarum revolutionibus, aut thematibus Lunationum, ſi Luna ſive firma & potens ſit in angulo, vel ſuccedente domo & dignitatibus ſuis, ſive debilis & cadens extra dignitates, applicuerit benefico alicui Planetæ ♃ vel Veneri, ſignificabitur ſtatus populi fortunatus, quo lucra eidem accreſcent, & abundabunt neceſſaria; vigebitque, ſi applicuerit Iovi, Iuſticia, pax, libertas: ſi Veneri, erit hilaritas, gaudium, frequentia connubiorum, inprimis ſi in domo ſeptima exiſtat: In quinta crebros & felices partus deſignat. At ſi Luna debilis & peregrina applicuerit infortuniis ♄ vel Marti potentibus, denotabitur populo infelicitas, depreſſio, impedimentum in negotiis, defectus victus & lucri, multaque infirmitates populum affligent. Quod ſi inſuper Luna applicet domino octauæ domus, plurimi morientur, ex cauſſa quidem frigida ſi ♄, ex calida ſi ♂ dominus ſit octavæ.

Conſideratio magiſtratus & ſubditorũ. Sol magiſtratum, Luna ſubditos ſignificat.

Similiter ſi Sol in annuis & quartarum revolutionibus, aut Lunationibus feliciter poſitus fuerit, felix & fortunata erit regum, nobilium & hominum in Magiſtratu conſtitutorum conditio. At ſi Sol debilis in malo loco, aut Eclipſi, aliis maleficorum inimicis radiis affectus fuerit, autoritas & dignitas regum vileſcet, & in omnibus actionibus impedimenta & adverſitates experientur.

Pertinet autem ad fidem & diligentiam Aſtrologorum, omnium quantum fieri poteſt Principum, ducum, Comitum, nobilium, Conſulum, præcipuorum quoque Theologorum, Epiſcoporum, Conſiliariorum, Medicorum genituras inquirere. Non enim magna ſolummodo laus eſt, priori conſulta experientia de ipſis in ſpecie aliquid dicere, ſed publica quoque fata ex eorum ſalute pendent. Quicquid enim delirant reges plectuntur Achivi.

Aſtrologi boni eſt plurimas habere inſignium virorum genituras.

Cæterum in ſpecie ſtatum religionum ſiue ſectarum conſiderando: ſignificare dicitur ♄ Iudæos. Et de eorum fortuna iudicatur ex Saturni felici vel infelici poſitu, cui coniunguntur ☿, vt innuit Cardan. in com. ſuper 18. text. lib. 2. quadrip. Ptol. vnde & maximè induſtrii, loquaces, & parandæ rei pecuniariæ deditì conſtituuntur. Conueniunt autem huic ſectæ ſigna aerea, Saturno temperando maximè accommodata, ♊, ♎ & ♒, in quibus gaudium domum & exaltationem habet.

Iudæos ſignificat Saturnus.

Chriſtianos ſignificat ♃ *cui iungitur Sol, non modo quod Solis diem colant Chriſtiani, vt Iudæi Sabbatum propter ♄, ſed quod magis iuſticiam, candorem, & veritatem ament, quam aliæ ſectæ. Conuenit autem his trigonus igneus ♐ ♌ & ♈. Sunt qui ad maiores ſuperſtitiones progrediuntur, dum inſuper ſectarum in Chriſtiana religione peculiares ſignificatores quærunt. Nos verò illorum vanitatem merito ridemus.*

Chriſtianos Iupiter & Sol.

ceſſum: Si contra ſignificator eius debilis fuerit & malè affectus, contrarium ſtatuendum eſt. Sic ſi in ſignum vel vrbis vel regionis, malorum inciderit ♂, aut cometa eo in loco apparuerit, aut etiam Eclipſis, calamitas illi ſignificatur, niſi bonorum radio aliquid mitigetur. Contra vbi benefici Planetę vel corporaliter in eo ſigno conſtituti, vel ſaltem bono radio illud colluſtrauerint, ſignificabitur ſtatus felix. Quę vero ciuitates & regiones ſignis ſubſint, ſupra in 1. cap. huius membri expoſuimus.

Caput XI.

De itineribus, metallis & Cometis.

ITinerum *ſignificatores ſunt tertia & nona domus. Ex tertia enim de breuioribus, ex 9 de longioribus itineribus indicatur. Videndum itaque in reuolutione & quartis anni, quænam ſigna 3 & 9 domos teneant, qui illorum ſignorum ſint domini, quique Planetarum dicta loca & eorum dominos occupent, boni ne an mali. Quod ſi loca nominata & eorum domini bene affecti fuerint, ſignificant itinera illo anno, & illa quarta anni quam conſideras, futura felicia. De contrariis contrarium pronunciandum.* Prognoſticum itinerum ſumitur ex 3 & 9 domo.

Inprimis vero difficultates & mala ſignificantur, cum ♂ in reuolutione anni aut quarta propoſita corporaliter tertiam aut 9 domum occupauerit. Luna quoque & ☿ generales ſunt ſignificatores itinerum; vnde male affecti, aut malis coniuncti infelicia itinera ſignificant. Contra felices & fortunati omnia felicia promittunt. Nec negligendus hac in parte videtur eſse anni vel quartæ dominus. Is enim ſi ☿ & ☽ fuerit, multa itinera denotabit, inprimis ſi & tertia & 9 domus quartarum anni bonam ad ea diſpoſitionem habuerint. Qualitas iudicatur ex bonitate vel malitia ſtipantium & intuentium.

Metallorum conditionem *hoc modo venantur Aſtrologi. De ſtatu plumbi & eius lucro iudicant ex poſitu ♄. Nam fortunatus, curſu velox, in bono cæli loco, bonum; infortunatus, malum prouentum denotat. Sic de ſtatu aris & Cupri ex Ioue: De ferro & ſulphure ex ♂: De auro ex Sole: De ſtanno ex Venere: De argento viuo ex ☿: De argento ex ☽ pronunciant: vnde & Alchimiſtæ his metallis hæc Planetarum nomina impoſuerunt.* Metallorum.

Cardanus tamen nonnihil diſſentit. Nam 5. Aph. 130. inquit: Sol habet aurum, ☽ argentum, ♃ æs, ♂ ferrum cum chalybe ſeu acie ac magnete, ♄ plumbum, ♀ ſtannum, ☿ cuprum. Metallica autem vt argentum viuum ac ſulphur & chalcantum aliaque huius generis, partibus cęli potius non Planetis ſubeſse ſtatuit, 5. Aph. 131. Sic lapides & gemmas. Item herbarum ac arborum ſpecies ſubeſse potius fixis, in quibuſdam tamen virtutem Planetarum magis apparere ponit, 5. Aph. 132. Poſsunt & ſequentes aliquot Aphoriſmi conſuli, in quibus in ſpecie gemmas & arbores, quibus Planetis ſubſint, exponit.

Cometarum, chaſmatum aliorumque ignitorum Meteororum apparentiam *prædicunt Aſtrologi iuxta doctrinam Haly cap. 1. part. 8. de iud. aſtr. cum ♂ eſt dominus anni, inprimis ſi vel corpore conſiſtat in ſignis trigoni aerei, aut ea etiam radio colluſtret, & inſuper Luna ſimul ſit impedita: Item ſi ♂ in Eclipſi præcedente revolutionem anni vel quartæ, aut magna aliqua coniunctione dominium ſortiatur, & effectus incidat in eundem annum. Ptol. cap. 9. lib. 2. quadr. hæc Meteora de natura ♂ & ☿ conſtituit. Martis quidem, quia ignea ſunt ex veterum & Ariſtotelica doctrina. Mercurii vero, quia colorem & varium vt ☿ motum habent.*

Cometarum & aliorũ Meteororum.

Hinc eorum dominio in revolutione anni vel Eclipſi inprimis Solis videntur provenire. Cardan. Saturnum quoque adhibet ad iudicium. Dicit enim 7. Aphoriſ. 40. Saturno ex ſigno in ſignum tranſeunte perplures dies fieri in cœlo ſereno ſigna ſplendida, vnde & vulgatum hoc eſt apud Aſtrologos: Si malefici duo ♄ & ♂ cum ☿ in Eclipſi aliqua præſertim magna ☼, luminaria duo infauſtis aſpectibus pulſent, produci & exiſtere Cometas. Quod verum & multoties expertum eſſe nonnulli ex prævifis hoc modo aliquot Cometis demonſtrare conantur.

Cometæ ex quibus cauſis cœleſtibus fiant,

Eventus autem à Cometis multiplici ſumuntur ratione. *Primò* ſi locus eorum in zodiaco vel certa cœli domo, in qua primum ſpectatur, conſideretur. Cometæ enim illis regionibus inprimis nocent, quibus ſunt verticales, aut in quarum ſunt ſignis. Ac in terreis quidem ſignis ſterilitatem ob ſiccitatem: *I*n aqueis ſterilitates & peſtes, ob imbrium abundantiam: *I*n aereis ventos inuſitatos, ſeditiones & peſtilentiam, ſed non ſemper: *I*n igneis bella, incendia & æſtus denotant, vt docet Cardan. 7. Aphor. 34. Quid vero in ſingulis ſignis ſignificare videantur, exponit Album. 5. de coniunct. magnis & in fine Florum, vbi ☊ per omnia ſigna ducit & Leup. tract. 5. de reuolut. annor. Item iunctinus in tractatu de Cometis. Præterea ſi deprehenſi fuerint in 12 vel 8 cœli domo, eo tempore, quo primum apparent, portendere dicuntur contagia morborum popularium, peſtilentiam, iacturam ſegetum. *I*n 11 nobilium mortes. In Cardinibus, inprimis ſi in occaſu poſt Solem Occidentem conſpiciantur, regum mortes. In nona religionis iacturam 3. Aphor. 117.

Euentus iudicantur ex Cometi.
1 Ex loco Cometæ.

Secundò ſi poſitus eorum ad Solem ſpectetur. Si enim Cometa matutinus fuerit, & manè ante Solis ortum in mundi plaga Orientali conſpiciatur, dicunt Aſtrologi eum regis aut principis mortem ſignificare eius regionis, quæ ſubiecta eſt ſigno Cometæ. Idem multo magis ſignificare videtur, ſi veſpertinus ſit, & in ipſo Occidente appareat. Cardan. tamen 2. Aph. 204. Cometas maximè in Oriente, exortum viri magni legumlatoris, in cœli medio prępotentis regis: rarò vero in occaſu, & in ſuccedente idem ſignificare ſcribit. Ac quando Cometa magnum aliquem naſci hominem indicat, ille ſub eo naſci ſtatuitur, non qui eius tempore, ſed qui in regione quæ illi ſubiacet angulo & ſigno naſcitur: Sol quoque in loco illius aut Luna, reliquum vero luminare in cardine, &

2 Ex poſitu ad Solem.

aſcen-

aſcendens ſimiliter, ac Dominus aſcendentis in cardinibus exiſtit: Cometa quoque vel exoritur, vel occidit, vel cœli ſummum occupat: Tum vero coniunctionem, aut ſaltem oppoſitionem nativitatem illius præcedentem, in loco Cometæ factam fuiſſe oportet. His enim quaſi cancellis includit ſeu potius nebulis involvit ſignificata de homine, qui ſub Cometa naſci debet magno Cardan. 2. Aph. 203. Inſuper & Cometa Orientalis effectum ſuum citius oſtendit, Occidentalis tardius, id quod paſſim Leupold. & Card. inculcant.

Tertiò ſi motus perpendatur. Cometæ enim immobiles ſeditiones, mobiles bella indicant ab externis 3. Aphor. 117. Motus præterea contra ordinem ſignorum mutationem legum & ſtatutorum, Item hoſtem externum & peregrinum ſignificat: Secundum ſucceſſionem ſign. bella civilia & internas ſeditiones. Ab Oriente in Septentrionem ex Orientis partibus adducit vel peſtem, vel legem, vel principem, qui Boreales nationes conturbat ac devaſtat. Si ad Auſtrum multas humiditates affert, & inde annonæ penuriam & caritatem ac famem Cardan. in comm. ad text. 54. lib. 2. quad. Ptolom. 3 Ex motu

Quartò ſi forma attendatur. Qui enim gladiis aſſimilantur Martiales ſunt, & deſtructionem ciuitatum ſignificant. Qui criniti verſicolores vel bene caudati, Mercuriales ſunt, & ventorum, ſeditionum & hæreſis prænuncii ſtatuuntur. Nigri brevi cauda, crinibus nullis Saturni ſunt, & ſterilitatem ac diuturna bella ſignificant, Cardanus ibidem. 4 Ex forma Cometæ.

Quintò duratio. Diuturni Cometæ effectuum magnitudinem & diuturnitatem, ſtabilemque in perturbatione quam afferunt ſtatum ſignificant. Effectus minores & minus ſtabiles minus diuturni Cometæ afferunt. 5 Ex duratione.

Poſtremò effectuum initium & finis ſimili ferè methodò, quam in Eclipſibus ſupra cap. 7. præſcripſimus, inquiri ſolet; conferuntur nempè ad media tempora apparentiarum, diſtantiæ Cometarum à Sole, in æquatoris parallelis, & iuxta horas inæquales ſeu Planetarias ſupputatio fit. Initium namque effectus tot menſibus differri poteſt, quot ſunt horæ inæquales, quibus Cometæ à Sole diſtant, numeratione tamen facta à Cometa ſ. ſ. ſ. ad Solem. 6 Effectuũ initium & finis.

Caput XII.

De Electionibus.

CVM præter hactenus expoſita, Calendariis etiam certa electionum ſigna inſeri ſoleant, quibus tempora tantummodo ex cœli diſpoſitione ad hac vel illas actiones obeundas commoda & convenientia notantur; nequaquam vero libertas arbitrij hominum coercetur; quando & electionem horę contemnere, arbitrij præcipitationem potius, non libertatem ſtatuit Pitatus in principio tract. de Elect. Nos ne quid inexcuſſum

Per Electionem quid intelligamus.

cuſſum relinquamus; quod ad Calendariorum compoſitionem pertinere videtur, hic de electionibus agemus.

Nec abſterrebit nos ab hac doctrina quod vel Ptolemaus non tractauerit electiones in lib. quadr. vel etiam Card. in pręfat. comm. ſuper 3. libr. quadr. Ptol. eas ſortilegas atque indignas vocauerit, non ſolum viro Chriſtiano, ſed & viro bono, quodque multi ex Arabicis ſcriptoribus ἀναιτιολόγητα *in illis tractent, quę vel nullas cauſſas habent, & mere fortuita vel voluntaria ſunt: vt an exeunti, vir, vel fœmina, vel adoleſcens, vel virgo, eaque vel integra vel mala fama, nota vel ignota obuiam veniet, &c. vel quorum cauſſas in aſtris inquirere impium eſt; vt quibus temporibus infans in lucem editus baptizandus ſit, &c: Vulgatum namque eſt apud Aſtrologos, Ptolemaeum non totam Aſtrologiam explicaſſe, ſed radices tantummodo artis poſuiſſe; quod & 4. Aph. 140. Card. affirmat, atque ideo multa omiſiſſe, quæ poſterorum diligentia & obſeruatione inventa & comprobata ſunt: Et in centiloquio multa reperiuntur ad hanc doctrinam pertinentia, vt ex ſequentibus patebit: vnde tamen Centiloquij autorem eſſe Ptolemaeum multi negant. Cardanus quoque non omnes indiſcrete electiones, ſed quæ fundamentum in natura non habent rejicit: imo de multis ipſe in Aphoriſmis, præſertim ſect. 2. & in libro interrogationem agit: Sic 2. Aph. 129. monet: In rebus quas latere deſiderans, Lunam ſub radijs.* ☉ *poſitam expecta: Et 2. Aph. 163. cum celeriter quid præficere cupis, Lunam & ſignificatorem in mobilibus ſignis, conſtitue; cum diu manere opus deſideras, in fixis: Ob hoc difficile eſt vtrumque aſſequi. Et nos eas ſaltem electiones proponemus, quæ ex naturalibus cauſſis deducta, naturam adiuvant, vel in ſanitate tuenda & recuperanda, vel in re familiari recte adminiſtranda: in quibus videmus & Medicos, Architectos, & rei ruſticæ ſcriptores fuiſse & eſse occupatos.* Melius enim efficitur, quod natura duce aſtra habet propitia, quam quod humana induſtria *Card. 2. Aph. 164. Et Alexander de Ales part. 2. ſummæ quæſt. 3. artic. 6. Medicos illos indignos hoc nomine cenſet, & aromatarios potius vocat, qui in ægritudinibus ſanandis, ac medicinis dandis corpora cæleſtia non attendunt. Non vero de illis agemus, quæ merè ac purè voluntariæ ſunt, & actionibus aſtrorum non parent, vt facere hoc vel illud; vel etiam cauſſas nullas in natura habent.*

Electiones quæ improbandæ.

Quæ probandæ.

Iudicatur autem tempus electionis in genere: Primum quidem ex vſu & experientia vulgari, cui tanquam regiæ viæ inſiſtendum eſt. Secundo ex generali temporis conſtitutione. *Neque enim in Ianuario ſatio aut diebus feſtis balnea publica inſtituenda ſunt.* Tertio ex Lunæ diſpoſitione, *num ea ab impedimentis libera & fortunata ſit, verſetur in ſigno rei propoſitæ conveniente; & habeat aſpectum felicem ad planetam rem illam ſignificantem.* Quarto denique ex Planetæ qui rei propoſitæ dominatur fortitudine, proſpera cum aliis irradiatione, & ſitu in mundo. *Hæc enim ſi omnia fuerint electioni accommodata, eandem promovebunt, ſi ſecus, impedient.*

Tempus electionis ex quibus circumſtantiis in genere iudicetur.

De Phlebotomia.

Ac vt primum de phlebotomia præcipiamus, ſunt in huius vſu duo tempora obſeruanda: vnum neceſſitatis; *quod diem & horam eligere non admittit; quandoquidem eam expectare periculoſum exiſtit;* Alterum electio-

nis,

nis, quod ſanguinis miſſionem non adeo exigit, quin attendere tempus conveniens dum ac horam commodam liceat, tempus nempè vernum vel autumnale, diem deinde clarum & ſerenum, quo ventus nebuloſus, obſcurus, Meridionalis vel Occidentalis, aerem non agitat, ſed vel Septentrionalis vel Orientalis ſpirat leniter: Horam deinde aliquam matutinam, qua & digeſtio peracta, poſitusque is cœli eſt, qui ſanguinis miſſioni imprimis competit.

Ad poſitum quod attinet, ſunt pro phlebotomia ſalubriter adminiſtranda ante omnia ſigna quibus vel bona vel mala eſt: Poſtea aſpectus Planetarum: Hinc ipſa hominis complexio. Et ad extremum ætas conſideranda; ſicut monet Schon. Canone 3. tertiæ part. Iſag. Ad ſigna quod attinet, mala ad miſſionem ſanguinis omnium ſententiâ ſunt ſigna hæc: ♊ propter brachia & manus: ♌ ob cor, ♎ poſterior medietas & ♒: quibus nonnulli addunt ♉ quem in primis cum piſcium prioribus gradib. 10. pernicioſum ſtatuit Ganivetus cap. 6. diffr. 4. Amici medic. item ♍ & ♑ ſigna terrea, quod cap. 4. de electiōn. Pitatus docet. At tria terrea ſigna Schonerus ſanguineis congrua eſſe ſcribit. Bona vero ſunt ♈ ♎ prior medietas & ♒ exceptis poſtremis 10. gradibus. Mediocria tandem ſtatuuntur ♋ & ♓ exceptis primis vt antea dixi gradib. +) quoque etſi vt plurimum negligitur, intelligendæ tamen illæ tantummodo ſunt partes, per quas via combuſta procedit. Alias Ganivetus eundem commendat.

In Aſtrologica palebotomiæ conſideratione.

1 reſpicienda ſũt ſigna mala.

Bona.

Ex aſpectibus mali ad ſanguinis miſſionem Ganiveto & Pitato ſtatuuntur: 1 Luna ☌ □ vel ☍ Soli, quia tum mutatur totus ſtatus naturæ. 2 Luna ☌ □ vel ☍ Saturno Marti vel ☋. Alij addunt & ☊. 3 Luna etiam in ſignis malis conſtituta, ad ſanguinis euacuationem mala cenſetur. 4 Sol coniunctus cum ♄ vel ♂. Item coniunctio □ vel ☍, ♄, ♃ vel ♂ inter ſeſe, ſanguinis miſſionem impediunt. Bona autem cenſetur ſanguinis miſſio, ſi Luna in bono ſigno fuerit: Ac tum ſi ſine omni aſpectu fuerit bono vel malo, vel in mediocri ſigno non impedita malis radiis, poſtulat ſimplicem crucem †. Similiter ſimplicem crucem exigit, ſi Luna in aſpectu felici mediocrium aut etiam malorum, vel in malo aſpectu, id eſt, □ vel ☍ bonorum ♃ vel ♀ fuerit. Duplici vero cruce notabitur ‡ is dies, quo Luna coniungitur Ioui vel ♀ non combuſtis, aut etiam ✱ vel △ ex ſignis bonis aut mediis eoſdem beneficos intuetur. Impedit autem ☌ ☽ & ☉ atteſtante Ganiueto & Pitato per duos integros dies ante & poſt: □ per horas 12. ante & poſt: ☍ per diem integrum ante & poſt. Sic Luna Saturno vel Marti coniuncta aut ☍ impedit per diem integrum ante & poſt: At □ per 12 horas tantum ante & poſt. Denique ♄ Marti coniunctus, aut □ vel oppoſito radio eundem intuens, per biduum ante & poſt ſanguinis miſſionem impedit.

2 Aſpectus mali.

Boni.

Eſt & hoc obſervandum, quod monet Schoner. Canone 3. part. 3. Iſagog. vt hora illa ſanguis mittatur, qua aſcendens habet ſignum idoneum, Dominuſque aſcendentis & Lunæ non in quarta vel 8 domo repetiuntur, neque vllum cum domino 8 domus aſpectum habent, quaque maleficæ ab angulis longiſſimè removentur, & ſeptima & eius dominus

non

Cautio neceſſaria. non impediuntur; aliàs facile in phlebotomatorem cadit error. Inprimis vero cavendum ex ſententia Ptol. Aph.20. centil.ne membrum ferro percutiatur, cum Luna ſignum tenuerit, quod membro illi dominatur. Vt enim Luna totum corpus humectat, ita membrum humoribus affluentius implet, quod illi ſigno ſubiectum eſt, in quo reperitur: Ex cuius nimia humectatione magnum membro nocumentum affertur, ſi ferro icetur: vnde non modo difficilis, verum etiam periculoſa curatio ſequitur: ſiquidem vlcera, neruorum diſtenſiones, aliaque inde mala conſequi ſolent, monente Ioviano Pont. in com. Sic cavendum iuxta Card. 2. Aph. 152. ne Luna in ♈ exiſtente caput tangatur, tum præcipuè cum infortuna ♄ vel ♂ radium ſuum eò direxerit.

Complexio hominis. Tertio ad complexionem quod attinet: ♄ præſes eſt melancholię, ♃, ☉ & ♀ ſanguinis, ☽ phlegmatis, & ♂ choleræ. Tempore igitur phlebotomiæ pro complexione Planetæ debilitandi ſunt, & cavendum ne fiat in horis eorundem, vt ſi velis purgare choleram, vide ne fiat hora Martis. Auget enim ♂ fortitudinem choleræ in hora ſua, & evacuationi reſiſtit. Sic cavendum ne Mars fortis ſit in cœlo, in ſua aliqua dignitate & vel in aſcendente, vel angulis, ſed in domibus cadentibus & extra ſuas dignitates. Choleræ enim detractioni ♂ fortis ſeſe opponit, debilis vero opponere ſeſe nequit.

In ſignis Ganivetus quidem cenſet cap. 6. diff. 4. Similia ſimilibus purganda eſſe per venæ ſectionem: At melius Schonerus & Pitatus locis antea citatis, contraria contrariis vacuanda eſſe ſtatuunt. Hinc ſanguineis terrea ♍ & ♑: Phlegmaticis ignea ♈ & ♐: Cholericis aquea ♋ & ♓: Et Melancholicis aerea ♎ & ♒ conveniunt.

4 Aetas. Poſtremo de ætatibus hoc notandum, vt menſis Lunaris Synodicus, in quo omnes φάσεις Lunæ in circulum redeunt, habet quadrantes; quorum primus eſt à ☌ in primam □, alter a prima □ ad ☍ ad alteram □; & quartus ab altera □ ad ☌: Ita non omnes omnibus ętatibus promiſcue, ſed ſingulos ſuis convenire. Prodeſt namque primus quadrans tantum ætati Iuvenili: Secundus Iuvenili & virili: Tertius virili & ſenili; Et quartus ſenili tantum. Neceſſitas tamen non habet legem vt & ſupra monui, quandoquidem in magnis & periculoſis morbis, vt cum quis laborat pleuritide, non ſemper eſt inſpiciendum Calendarium. Videant etiam Iuvenes bene ſani, non plethorici, ne temere venam ſecent. Temperamentum enim quod in iſta ætate habent optimum, temeraria ſanguinis miſſione nonnunquam graviter lædunt, & ſpiritum vitalem evocant.

De balneis & ſcarificationibus. Balnea & ſcarificationes, *quæ ſigno exſuctionis ſanguinis per cucurbitulas ♉ notari ſolent, iis in genere diebus maximè conveniunt, quibus & venæ ſectio ſalutaris eſt, vt notat Schonerus Canon. 5. tert. part. Iſagog. Caveatur vero ne die feſto notetur, quo anima potius curanda eſt populo quam corpus; D E Oque ſerviens dum non ventri, ſed pridie potiſſimum feſti.*

Inprimis vero conſideretur num mundiciei & ornamenti, num verò valetudinis cauſsa balneo quis vti velit. Nam ſi mundiciei cauſsa balneum

Digitized by Google

neum ingredi quis voluerit, faciet id Luna ♎ aut ♓ occupante, & Veneri fauſto aliquo radio applicante. Quod ſi vero ſanitatis recuperandæ cauſſa balneo vti voluerit, videbit vt in exſiccatione, cum quis humore abundat, Lunę locum in ſignis igneis, & aſpectibus ♂ & ☉ felicibus: In humectatione vero cuiuſmodi phthyſicis & macilentis conuenit, Lunam in aqueis ſignis, & fortunatis configurationibus ♀ & ♃ obſervet. Cœterum balnea impediunt dies, quibus Luna in ſignis terreis verſatur, vel etiam aſpectus ♂ & ♄ mali ſeſe offerunt.

Balnea vel mundiciei cauſſa adhibeatur. Vel cauſſa ſanitatis.

In medicamentorum electione quibus virtutes naturales in hominibus conſervantur & excitantur; vt ſunt Attractio, quæ viget in caliditate & ſiccitate; Retentio, quæ in frigiditate & ſiccitate; Alteratio vel digeſtio, quæ in humiditate & caliditate; Et Expulſio, quæ in humiditate & frigiditate; hoc inprimis attendendum, vt ſimiles virtutes ſimilibus medicamentis ſeu auxiliis iuuentur. Reſpicit enim Medicus merito naturam rectè ſeſe habentem; vt ſi eam virtute aliqua deficere vel labi animaduertat, ſimilibus fulciat & promoueat. Attractiva ergo *virtus, cui iuxta Ganiuetum & Pitatum præeſt Sol, iuxta Schon. vero Canon. 8. tert. part. Iſagog. ♂, quem reliqui ob maleficam & corruptiuam naturam excludunt, confortatur in ſignis igneis, præcipuè ♈ & ♐; ſi ibi Luna exiſtat. Leo enim quia ſignum eſt fortiſſimum & cordi præficitur, ac ſubſequenter etiam in ſtomacho operatur, non eligi debet ad operationes medicinales, ſiue Luna ſit ſub eo, ſiue ſit aſcendens, vt & antea reiectus eſt in phlebotomia, & repudiabitur in purgantibus, ex ſententia Ganiueti cap. 1. & 2. diff. 4.*

De medicamentis.

Virtutes naturales. Attractiva

Retentiva, *quam omnium Aſtrologorum calculo ♄ gubernat, corroboratur Luna exiſtente in ſignis terreis, ♉ inprimis & ♍: ♑ namque propter retrogradam naturam, & quia exaltatio eſt ♂ excluditur.*

Retentiva

Sic digeſtiva vel alteratiua *virtus, cui præeſt ♃, confortatur Luna commorante in ſignis aereis, ♊ ♒ & ♎ priore medietate. Quia enim poſterior medietas etiam in phlebotomia reiicitur, optimo iure & hic non attenditur.*

Digeſtiva.

Expulſiua denique, *quæ corpus humanum ab omnis generis ſuperfluitatibus, & excrementis liberat, à Luna confortatur, & quidem conſtituta in ſignis aqueis ♋, ♏ & ♓, quando ſimilia addita vires augent, & aquea ſigna fluorem inutilium recrementorum promouent.*

Expulſiua.

Cum vero hac in virtute, vt humores in iuſta *κρασει* retineantur, & exceſsus debito modo expurgentur, plurimum ſitum ſit; videndum primum, vt & tempus accommodatum, & deinde aſpectus fortunantes diligenter pro inſtituendis purgationibus ſeligantur.

In expulſiva quia plurimum ſitum:

In priori conſideratione, verna inprimis, quibus corpora maximè repleta ſunt et humore abundant, et deinde autumnalia tempora, conuenientia et apta ſtatuuntur purgationi.

Quia enim purgationes fieri debent, non in diſtemperato aere, excedente nempè alterutra qualitatum activarum primarum, calore et frigore, æſtate ſcilicet vel hyeme: quemadmodum in Canicularibus et circa brumam extra caſum neceſſitatis abſtinendum eſse à pharmacis

1 Tempus accommodatũ vernũ vel autumnale attendendum.

Medici apertè docent: Et Hippocr. quoque 4. Aphor. 5. idem innuit dicens: Sub Cane & ante Canem moleſtę ſunt purgationes: quod nos tam de Acronyco ſeu hyberno, quam de Coſmico ſeu æſtivo Canis exortu interpretamur: Sed potius in temperato & ad æquabilitatem quandam reducto aere, in quo nec calor nec frigus modum excedit, qualis eſt in vere & autumno: Apparet in electione temporis, quo medicamenta purgantia adhibenda ſunt, potiſſimum quid in vere vel autumno conveniat videndum eſſe.

2 Lunæ poſitus in ſignis.

In poſteriore vero Luna humorum domina perpendenda eſt, cuiuſmodi non tantum in ſignis ipſa exiſtat; verum etiam quibus Planetis configuretur.

Signa purgationi accommoda aquea. ♋ ♒ ♓

Signa quidem maximè convenientia diximus eſſe aquea, id quod & Cardan. 2. Aph. 151. his verbis docet: Tam purgationes quam vomitoria fieri debent ☽ in humidis ſignis exiſtente, horum præcipuum ♓ ſunt, poſt id ♋. Et in tractatu de interrogat. Cancrum præcipuè commendat, quia ſignum mobile. Et Ptol. Aphor 21. centil. Cum ☽ fuerit in ♒ aut ♓, dominusque aſcendentis ſtellæ ſub terram poſitæ copulabitur, bonum eſt purgationibus uti. Si vero copulabitur ſtellæ ſupra terram conſtitutæ, potionem qui ſumpſerit rurſus evomet. Conveniens namque eſt ſigni dominum Planetæ ſubterraneo aut aſpectu aut coniunctione copulari, quo duplicatis viribus noxiæ vires trudantur inferius: Alias ſi ſtella aſcendentis domina coniungatur ſtellæ quæ cœlo ſuperiori fertur, excitata nauſea movebitur ſtomachus, quem motum ſubſequens vomitus, purgationem impediet: Pont. in comm. Videtur autem Cardanus ♒ ideo negligere, quia fixum ſignum eſt. Nam 2. Aphor. 248. dicit: Si Luna in fixo ſigno ſit, minus agit medicamentum. Et Ptol. Cancrum ideo non numerat inter ſigna purgationes promoventia, ſiquidem ei præeſt corporis parti, pectori ſcil. quæ vomitum inprimis movet. Nos omnia aquatica ſigna attendenda eſſe iudicamus, exemplo Ganiveti cap. 1. & 2. differ. 4. Amici Med. Schoneri Can. 4. tertiæ partis Iſag. & Pitati cap. 5. tractat. de electionibus: ſicca vero & calida damnamus, inter quæ peſſimus eſt ♌. Nec planè negligenda eſſe videntur ſigna ♎ & ♒ ſi felicibus radijs ☉ ♂ aut ♀ colluſtrentur; quandoquidem & hæc expulſivam virtutem adiuvant, & dies purgandis humoribus idoneos offerunt.

Nec negligi poſſunt aerea duo ♎ & ♒.

2 Lunæ configuratio cũ Planetis vel Planetarũ interle.

Porro cum vires Planetarum intenſæ correſpondentes humores adaugeant, ♄ melancholiam, ♃ ☉ ♀ ſanguinem, ☽ phlegma, ♂ bilem: danda opera eſt, ut in purgandis humoribus utrice conſideremus Planetarum convenientiam, debilitatem, contrariorum vero fortitudinem, quæ excitatur præſentia vel accommodato radio Lunæ. Ergo ut in genere rectè Card. docet 2. Aphor. 165. Cum ☽ fuerit cum Venere, melius ac tutius bilis pellitur; cum Iove, melancholia; cum ☉ & ♂ phlegma: ita in ſpecie ſecundum Pitatum & Ganivetum: Luna in ♋ cum aſpectu trino vel ⚹ ♀ adiuvat virtutem expulſivam pro evacuanda cholera per Electuarium. Cum aſpectu eodem ☉ vel ♂ adiuvat virtutem expulſivam pro evacuanda phlegmate: Cum *Iove* tandem pro purganda melan-

lan-

Digitized by Google

lancholia. Sic ☽ in ♒ in △ vel ⚹ ♀ excitat expulſivam virtutem pro cholera evacuanda cum potione. In △ vel ⚹ ☼ & ♂ pro purgando phlegmate. Iovis pro melancholia. Luna tandem in ſigno ♓ per pillulas euacuationem ſuadet cum △ vel ⚹ ♀ choleræ: ☼ vero vel ♂ phlematis. Sed melancholiæ cum △ vel ⚹ ♃.

Eſt & Luna decreſcens ad purgationes inſtituendas melior, quam creſcens, præſertim ſi ſine malis radiis, cum Iovis & ♀ retrogradorum radiis ſit, non propinqua Soli, nec ſociata maleficis. Aucta vero lumine ſeu creſcens, & libera à malorum aſpectu, curandis oculis eſt accommodata, vt docet Hermes 39 prop. centiloq. inprimis ſi & Iouis felix ad ☽ irradiatio acceſſerit. Luna decreſcens melior ad purgationes quam creſcens.

Cæterum cavendum ne iuxta eundem 74 prop. Centil. in ſumptione pharmaci Luna ruminantia ſigna, quæ iuxta Card. 2. Aphor. 149. ſunt ♈, ♉ & ♑ percurrat, quandoquidem nauſeam & vomitum facilè movent. Quod ſi tamen vomitorium quis ſumere cupiat, faciet id optimo ſucceſſu Luna exiſtente in ſigno ruminanti, vt docet Ganiuetus c. 2. diffr. 3. Cautela in exhibendis purgātibus. Non ſunt danda purgantia dū Luna eſt in ♈ ♉ ♌ & ♑.

Leonis quoque ſignum licet non ſit ruminans, reijcitur; partim quia Solis domicilium eſt, partim quia membrum, in cuius ſigno Luna exiſtit non eſt tangendum vel lædendum ex 20. Aphor. Centil. Ptol.

Quando ergo Luna præeſt ventriculo, cui aliàs adverſantur medicamenta purgantia, non commodè exhibetur pharmacum Luna in ♌ exſtente. Nam & tum nauſea & vomitus cietur.

Sic fugienda quoque ſunt tum pharmaca, cum Luna quovis radio Saturnum vel Martem intuetur, inprimis ſi □ vel ☍ radio id fiat. Luna quoque feliciſſime Iovi iuncta, impedit purgationes iuxta Ptol. ſent. 19. Centiloquii: propterea quod vim purgativi hebetet, & naturam corroboret: qua ſanè corroborata, medicinæ operatio & effectus vincitur, imò medicamentum concoquitur, vt noxios humores eiicere nequeat. Mali aſpectus ad Lunam.

In capillorum tonſura hoc inprimis attendendum eſt, num crines cito renaſci velimus, num tardè. De capillorum tonſura.

Nam ſi citò & cum decore renaſci exoptemus, tondendi erunt iuxta Schoner. Canone 6 tertiæ partis Iſagog. Luna creſcente & feliciſſime poſita in aſpectu △ vel ⚹ ♃ aut ♀ in ſignis piloſis, ♉, ♍ & ♎. Et fugiendi ſunt aſpectus mali, & fortitudines maleficorum Planetarum, ſignumque ♈, ſi in capite tondendum eſt. Infantibus etiam præſertim puellis vt capilli decorè creſcant, prima vice tondendi ſunt creſcente Luna, & viciniore plenilunio, in aſpectu & ſignis vt diximus.

Si vero capillos non renaſci, aut ſaltem tardiùs creſcere velimus, obſeruanda erit ☽ decreſcens in ♋, ♒ ♓ & cauda ♑, in aſpectu ☿ & ☼ bono. Hæc enim à pilis aliena ſunt. Et Card. 2. Aphor. 157. dicit: Si quis diu obſeruet, vt decreſcente Luna tondeat capillos, caluus fiet; quod idem & Marcus Terent. Var. lib. 1. c. 37. de re ruſtica teſtatur. Caluicies quoque accelerantur, ſi quis capilles Luna in ♈ decreſcente & inſuper damnata, id eſt, malo aſpectu malorum Planetarum læſa tondeat.

De tonſura ouium, caſtratione & mactione pecorum.

Oves & ea, quarum lana ſeu capillitio vtimur, melius quoque teſte Varrone tondentur creſcente Luna, quam decreſcente, quandoquidem creſcente Luna creſcunt capilli.

Quod ſi fortè alia quædam cędenda, carpenda vel tondenda ſunt, vt à putrefactione conſerventur, vel verres, juvenci, arietes, ſues, hædi, &c. caſtrandi aut etiam mactandi ſint, vt carnes ſalitæ & fumo induratæ aliquandiu durent, id totum, vt Plinius lib. 18. cap. 32. innuit, decreſcente Luna innocentius fit quam creſcente.

Experientia quoque notum eſt nonnullis ex improuida vnguium reſectione, vngues difformes factos, aut apoſtemata circa eoſdem enata eſſe.

De vnguium reſectione.

Notarunt igitur Aſtrologi, inprimis Schonerus capite 7 tertiæ partis in abſciſſione vnguium obſervandam eſſe Lunam auctam lumine & motu, & in aliqua domorum ♀, Tauro vel ♎, vel etiam ♈ aut ♌, Venerem aſpicientem, vel Solem radio amicabili intuentem. ♊ vero & ♓ præ cœteris ſignis tum pro loco Lunę, tum pro aſcendente reijciuntur.

De ablactatione Infantium.

In ablactatione infantum, qui iam per annum atque amplius ſolo nutricis lacte nutriti ſunt, hoc potiſſimum conſiderandum eſt iuxta Canon. 10. tertiæ partis Iſagog. Schoneri, num quis infantem ſuum delicatum, num carnium, leguminum, radicum fructuumve è terra naſcentium commeſtorem eſſe deſideret. Plerumque enim pro natura ſigni Lunæ & Planetarum, ablactati infantis appetitus inclinabitur.

Ideoque ſi delicatos infantes eſſe voluerimus, ſignum aſcendentis & Lunæ humanum conſtituamus, benevolo ♀ aſpectu accedente: Si carnium avidos, ♌ Martemque. Si piſcium, ♋, ♓ et ♑ caudam. Si leguminum, radicum, fructuum ac ſimilium è terra naſcentium, terrea ſigna, præcipuè autem ♑ et felicem ♄ affulſionem eligamus. Inprimis vero commendatur ☽ feralis, id eſt ſine omni aſpectu. Nam hæc facit obliuiſci nutricis. Facilè aſueſcit ad quosuis cibos, qui Luna in ♑, ♊, ♐ vel ♒ exiſtente ablactatur. Luna quoque quo longius diſtat à Sole, et vicinior eſt plenilunio, eo magis conuenit ablactationi. Impedit autem ablactationem domus ♀ vt ♎ vel ♉, ſi in aliqua earum ☽ conſtituta reperiatur. Tum enim naturaliter infantes manere deſiderant apud nutrices.

De ſatione.

Tempus ſationi inſtituendæ accommodatum, etſi inprimis inquirendum eſt à peritis agricolis & hortulanis propoſiti alicuius loci, ne id turpiſſimè annotetur à Calendariorum ſcriptoribus ad brumam & Caniculares: tamen & Aſtrologi pręcepta nonnulla tradunt, iuxta quæ ſatio inſtituenda venit.

In ſatione Luna præcipuè attendenda.

Ac Lunam quidem ſcriptores tam agriculturæ quam Aſtrologicarum obſervationum, pro tempore ad ſationem & plantationem idoneo obſervandam eſſe tradiderunt; quandoquidem ☽ maximè corporibus ijs, quæ vegetabilia dicuntur, vt ſunt plantæ & res ex terra naſcentes, dominatur: vt ſi in terram humidam aut ſemen humidum ſeminare aut plan-

Digitized by Google

plantare quis voluerit, faciat id commodiſſimè docente Schon. Can. 9. part. 3. Iſag. ſub interlunio, decreſcente Luna. Si vero in terram aridam, aut ſemen aridum ſerere animus ſit, faciat id Luna creſcente propè plenilunium.

Inprimis autem proſpiciendum eſt, monente Virg. lib. 1. Georg. & Plin. cap. 25. lib. 18. quo ſeſe frigida ♄ ſtella receptet. Nam ♄ dominatur terræ, & ſationi ac ſeminibus præeſt, vt notat Pont. in comm. ſuper 10 ſent. centil. Ptol. Hinc ille feliciter configuratus ☽, aſpirante ſimul Ioue & ♀ adiuuat culturam terræ. Impediunt v. eandem aſpectus ♂ ad Lunam. Seminatio quoque fieri ſolet die ante vel poſt nouam Lunam. Poſt tamen melius eſt, præſertim ſi ☽ motu velox & in ſignis mobilibus ſit. Signa namque ad ſeminandum idonea ſunt mobilia ♈, ♋, ♎ & ♑, quibus rectè iunguntur ♍ & ♓. Ad plantandum v. fixa ſigna conducunt inprimis ♉ & ♒. Quod ipſum & Pitatus in doctrina Elect. docet: Plantatio inquit arborum, vinearum vel ſimilium eo tempore inſtituenda eſt, quo aſcendunt ſigna fixa, inprimis ſi Luna Taurum cum ♀ decurrat, vel ab eadem aſpectu afficiatur. Quod ſi Lunam in ♉ habere non potes, ſtatue in ♒, tandem in ♌, ita tamen vt ex ſigno aquatico à Saturno, Iove vel Venere aſpiciatur. Docet etiam Card. 2. Aph. 162. Lunam in ſignis terreis ♉, ♍ vel ♑ in aſpectu Saturni vtili conuenire ſationi, plantationi, ſuffoſioni vinearum. Sic in ♋ frugum omne genus terræ mandari, & in ♎ ac ♒ horti coli poſſunt. Acria v. nec feras, nec colligas, nec reponas, niſi Luna infra terram exiſtente 2. Aph. 154. In genere quoque melior eſt ſatio & plantatio, quando mox ſubſequutura eſt pluvia. Vites ſi putaveris Luna plena lucente in ♉ ♌, ♏, vel ♓ nec ſorices, nec volucres vuas infeſtabunt, 2. Aphor 155. Plantatio

Sponſaliorum tempora etſi optimè ex perſonarum quæ coniugium appetunt genituris deprehenduntur: generaliter tamen Aſtrologi, vt monet Schonerus Canone 11 part. 3 Iſagog. pro felici deſponſatione mariti, radios ☉ & ♀ felices inter ſe ac coniunctos: pro femellæ vero connubio ☼ cum ♂ radios felices conſiderant. De Sponſaliorum tempore.

Iouis quoque ad ſignificatores dictos beneficos aſpectus, non parum felicitatis ei rei affert, præſertim ſi Luna ſit in ſigno aliquo Venereo vel Iouiali ♉ ♎, ♐ vel ♓. In vniuerſum vero pro aſſequenda prole Luna ſit in ſignis multorum liberorum, cuiuſmodi ſunt aquea ♋ ♏ & ♓, & in benignis aſpectibus ♃ & ♀.

In itineribus aggrediendis optimum quidem eſt, iuxta Schon. Canone 18. tertiæ partis Iſagog. genituram illius noſſe, qui peregrinari vult. Nam ſi primo locus ☽: ſecundo aſcendens natiuitatis vel revolutionis; & tertio domus nona, vel dominus eius fortunati fuerint, fortunatum quoque deſignabunt iter, ſecus, ſi aliter ſeſe habuerint. De tempore itinerū.

Ac ſi in genere de itineribus pronunciandum ſit: Fortunatum quidem per terras iter illud judicatur, quod poſt impetratam precibus diuini numinis præſentiam incipitur, dum ☽ vel in ſignis terreis verſatur, In genere.

vel

vel ſigna terrea aſcendens tenent, ipſaque Luna felicibus Planetarum radiis fortunatur, fortunis ♃ & ♀ exiſtentibus in bonis cœli locis, infortunis vero in cadentibus. Inprimis v. cauendum iuxta ſent. 41. cent. Ptol. ne tempore diſceſſus, locus octauus dominuſque eius, afflictionem patiantur: Et tempore reditus, ſecundus locus, qui opponitur octauo, eiuſque dominus malè ſeſe habeant. Aliàs namque & iter & negotia infeliciter expedientur, eritque fructus expeditionis vel nullus vel moleſtus.

Per aquas. Per aquas autem iter illud fortunatur, quod Luna, vel aſcendente ſigna aquea tenente, & fauſtis Planetarum radiis cum Lunam rum aſcendens irradiantibus ſuſcipitur, maleficis loca abiecta tenentibus, Lunamque & aſcendens infauſto aſpectu non pulſantibus.

Cauendum vero & hic iuxta ſentent. 55. Centil. Ptol. ne cum velis datur nauis, ♂ vel in cœli medio vel in vndecimo exiſtat loco. In his enim locis nauem corrumpit prædonibus per vim occupantibus: ſiquidem per Martem in medio cœli homines ſignificantur, quorum magiſteria, negotia, operationes, atque actiones ad iniurias inferendas diriguntur, quique per vim rapinaſque rem ſibi comparare ſtudent: In vndecimo vero loco ſignificatur peculium, cenſus nauigij, & merces ac bona quibus omnibus detrimentum vel à piratis vel legitimis hoſtibus ♂ ibidem exiſtens denunciat, vt docet Pontan. in com.

Incenditur autem nauis, ſi aſcendens inſuper ab aliqua ſtella fixa, quæ ex Martis mixtura eſt, affligatur. Et rectè ex Abenragele Pitat. in tractatu de electionibus monet, quinque potiſſimum radices in itineribus per aquas conſiderandas eſſe: Primum aſcendens, ſub quo ædificari cœpta eſt nauis. Secundo horam qua emittitur nauis. Tertiò, qua primum deducitur in aquam. Quartò, qua homo ingreditur nauem; Et quintò, qua nauis ventis primum committitur. In his omnibus enim cauendum, ne quidquam hora ♄ vel ♂ ſuſceptum ſit vel incipiatur: Et ne ☽ [illegible] ſignum decurtat ſitque Luna à ♂, □ vel ☍ maleficorum radio libera, fulta △ vel ✱ radio beneficorum ♀ vel ♃.

De conuerſatione mutua, cũ Magiſtratu. Vt quoque ſciamus, quibus cum perſonis quouis tempore aptè conuerſemur, attendendum, cum regem, ducem, vel in ſummo Magiſtratu conſtitutum accedere velimus, faciamus id docente Pitato in elect. itinerum partic. Luna Soli vel ſaltem domino 10 domus △ vel ✱ aſpectu conſociata. Optimum vero erit, ſi Sol & Dominus 10 ſeſe mutuo recipiant, ſitque ☉ in bono loco cœli, prima, 10 vel 11 domo. Namque in 7. 5 vel 4 parum boni, vel cum magno & diuturno labore ſignificat. Inprimis cauendum, ne ♄ vel ♂ eodem tempore in aliquo angulorum exiſtant, ſitque Luna male affecta vel malis malorum radiis, vel combuſtione vel cum ☋.

Cum religioſis. Si religioſi Epiſcopi, Theologi, Senatores & primarii urbium, judices vel legum antiſtites compellandi ſint, fiat id Luna Ioui vel juncta, vel aſpectu benefico △, ✱ aut etiam □ cum receptione tamen ex aliquo angulorum, vel alio bono cœli loco annexa.

Eodem

Digitized by Google

Eodem modo, ſi cum ſenibus, agricolis, aliiſque auſteris hominibus tractandum quid ſit, eligatur ♄ bono aſpectu Lunam irradians. Si cum militiæ ducibus vel præfectis, ♂: & caveantur ♂, □ vel ☍ ♄ vel ♂ ad Lunam: item retrogradatio, infelicitas & tarditas motus iſtius Planetæ, ad quem Luna corpore vel radio fertur. Portendunt enim hæc varia impedimenta; variosque labores in actionibus. Sic ſi cum fœmineo ſexu, vel iis qui ad Venerem pertinent, converſandum ſit, aſpiciatur ♀ in maſculino ſigno conſtituta, Lunam felici radio intuens. Cum hominibus vero ingenioſis, Cancellariis, Mercatoribus, vel ſculptoribus ☿, pro vt aliquo modo hæc ex præcedenti etiam capite nota ſunt.

Cum ſenibus & agricolis, cum militibus.

Cum fœminis.

Cum ingenioſis.

Præceptoribus pueri tradendi ſunt tum, notante Schonero Canone 12. part. tertiæ Iſagog. cum Luna aucta lumine in ſigno humano cum Mercurio conſtituitur; aut etiam Mercurium fortunato radio intuetur: vel ſi exactius tempus determinare cupiamus, ſit ☿ fortis in domo vel triplicitate ſua, ſit motu velox, occidentalis, in domo cœli angulari, vel etiam 9. vel. 11, horoſcopumque ſignum aliquod humanum teneat, domino interim eius vel medium cœli poſſidente vel idem radio fauſto intuente. Nec negligendum videtur illud tempus, quo ☿ cum domino aſcendentis in aliqua fortunata irradiatione conſtituitur.

Præceptoribus quando tradendi pueri.

Veſtis iuxta Schon. Can. 14. part. 3. commodiſſime parantur & emuntur, ſi Luna ſit aucta lumine, & ſecunda domus eiuſque dominus in communi & mobili ſigno verſentur, felicibus radijs illuſtrentur, & Sol medium cœli occupet.

De induendis & parandis veſtibus.

Induuntur vero tutiſſime, ſi ☽ & aſcendens ſint in ſignis mobilibus, ♃ & ♀ iuncti vel corpore vel radio. Cavendum namque a ſignis fixis, vt docet Hermes ſentent. 82. & Ptol. ſent. 22. Gentil. incidere vel induere inquit novas veſtes Luna exiſtente in ſigno fixo & ſpecialiter in ♌ periculoſum eſt: inprimis vero cum Luna fuerit male affecta in ♂ vel ☍ ☼, aut a malis radiis maleficorum impedita. Et rationem adfert Pont. in com. quod res quæ corporis vſus gratia fiunt, imperfectiores merito & minus diuturnæ eſſe debeant corpore, cui famulantur ſeu inſerviunt. Iam vero veſtes in ſtabilibus ſignis factæ, & primum indutæ, diutius durare præſumuntur corpore, quod vel morbis, vel alijs malis impediri innuunt, quo minus illarum vſus continuetur, vt ita ſepoſitis atque in arcam reconditis vſui domini non ſerviant. In conficiendis ergo veſtimentis ad id reſpiciendum eſt, vt tanquam fluxa & fragilia veteraſcant, corpus vero incolume permaneat. De ♏ tamen fixo quoque ſigno aliter loquitur Card. Aph. 152. Caue ne veſtes conficias, dum ☽ eſt in ♏, magis ſi luminibus ſit plena, & eam aſpiciat ♂. Celeriter namque lacerabuntur. forte quia ſignum eſt Martis & aqueum, quod corruptionem inprimis promovet.

Venandi oportunum cenſent tempus Aſtrologi, iuxta Can. 19. part. 3. Schoneri, ſi aſcendens ſit ſignum mobile, & Luna in medio cœli à Iove fortunetur, Iove quidem & Venere aſcendente Marte ſeptimam poſſidente, & Saturno cadente, nec aſcendens quovis modo irradiante. Optimum vero eſt,

ſi

ſi ☽ in ♋ ſit, Iupiter ♓ teneat, ea lege, vt Luna Ioui applicet, non ab eadem defluat. Vitanda autem ſunt tempora, quibus Planetę retrogradi in angulis exiſtunt, & eiſdem Luna infortunata applicet: Temporibus namque illi omnem operam ludere, & ſine præda venatores domum reduces venire ſtatuunt Aſtrologi.

De lignorum refectione.

Ligna tandem ad ędificationem cædenda ſunt decreſcente Luna à Martino ad Fabianum: ſeu vt Schonerus vult Canone 21 *tertiæ part. à Solſtitio æſtiuo vſque ad Calendas Ianuarij; menſibus Iulio, Auguſto, Septembr. Octobr. Novembr. & Decembri. His enim menſibus, præſertim à Luna 15 vſque ad 22 iuxta Schon. ſeu potius vt Plin. cap. 36. lib. 16 vult, à 20 die in 30, decreſcente humore, ſicciora, robuſtiora, ſolidioraque ſunt ligna, nec facile interna vermium quaſi ſcabie exeſa, in pulverem vertuntur, vt innuit Plin. lib. 16. cap. 41.*

Serenis diebus ligna quæ durare debent, ſecentur. non ventoſis.

Et attendendi ſunt in ſectione lignorum, ſereni & non humidi dies, quandoquidem ligna humectata tempore ſectionis facilius carie corrumpuntur. Reijcienda vero ſunt illa ligna, quæ ventus dejecit, cum ventoſis temporibus moueantur & ſonitum edant. Cardan. quoque ſect. 2. Aph. 158. ex Plin. lib. 16. cap. 39. monet, cæduam ſyluam ad opus decreſcente Luna metendam aut ſecandam. Si diligentius ad opera egregia vltima quarta: Melius autem longè ſi interlunij die: Optimum omnium & ad æternitatem faciens, ſi interlunij dies in nouiſſimum brumę diem ſimul incidat, Saturnuſque reſpiciat Lunam, *Luna* vero ſub terra ſit. Cariem enim non ſolum non ſentiunt, ſed & duriſſima redduntur. Ad ignis autem materiam ſyluas ac lucos, & quæcumque celeriter creſcere denuo cupis, nulla refecti habita cura, *Luna* ſupra terram in prima quarta, ♀ aut Ioui coniuncta cædes, ſicut Card. ſequ. 159. Aphor. ſec. 2. affirmat.

Aſpiciant vero ſtudioſi Calendaria, diligenter à probatis artificibus ſcripta, eaque cum regulis traditis & Ephemeridibus ſuis conferant. Hoc cum per annum vnum atque alterum fecerint, omnia facilius aſſequentur.

TER-

Digitized by Google

TERTIVM MEMBRVM.

De judicio Genethlialogico generali.

PROOEMIVM.

De continuatione huius cum præcedenti membro, diſtinctione, & requiſitis neceſſarijs.

A*Bſolutis illis, quæ ad iudicium commune pertinent, quod* καθολικὸν προγνωστικὸν *Ptolom. appellat, quandoquidem continet prædictiones ex aſtris, quæ pluribus gentibus & vrbibus conveniunt: Reliquum nunc eſt, vt ad ſpeciem tranſeamus, & quomodo ſingulis hominibus propria iudicia texenda ſint; oſtendamus;* quæ γενεθλιαλογικὰ vocãtur, vt quæ ex cuiuſvis gẽitura, de iis, quæ nato, reſpectu effectricis cauſſæ cœli, expectanda ſint, oſtendunt. *Etſi vero utrumq; iudicium ſupponit cœleſtium corporum quandam* διάθεσιν, *ex qua conijciendæ ſunt ſpecies eventuum, quas ex proprietate ſua, cœleſtia ſignificare per experientiam eſt deprehenſum: tamen aliqua occurrit differentia: 1 Quod univerſalium* προγνωστικὸν *per ſe ſit perfectum, etiamſi hoc particularium ſubiectorum iudicium non ſubijciatur. Deinde quod diverſa ſint in vtroq; principia: Nam in univerſali, quod circa regiones & vrbes verſatur, cum vnum eſſe initium nequeat, multa ſtatuenda ſunt principia, quibus cœleſtium* διαθέσεις *accommodantur. In particularium vero prædictione unum eſt principale initium, illud nimirum, quod generationis eſt hominis, quod quidem ſpeciem rei determinat, eaq; quæ cuiuſq; naturæ ſunt propria. Reliqua initia, quæ ſunt quædam ſecundum ætatis gradus & tempora diſtinctiones, huic principali, ut ſubiecto cuidam accidunt, eiuſq; proprietates tantum augent, aut minuunt.*

Ptol. lib. 3. quad. cap. 1 ſeu text. 1.

Differunt iudicium generale regionum, & iudiciũ genethlialogicum. Ptolom. text. 2.

Eſt autem generationis principium tempore duplex: vnum conceptionis, alterum partus, cum in luce editur. *Si conceptionis principium conſtet, vel caſu, vel per obſervationem, magis convenit ipſum ſequi quam alterum; nimirum conſiderando quam vim & afficaciam habeat in agendo* σχηματισμὸς *cœli, qui illo occidit momento. Nam hoc tempore* σπέρμα, *ex diſpoſitione circumfuſi aeris, primum fit certi cuiuſdam temperamenti, & peculiarem induit naturam, quæ quidem licet ſuccedentibus temporibus, quibus in corpus vnum mutatur & conformatur, nonnihil fiat in temperamento diverſa: tamen eam vt plurimum, quæ primum eſt imbuta, proprietatem retinet, & materiam, ex qua incrementum accipit, ſic vt ſua attemperat ſecernitque; quemadmodum hæc prima exigit impreſſio. Idcirco ex hoc principio proprietates animi & corporis maxime poterunt haberi, de quibus ſupra cap. 12 partis 2 quædam monui.*

Generationis hominis principium duplex. Ptol. text. 3. lib. 3 quadrip. vnum conceptionis.

T   Quod

Alterum partus.

Quod ſi vero ipſum non conſtet, vt ferè perpetuo neſcitur; tum ad illud momentum attendendum eſt, quo in lucem quis prodit; ſiquidem iuxta ſegm. 1 Aph. 26 Card: Puer tunc naſci dicitur, cum aerem primum per os inſpirat extra matris uterum. Nam & maxima huius principij eſt vis, & a priori tantum differt, quod non monſtret, quæ ante partum accidant: alioqui æqualis eſt potentiæ, imo ut tempore poſterius eſt, ſic reipſa perfectius habetur. Momentum enim conceptionis principium tantum eſt ſeminis in humana generatione, & quædam quaſi inchoatio. Partus vero hora principium eſt hominis & principale vitæ exordium, quo quæ deſunt extremè abſoluuntur. Quod ſi quis objiciat hominem prius eſſe ex omni parte perfectum, quam in lucem prodeat, & thema cæli ad tempus partus conſtructum, nihil conferre ad peculiarem cuiuſque naturam: Huic reſpondendum eſt: Naturam quam fœtus ex cœleſti impreſſione primo acquiſivit, vt reliqua ſibi proprie attemperat, ſic poſt maturitatem & abſolutionem ſuo impetu fieri, vt ſub tali conſtitutione cæli prodeat, qualis fuit ea, quæ prius fœtum efformavit. Congruit enim, *vt ſupra part. 2. cap. 12. monuimus ex ſerm. 51. centil. Ptol. & Regula Herm. Triſmeg.* locus ☽ in partu, cum loco ☽ in conceptu, & vice verſa. *Quamvis igitur conſtitutio cæli tempore partus non efficiat quæ tum in genito ſunt effecta: tamen vim habet potentia ſua & efficiendi, & etiam ſignificandi talia. In Genethlialogica itaque theoria, ſi principium conceptionis non habeatur, alterum hoc inquirendum eſt, & eo aſſumto reliqua ordine ſuo inde deducenda ſunt. Hinc ſi de ſtatu alicuius nati iudicium ex aſtris ferendum eſt, cum tempus conceptionis vix dari poſſit, de tempore partus quæritur: Eoque dato, thema cæli iuxta præcepta cap. 11. præcedentis 2. partis conſtituitur, & iuxta vltimum cap. eiuſdem partis præcipui ſignificatores diriguntur; vt tandem quæ nato conſtitutio corporis, valetudo, cuiuſmodi ingenij vires, mores, & actiones quæ temperamentum conſequuntur; item fortunæ bona, amicitiæ, familiaritates, itinera, coniugium, liberi, aliaque accidentia, ipſaq; adeo mors, & mortis genus ex cæli diſpoſitione ſignificentur, primum generatim abſque certa annorum determinatione iudicetur; poſtea & in ſpecie ſingula ſignificata ſuis temporibus definiantur.*

Momentum partus in iudicio nativitatū maximarum virium eſt.

Locus Lunæ in partu, cõgruit cum loco Lunæ in conceptu.

In iudicio Genethlialogico primum thema erigitur, eiusq; præcipui ſignificatores diriguntur.

Primum vero in hoc membro generale iudicium proponemus, illudq; ab examine fortitudinis & debilitatis ſignificatorum ordiemur, & in reliquis eum ordinem obſervabimus qui partim domiciliorum, diſtinctione partim etiam natura ipſa, & ſignificationum in vita ſucceſſione nobis præſcribitur.

Caput

Caput I.

De collectione dignitatum ſingulorum Planetarum; eorundemq; & domorum gubernatione, item domorum felicitate vel infelicitate.

IN iudiciorum Genethlialogicorum inquiſitione hoc ante omnia ſpectandum eſt, quod præter alios Aſtrologos, Cardanum, Schonerum, & veteres pleroſq; etiam Cyprianus Leovitius, & ex eo Iunſtinus; Item Peucerus in prælectionibus ſuis Aſtrologicis docuit, & docendi recta methodus ſuggerit; ut fortitudines & debilitates Planetarum examinentur, qui & quibus in locis naturaliter effectus ſuos vehementius exerant, & rurſus quando & ubi ſint imbecilliores, Quotieſcunq; enim aliquid de nati conditionibus, vt pote de vita, dignitate, conjugio, aut ſimilibus pronunciandum eſt, inſpiciendi ſunt certi loci, quos vſitate appellamus ſignificatores. ac juxta eorum conſtitutionem, mutuam convenientiam in ejuſdem eventus ſignificationem, naturam, poſitum in mundo & in themate, motum, & cum alys benignis & malignis ſtellis congreſſum & configurationem, judicia de propoſita quæſtione ſunt ferenda; quandoquidem vt recte monet Haly *part. 1. cap. 5. judicior.* Planetarum vnus fortunat alterum, & vnus damnat alterum, & referunt inter ſe exempla hominum, qui ſibi ſub veniunt ex amicis, & pugnant pro eis, & diſturbant inimicos.

Examen fortitudinis & debilitatis planetarū.

Conſiderantur autem in Planetis hæc 6 potiſſimum accidentia. Primo. *Num Planeta in aliqua ſuarum dignitatum eſſentialium conſtituatur, vel num peregrinus, cadens aut in detrimento ſuo ſit. Atq; hæc conſideratio fit juxta tabulam dignitatum eſſentialium ſupra cap. 4. primi membri huius partis propoſitam & declaratam: In qua Planeta exiſtens:*

Sex accidentia in planetis præcipue conſiderātur.

1 Dignitates eſſentiales.

Dignitates habet		Debilitates habet	
In domicilio aut receptione mutua ex domicilio	5	In dettimento vel exilio	5
In exaltatione aut receptione ex exaltatione	4	In caſu ſeu deiectione	4
In triplicitate	3	Peregrinus	5
In termino	2		
In decanatu, facie, gaudio & almugea	1		

Secundo, *quomodo conſtitutus ſit Planeta in figura natiuitatis, num in angulo, ſuccedente vel cadente domo. Eſt enim Planeta cadens, iuxta Haly, ſimilis peregrinanti, qua de re egimus cap. 5 eiuſdem membri.*

2 Poſitus in themate.

Hinc Planeta.

In medio cœli vel aſcendente	5	In domo 12	5
In domo 7, 4 & 11	4	In domo 8 & 6	4
In domo 2 & 5	3		

In domo 9	2
In tertia	1

3 Motus Planetarū. Tertio *num directus, velox, tardus vel retrogradus ſit.*

Planeta enim

Directus, quod de Sole & ☽ accipi non debet	4	Retrogradus	5
Velox curſu	2	Tardus	2

4 Poſitus ad Solem. Quarto *num orientalis vel occidentalis, atq; ita lumine auctus vel diminutus.*

Orientalis enim ex tribus ſuperiorib. ♄ ♃ ♂	2	Occidēt. è 3 ſuperior.	2
Occidentalis è duobus inferioribus ♀ & ☿	2	Oriental. è 2 inferior.	2
☽ lumine aucta ſeu creſcens Occidentalis	2	☽ lumine dimin. decr.	2

5 Vicinitas ad Solem. Quinto *num combuſtus, ſub radijs, in Cazimi, vel liber à combuſtione & radiis.*

6 Conſociatio. Sexto *an beneficis Planetis benigno aſpectu aſſociatus, aut maleficis inimico aſpectu configuratus ſit. De quibus vide cap. 6 iſtius membri.*

Planeta ergo

Dignitates habet		Debilitates habet	
Liber à combuſtione & radiis	5	Combuſtus à Sole	5
In Cazimi ſeu corde ☉	5	Sub radiis ☉	4
Partilis ☌ ♃ aut ♀	5	Partilis ☌ cum ♄ vel ♂	5
Partilis ☌ ☊	4	Partilis ☌ cum ☋	4
Partilis △ ♃ aut ♀	4	Obſeſſus à ♄ & ♂	5
Partilis ⚹ ♃ aut ♀	3	Partilis ☍ ♄ vel ♂	4
Conionctio cum Regulo in 24 gr. ♌ intra diſtantiam 5 graduum	6	Partilis □ ♄ vel ♂	3
☌ cum Spica ♍ in 18 grad. ♎	5	☌ cū cap. Med. Alg. dict. in 12 gr. ♉ intra diſt. 5 gr.	5

Modus examinis. Conſideratio vero horum accidentium hoc modo inſtituitur. Primo aſſumuntur ſinguli Planetæ ſeorſim, & illis ordine adſcribuntur fortitudines & debilitates cum ſuis numeris. Poſtea colligitur vtrorumque numerorum ſumma. Inde enim emergunt tituli dignitatis aut indignitatis, pro eo numero, qui vincit:

1 Reg. examinis quatuor. *Siquidem 1 quicumq; habuerit eſſentiales dignitates præcipuas duas aut tres, vtpote domum, exaltationem, triplicitatem, aſpectum fortunarum, fueritque liber à Sole fortunatus vocabitur, contra qui his caruerit, infortunatus: Eſtq; vt Haly refert c. 5 p. 1 Iud. infortunatus Planeta ſimilis homini infirmo.*


2 *2 Si velox fuerit in domo felici, lumine auctus, & Orientalis ex ſuperioribus, occidentalis ex inferioribus dicetur fortis. Contra debilis.*

3 *3 Si nec fortunati nec fortes dici poſſunt, & vincunt tamen fortitudinis teſtimonia, vocantur felices tantum. Contra infelices, ſi vincunt teſtimonia debilitatis.*

4 *4 Poſtremo vbi paria ſunt fortitudinum & debilitatum teſtimonia, appellantur mediocres.* Notandum vero non adeo opus eſſe curioſa ſolicitudine de titulorum differentia, qui a ſine periculo iſtis ſolummodo vocabulis contenti eſſe poſſumus, fortis, debilis & mediocris. *Atque ex huiuſmodi Planetarum examine dignitatum collectione, certus tandem ant ordo Planetarum*

netarum conſtituitur, iuxta dignitatem & potentiam cuiuſq;, qui ordo ſumitur ex ſubtractione debilitatum à fortitudinibus. Is enim Planetarum, qui plura fortitudinis teſtimonia habet, preferendus eſt illi, qui pauciora habet. Quod ſi tamen paria duorum vel plurium ſeſe offerant, præfertur, qui pluribus dignitatibus eſſentialibus eſt ornatus.

Verum ut, qua ratione teſtimonia fortitudinum & debilitatum colligenda ſint, cuivis appareat, nunc ordine ſingulos Planetas in hac adiuncta & ſupra pag. 379. propoſita genitura per Animodar correcta, examinabimus.



In hac prima genitura inclyti Baronis, ♄ eſt in 18 grad. 58 l. [illegible], habetq; Exemplũ primum.

Teſtimonia fortitudinis		*Debilitatis*	
In quinta domo	3		
Directus	4	*Quia peregrinus*	5
Velox curſu	2		
Orientalis	2	*Vincit ergo 11 teſtimonijs fortitud.*	
Liber à combuſtione & radijs	5		
ſumma	16		

♃ eſt in 27 grad. 33 l. ♎

	Ratione faciei	1
Fultus teſtimonijs fortitudinis	*Domus quarta*	4
	Directionis	4

Velox

Velocitatis curſus 2
Et quia Orientalis 2
Liber à combuſt.& radijs 5
In ſumma 18

Cumq; nullis debilitatibus deijciatur ſtatuitur eſſe fortis teſtimonijs 18

♂ eſt in 14 grad. 23 l ♓

Gaudens teſtimonium fortitudinis
Reſpectu triplicitatis 3
Domus nonæ 3
Directi curſus 4
Velocitatis 2
Et quia liber à combuſt.& radijs 5
In ſumma 16

Debilitatis *Occidentalis* 2
Hinc 14 teſtimonis felix cenſetur.

☼ eſt in 25 grad. 7 l ♄

In facie propria 1
Et velox curſu 2

At in ſexta domo 4
vnde vno teſtimonio debilitatis ſuperante debilis relinquitur

♀ eſt in 9 grad. 23 l ♄ habens teſtimonia

Quia directa	4	*Quia peregrina*	5
Velox curſu	2	*In domo ſexta*	4
Liber à combuſt.& radijs	5	*Orientalis*	2
In ſumma	11	*In ſumma*	11

Vnde quia teſtimonia ſeſe mutuo tollunt, mediocris iudicatur.

☿ eſt in 6 grad. 40 l ♄ teſtimoniis

Fortitudin. fultus *Quia in termino* 2
Liber à combuſt.& radijs 5

Debilitatis deiectus *Quia in ſexto domo* 4
Retrogradas 5
Orientalis 2

Hinc ob 4 teſtimonia debilitatis exuberantia debilis relinquitur.

☽ eſt in 28 gr. 32 l ♄ nullis fere teſtimoniis fortitudinis gaudens, *præterquam quod Occidentalis eſt*

At debilitatibus affecta eſt plurimis
Quia peregrina 5
In detrimento 5
In ſexta domo 4
Combuſta à Sole. 4


Teſtimonijs ergo debilitatis 16 reliquis infortunata cenſetur
Atque ita conſtat in hac geneſi Iouem robuſtiſſimum eſſe 18 calculis. Poſt ♂ 14: Hinc ♄ 11. ♀ eſt mediocris: ☼ debilis teſtimonio 1: ☿ 4. ☽ 16.

Exemplũ alterum.

In hac altera vero amici mei ſingularis
♄ eſt in 25. grad. 30 l ♓
Et babet teſtimonia fortitudinis, quia
In domo X I 4
Directus 4
Velox curſu 2
Orientalis 2
Liber à combuſt.& radijs 5
In ſumma 17

Debilitatis quia Peregrinus 5

Cum



Cum igitur teſtimonia fortitudinis ſuperent numero debilitates; pronuncio Saturnum fortem eſſe teſtimoniis 12.

♃ eſt in 25 grad. 57 l ♍ ℞ *Cui enumerantur teſtimonia fortitudinis, quia*	*In domo v.* 3	*Debil. quia*	*In detrimento*	5;
	Liber à combuſtione et rad. 5;		*Peregrinus*	5;
			Retrogradus	5;
			Occidentalis	2;
	Atque ita in ſumma teſtimonia fortitudinis 8		☍ partilis ♄	4;
			Debilitatis	21

Infortunatus ergo & debilis eſt ♃ teſtimoniis 13.

♂ eſt in 27 grad. 12 l ♈. *Pollens teſtimoniis fortitudinis, quia*	*In domo propria*	5;	
	Directus	4	
	Velox curſu	2	*Debil. quia In domo* 12 5;
	Orientalis	2.	
	Rad. ☉ *vix egreſſ.*		

Quando vero teſtimonia fortitudinis detractis debilitatibus, ſuperſunt 8; *Eſt omnino* ♂ *fortis.*

☉ eſt in 12 grad. 42 l ♉;	*Habens teſtim. fortitud. prorſus nulla.*	*At debilit. quia*	*Peregrinus*	5;
			In domo XII	5;
			Tardus	2
			In ſumm.	12

Sol

Digitized by Google

Sol ergo infortunatus & debilis pronunciatur.

♀ eſt in 6. grad. 11 l ♉ *Et habet fortitudinis teſtimonia, quia*	*In domo propria*	5	*Debil. vero quia*	*In domo XII*	5
	In triplicitate	3		*Orientalis*	2
	In termino	2		*Combuſta*	5
	Directa	4		*In ſumma*	12
	Velox	2			
	In ſumma	16			

unde detractis debilitatibus adhuc fortunata judicatur teſtimoniis 4

☿ eſt in 0 grad, 14 l ♊ *Ful. teſtimoniis, fortitudinis, quia*	*In domo propria*	5	*Aſt in domo XII* 5.
	In termino	2	
	Directus	4	
	Velox	2	*Eſt ergo fortunatus & fortis teſtimoniis reſiduis* 15
	Occidentalis	2	
	Liber à cõbuſt. & radiis	5.	
	In ſumma	20	

☽ eſt in 6 grad. 25 l ♒ *Fulta teſtimoniis fortitudinis, quia*	*In MC.* 5	*Debilitatis deiecta, quia* *Peregrina* 5
	Velox 2	*Lumine diminuta* 2
	Liber à combuſtione & radiis 5	

Vnde 5 adhuc teſtimoniis fortis ſtatuitur.

Patet ergo in hac geneſi ☿ eſſe fortiſsimum & fortunatum teſtimoniis 15. Poſt ♄ 12: Inde ♂. 8: ☽ 5. ♀ 4. Debiles ſunt ☉ 12, ♃ 13 teſtimoniis.

Porro in hoc fortitudinum & debilitatum examine, Leovicius partem fortunæ non minus quam Planetam aliquem conſiderare docet Ptolemæum, hoc tamen diſcrimine, vt parti fortunæ non tribuat aſpectus, niſi quatenus à Planetis ipſis aſpicitur. *Eſt enim* ⊗ *tantum locus cœli, in quo* ☉ *&* ☽ *radii hac analogia concurrunt ut quam configurationem horoſcopus habet ad Solem, eam* ⊗ *ad Lunam habeat: atq; ita Luna cenſeatur quaſi horoſcopus.* Eius autem fortitudines & debilitates hoc modo examinantur. *Primum* conſiderantur ſigna, in quibus conſtituitur: Ac judicantur felicia, quæ ſunt fortunarum: Infelicia quæ ſunt infortunarum domus. *Secundo* aſpectus Planetarum, qui ſi felices fuerint, augent vires partis fortunæ, ſi infelices minuunt. *Tertio* locus figuræ cœleſtis in quo eſt. Et *quarto* ſtellæ fixæ regiæ vel violentæ, quibus cum verſatur. Tandem numeris hac ratione fortitudines diſtinguuntur.

⊗ quoq; examinari ſolet an ſit debilis vel fortis.

	Fortitudines habet	⊗	*Debilitates habet*	
	♉ & ♓	5		
In ſignis	♎ ♐ ♌ & ♋	4	♂ ♑ & ♒	5
	♊	3	♈ *licet ſit dom.* ♂: *Nõ tamẽ adimit vel addit, ſiquidem* ☉ *in eo exaltatur.*	
	♍	2		
In aſpectu	☌ ♃ *vel* ♀	5	☌ ♄ *vel* ♂	5
	☌ ☊	3	☌ ☋	3
	△ ♃ *vel* ♀	4	☍ ♄ *vel* ♂	4
	⚹ ♃ *vel* ♀	3	□ ♄ *vel* ♂	3

In

	1	vel 10	5	12	5
In domo	7, 4	vel 11	4	8 vel 6	4
	2	vel 5	3		
	9		2		
	3		1		

Sic ⊗ cum regulo coniuncta afſert dignitates	6	Cum capite Algol	4
Cum Spica ♍	5	Combuſta	5
Non combuſta neq; ſub radijs	5		

Exemplũ primum.

In priore noſtro *exemplo ⊗ a Sole ad ☽ in ♌ 4, In domo prima 5, & non combuſta 5: In ſumma 14 dignitates habet. A ☽ vero in Solem in ♋ 4, In domo prima 5, Non combuſta 5, Et in ſumma 14 praeminentias habet.*

Exemplũ alterum.

In poſteriore exemplo *⊗ a ☉ in ☽ in ♓ 5 dignitates habet, In ⚹ ad ♀ 3, In domo vndecima 4, Non combuſta 5: atq; ita 17 dignitatibus fortunatur. A Luna vero ad Solem in ♍ 2 dignitates habet, & in domo quinta 3, Non combuſta 5: In ſumma 10.*

In vtroq; ergo exemplo ſatis fortunata & felix exiſtit pars fortunæ, inprimis in priore, quandoquidem in eo aſcendens ambit & complectitur.

Cæterum examinatis hac ratione fortitudinibus & debilitatibus Planetarum, proximum nunc eſt, vt gubernatores quoq; Planetarum & domiciliorum inquiramus, quandoquidem & horum magna vis eſt in iudicio genethliaco. Initio vero diſcernendum eſt inter dominum eius ſigni, quod inchoat domum, & inter dominum gradus eius ſigni, qui vel cuſpidem alicuius domus inchoat, vel in quo Planeta aliquis conſiſtit. Nam Dominus ſigni vocatur Græcis οἰκοδεσπότης, vel dominus domus.

Diſcrimen eſt inter Dominum ſigni.

Veluti in priore genitura *Dominus horoſcopi eſt ☉, ſiquidem ♌ oritur. Mi vero C. ♂ quia ♈ M.C. pertranſit.* In altera *Dominus horoſcopi eſt ☿, quandoquidem in ♊ qui aſcendunt domum habet ☿: Medij vero C. eſt ♄ qui dominatur ♒.*

Et dominum gradus ſigni qui appellatur Almuten.

Aſt Dominus gradus eius ſigni, qui vel in cuſpide eſt alicuius domus, vel Planetam recipit, appellatur ἐπικρατήτωρ, *id eſt, diſpoſitor, victor, & Arabibus Almuten, quod vocabulum procul dubio ad Hebræo* מרון *deductum eſt, quod iudicium vel etiam contentionem in iudicio ſignificat. Dicitur enim* Almuten *quaſi* אלמרון *victor in iudicio dignitatum:* Eſtq; is qui in propoſito gradu plurimas dignitates eſſentiales habet. *Quaruntur autem gubernatores ſingulorum Planetarum et domorum ex tabula dignitatum eſſentialium, ſupra pag. 4:5 ſeu cap. 4 primi membri huius tertiæ partis propoſita.*

Veluti in priore exemplo *3 grad. ♌ aſcendens oſtendit Solem eſſe horoſcopi dominum. Nam licet ♃ ratione triplicitatis 3: Et ♄ ratione termini duas, et ratione faciei vnam dignitatem atq; ita 3 numero habeat: Sol tamen dominus domus ſuis 5 dignitatibus reliquos antecedit.*

In altero exemplo *aſcendit 10 grad. 11 l ♊: vnde quia Mercurius ratione domic lij 5 dignitates habet, ♄ ratione triplicitatis 3, ♃ ratione termini 2, et ♂ ratione faciei 1; dicetur ☿* ἐπικρατήτωρ *ſeu Almuten, quandoquidem numero dignitatum omnes vincit.*

V Verum

Digitized by Google

Verum notandum, ut plurimum non adeo ſcrupuloſe inquiri in dominos gradus ſigni, quos vel planetæ vel cuſpides domorum occupant: ſed Aſtrologos plerumque contentos eſſe dominis ſignorum, qnaudoquidem maxima ex parte etiam conveniunt, ut ex adductis exemplis perſpicuum fuit.

Domus quæ fortunatæ, infortunatæ, vel medioer.

Poſtremo ſolent & Aſtrologi domos ipſas fortunatas, infortunatas, vel mediocres appellare, pro ut fortunatorum, medioerium, vel infortunatorum Planetarum ſignis oecupantur, aut radijs felicibus vel infelieibus petuntur; quandoquidem feliees domus ſignifieata larguntur felicia, & natus in ſignificatis domus eius felix eſt. Infelices vero negant aut turbant ſignifieata, ita ut natus illis fruſtretur. Mediocres mediocritatem afferunt. Iudieatur autem felicitas & infelicitas eodem ferè modo, quo fortitudo & debilitas ∴, exceptis quod nec domorum numerus attendatur, nec combuſtio. Loeo vero illorum aeeipiuntur ☉ ☽ & ☿ coniunctiones, modo ſint extra eombuſtionem, & retrogradationem; item △ & ⚹ radij, ita tamen ut coniunctioni numerus felicitatis 3, △ 2, & ⚹ 1 adſeribatur. Infelicibus radijs ☍ 2, □ 1 annumeratur; & ſic ex vincentium numero fortes, medioeres, vel debiles pronunciantur: vide infra cap. 9.

Caput II.

De generali judicio vitæ, & electione Aphætæ, ſeu hyleeh, & Alcochodon.

De vita primò neceſſario judicatur.

QVandoquidem eventa rerum, quæ aſtrologo iudicanda ſunt, ad viventes non ad mortuos pertinent, ut recte monet Pontan. in com. ſuper 17 ſentent. Centil. Ptol. & ſecundum Ptol. libr. 3. eap. 10 quadr. fruſtra de reliquis nati aeeidentibus, ut ingenio moribus, divitiis, coniugio, itineribus, &c. pronunciatur, quando prius non conſtat, an vita hominis ad ætatem talibus actionibus convenientem ſit duratura: Idcirco ut iuſto ordine progrediamur, primum de vita nati in genere agemus. Etſi vero exactius de vita ſpacio longiore vel breviore iudieium ex directionum doctrina deſumi poſſit, quando videlicet hyleeh dirigitur ad Anaretam ſeu oeeiſorem, & vel tardius vel citius ad ipſum deducitur: tamen generalis etiam hac eonſideratio non eſt omittenda, imo ſemper ea directionibus eſt præmittenda. Si enim vitam nato prolixam aſtra decernere per hoc generale προγνωστικὸν animadvertimus; recte per ſpeciales directiones numerum annorum eius ætatis inquirimus. Si vero vitam eius debilem futuram agnoſcimus & brevem, adeo ut nutritionis annos natus vix vel etiam omniuo non ſuperaturus ſit, multo minus ad ætatem perfectam deventurus, ſpeciale iudicium omittimus. Ac primum *quidem in hac generali conſideratione vitæ videndum eſt in parentum genituris, quales ſint liberorum ſignificatores.*

In judicio vitę primũ Parentes nati conſiderandi ſunt.

Sicut enim fructuum firmitas pendet à temperamento radicis: Ita etiam liberi, quorum parentes infelices habent ſignificatores, levi de

cauſſa

cauſſa moriuntur, niſi admodum fortunata ſit pro vita propria liberorum nativitas. Significant autem liberos in parentum genitura 5 & 11 domus. Hinc qui Saturnum vel Martem in illis domibus conſtitutum habent, his vt plurimum moriuntur liberi.

Secundo *conſideratur horoſcopus, qui propriiſſimus eſt ſignificator vitæ, an ſit felix, vel infelix. Felix quidem eſt felicis & benefici Planetæ ſigno ac termino, vel etiam beneficorum Planetarum radijs vel præſentia.* — Secundo Nati horoſcopus.


Veluti vitæ validæ ſtatuuntur, quibus ♈ vel ♌ aſcendit, & Sol eſt in 9, 10, 11 vel 7 domo; vel ♉ aut ♋, & ☽ in his exiſtit 5 Aph. 157 Card. Infelix autem eſt vel termino malo, quando videlicet maleficus corpore obſidet horoſcopum, vel etiam horoſcopus incidit in malignum aſpectum malefici, præcipue interfectoris. Vide cap. 20 lib. 1 de Genit. Card. *Interfectores autem ſeu Anaretæ in omni nativitate ſtatuuntur:* 1 qui corpore occupat octavam domum, ita vt 5 gradibus ante, vel 25 grad. poſt cuſpidẽ cõſtituatur, inprimis ſi ad cuſpidẽ quã proxime accedat. 2 domi nus octauæ domus. 3 Planeta qui iũgitur domino octavæ. 4 Almuten ſeu diſpoſitor Planetæ ĩ octaua domo. 5 Almutẽ ſeu diſpoſitor Domini octa væ dom⁹. Notãdũ vero 1 quod ✱ ♄ dexter & ♂ ſiniſter in ſignis lõgarũ aſcẽſionũ, habeãtur quoq; pro aſpectib. malignis, etiãſi boni ſint malorũ 2 quod maleficorũ & interfectorũ termini lethales ſint, inprimis tamen & primi ſecundi ordinis Anæretæ, qui omniũ potentiſſimi ſunt. Quando enim ad Dominum octauæ directio mala fit, periculum mortis adeſt. — Interfector in nativitate quis ſtatuatur.

Tertio *conſideratur & Dominus horoſcopi. Nam is iuxta Haly part. 1 cap. 13 de iud. aſtr. ſalvus, liber à radijs & combuſtione, & motu velox, vitam longam ſignificat, præſertim ſi ab infortunijs & Planetis maleficis, qui domini ſunt 8, 12, 6 vel 4 domorum liber ſit; vel etiam in ipſo horoſcopo ſeu prima domo bene fortunatus exiſtat. Nato enim hic poſitus fortunam & longam vitam, ſanitatemq; corporis & mentis ſignificat, eritq; honoratus inter conſanguineos ſuos, Schon. lib. 2 de iud. cap. 3. At ſi Dominus horoſcopi infortunetur, & ſub radiis ſit intrans combuſtionem, ſignificatur mors, præcipue ſi & in prima ſit. Ibi enim regulariter combuſtus brevem vitam ſignificat, Schon. ibidem.* — Tertio Dominus horoſcopi.

Quarto *in generali iudicio vitæ conſideranda quoq; ſunt luminaria ☉ & ☽, inprimis luminare conditionarium hoc eſt ☉ de die, ☽ de nocte: Luna enim naturalem, Sol vitalem potentiam; & rurſus Luna humores, Sol ſpiritus gubernat.* Quandocunque igitur hæc in nativitate feliciter ponuntur, promittunt vitam; quando infeliciter, denegant vitam. *Ponuntur autem feliciter: 1 Cum in angulis præcipue prima & 10 domo, a malis libera, in configuratione fortunarum conſtituuntur. Et obſervatum eſt, quod Luna in aſcendente felix ſemper ſignificaverit longam vitam. Et Card. 5 Aph. 152 dicit: Optimum eſt pro vita, vt ☽ ſit in ♉, ♋ vel ♓ in aſcendente libera: 2 Si Sol cum Venere vel Iove ex angulo aliquo Lunam felici radio intueatur, aut viceverſa Luna in dignitate & angulo conſtituta Solem benefico radio aſpiciat; tum natum bene ſanum & longæ vitæ promittunt.* — Quarto luminaria. — Luminaria quando feliciter ponantur.

Exempli loco nobis eſſe poſſunt: 1 Geneſis *Pauli Tertij Pontificis*, qui natus Carini in oppido Hetruriæ anno 1468 die 28 Febr. poſt horam — Geneſis Pauli Tertii Pontificis.

 5 matu-



5 matutinam, Solem in ♓ domo Iovis & exaltatione ♀ conſtitutum habuit, quem proxime anteceſſit ☊ naturam beneficam ♃ & ♀ referens, ſequuta vero eſt ♀: Ac aſpexit Sol Lunam in ſua exaltatione ♉ & domo ♀ conſtitutam, ✱ radio. Cum igitur diſpoſitores luminarium fuerint Planetæ benigni, & ☼ in prima domo extiterit, vixit annos 81 & 8 menſes.

Chriſtierni regis Daniæ.

2 Conſtitutio *Chriſtierni regis Daniæ* nati anno 1481, die 2 Iulij, Hora

Hora 6 matutina habuit enim ♌ aſcendentem & luminaria duo in ✱ aſpectu,Solem quidem in ♋ domicilio ☽ & exaltatione ♃; Lunam vero in ♍ ☿ domicilio;Ipſosque beneficos horoſcopum ſtipantes. Vixit ergo annos 77 menſes fere 7. Mortuus enim eſt anno 1559, 25 Ianuar. poſtquam anno Chriſti 1523 regno pulſus,per decennium in exilio vixit, & tandem per annos 26 in carcere detentus fuit.

3 *Auguſti Electoris Saxoniæ.* Habuit enim Solem in propria domo, & Iovem ex medio cœli ✱ aſpectu Solem irradiantem, quæ Solis ſitum in 12 domo correxit. Lunam vero in M. C. in exaltatione propria ♉ ſigno,in ☉ □ dextro:nec vllus maleficorum luminaria infeſtat. Vixit ergo annos 59,menſes 6,dies 11,quandoquidem anno 1586,11 Febr. die ſtylo veteri,apoplexia extinctus eſt, cum paulo ante, 3 ſc. Ianuarij die, Agnen Hedvvigem tredecim annorum puellam Ioachimi Erneſti Principis Anhaldini filiam matrimonio ſibi iunxiſſet. Auguſti Electoris Saxoniæ


4 *Ioannis Heidenrichij Leobergenſis Theologiæ Doctoris & Profeſſoris Academiæ Francofurtanę.* Hic enim quia ♌ habet aſcendentem & Solem οἰκοδεσπότην in medio cœli culminantem in ♉ domo ♀ & exaltatione ☽; Et Lunam in proprio ſigno & ✱ ☉: Iovem in △ ☉ & ✱ ☽, annum iam agens 67 vegetus eſt animo & corpore,nec qui ex oppoſito ſtant ♄ & ♂ ipſi in vita quidquam nocuerunt, utut in officijs fortunam varie mutaverint, ad quam rem plurimum valuit ☽, quæ Solem culminantem ✱, & Saturnum ac Martem in imo cœli conſtitutos in triplicitate aquea, △ intuetur. Ioannis Heidenrichii Theologię D.

5 *Andreæ Sartorij Bregenſis I. V. D. & Profeſſoris eiuſdem Academiæ Francofurtanæ,* qui & ipſe ♌ aſcendentem, & Solem in ♉ Veneri coniunctum culminantem habet in ✱ platico ☽, conſtitutæ in ♋ proprio ſigno & exaltatione Iovis: qui ſane poſitus ipſi vitam longiorem pollicetur. Etſi enim ☋ horoſcopans varijs ipſum vitæ diſcriminibus obijcit, & Luna maleficos ſibi coniunctos habens humores corporis depravat, & canitiem ante tempus adfert:Defluit tamen ☽ ab illis,& valetudinem quidem afflictam nonnunquam notat,vitæ vero non nocet. Andreę Sartorii Iuris D.

6 *Martini Benckendorffii Philoſ.et Iuris D.et Profeſſoris in eadem Academia,* qui viribus corporis & animi adhuc florens, annum ætatis agit 64.Habet enim luminaria in angulis & △ ſolari igneo,Solem in domicilio Iovis ♌ iunctum,Lunam in ♈ exaltatione ☉, nec affliguntur loca luminarium præſentia vel radio maligno maleficorum. Martini Benkendorfii Iuris D.

Similis eſt conſtitutio Ioachimi Camerarii nati Anno 1500 April. die 12 ante meridiem paulo poſt horam 10,vide Garcæi libr.jud.pagin. 150.Sol enim M.C.occupat,in domo,triplicitate & termino ♀,à maleficorum malis radiis liber: Luna angulum imi cœli tenet ſatis fortis in receptione mutua & exaltatione ♄ & in △ ♀. Complevit ergo annos ætatis 74 dies 5,quandoquidem obiit Anno 1574 die April.17. Ioachimi Camerarij

Infeli-



Luminaria quando in feliciter ponuntur.

Infeliciter vero conſtituuntur luminaria 1 cum partiliter coniunguntur vel opponuntur, inprimis ſi & accedat malus maleficorum aſpectus, præſertim ♄. Nati enim in novilunio aut plenilunio raro ſunt durabiles aut proſpera valetudine vtuntur, hi quidem in plenilunio nati, propter nimiam humiditatem illi propter nimiam ſiccitatem. Atque hoc adeo & vulgo quidem notum eſt, vt non ſolum Ariſtot. in libr. de gener. animant. dicat imbecilliora eſſe corpora

in ☌

in ☌ ☉ ☽ nata; ſed etiam obſtetrices ac matres ſic naſcentibus propter imbecillitatem metuant.

Talis conſtitutio fuiſſe legitur apud Garcæum in lib. de jud. genit. pag. 30 cuiuſdam puellæ natæ Anno 1504 die Martii 16 Hor. 5 P.M. Habuit enim in occiduo cœli cardine partiliter copulata luminaria, quæ maleficorum □ radiis ex medii cęli angulo ſunt afflicta: vnde & mortua eſt altero poſt nativitatem die. Thema cuiuſdam puellæ.

Quod ſi tamen luminaria partiliter coniungantur vel opponantur, vt in eodem minuto hæreant, & ſimul in horoſcopo beneficus Planeta conſtituatur, non ſolum vivacem hominem, ſed etiam in præcipuis vitæ actionibus fortunatum ſignificabunt; ad extremam tamen ſenectutem non perveniet. Contrarium ſenties ſi maleficus ſit in aſcendente, id quod & Ptol. ſent. 18 Centil. docet.

2 *Cum vel vtrumq; luminare, vel vnum eorum, inprimis conditionarium, in angulo aliquo à maleficis maligno radio læditur. Læditur autem iuxta Gauricum in ☌ inſigniter Sol à Marte, ☽ à Saturno; In ☍ vero ☉ à ♄, ☽ à Marte. Atq; hoc malum gravius & periculoſius ſtatuitur, ſi Dominus aſcendentis etiam ſit afflictus aut combuſtus. Impoſſibile enim tunc erit natum viuere, aut ſi viuit, inf. liciter vivit.*

Veluti in themate Alexandri filii Electoris Saxoniæ Auguſti, ☉ peregrinus & in cadente cæli loco à maleficis vtrinque partiliter ferè ☌ obſeſſus. Horoſcopus quoque quadratis illorum radiis enormiter læſus fuit: Sola ☽ in forti cæli loco à maleficorum læſionibus libera extitit. Hinc conſtitutio hæc vitam quidem ipſi largita eſt nutritionis annos excedentem, ad ἀκμὴν vero non perdurantem. Mortuus enim eſt anno 11 ætat. s, vide Garc. pag. 14 & 38. Alexandri filii Electoris Saxon. Auguſti.

3 *Quando coniunctus eſt luminari beneficus corpore aut radio, qui pauciores gradus habet, & à quo luminare diſcedit; inde vero luminare ad maleficum plures gradus habentem fertur, vivet quidem natus, ſed morietur in pueritia. Quando vero à malefico ad beneficum fortem digrediuntur luminaria, difficulter quidem educatur infans, ſed tamen educatur. Nam malefici illi potiſsimum lædunt, ad quos accedunt luminaria, non à quibus diſcedunt.*

4 *Luna lumine diminuta & obſeſſa, nec aliquo fortunæ aſpectu fulta, ſignificat natum vel ante vel etiam in ipſo exitu ex vtero materno moriturum: Et ſi forte vivus naſcitur, cæcus prodit, & mater eſt in periculo vitæ, Haly part. 4 c. 1.*

5 *Luna in 8 domo in ♈ conſtituta, ſi fuerit luminare temporis, hominem βραχύβιον in adoleſcentia moriturum denotat, præſertim ſi aliquo antea enumeratorum modorum etiam infortunetur.*

6 *Almuten luminarium partiliter ſecundum longitudinem & latitudinem maleficis coniunctus, quoque vitam denegat.*

Quinto *conſiderentur quoq; in generali iudicio vitæ reliquorum Planetarum poſitus hoc modo:* Quinto reliqui planetæ.

1 Si plures Planetæ in 6, 8 vel 12 domo fuerint, & dominus horoſcopi non aſpexerit benefice vel ipſos, vel luminaria, vel horoſcopum, non vivet natus.

2 Plu-

Alterum partus.

Quod ſi vero ipſum non conſtet, vt ferè perpetuo neſcitur; tum ad illud momentum attendendum eſt, quo in lucem quis prodit; ſiquidem iuxta ſegm. 1 Aph. 26 Card. Puer tunc naſci dicitur, cum aerem primum per os inſpirat extra matris uterum. Nam & maxima huius principij eſt vis, & à priori tantum differt, quod non monſtret, quæ ante partum accidant: alioqui æqualis eſt potentiæ, imo ut tempore poſterius eſt, ſic reipſa perfectius habetur. Momentum enim conceptionis principium tantum eſt ſeminis in humana generatione, & quædam quaſi inchoatio. Partus vero hora principium eſt hominis & principale vitæ exordium, quo quæ deſunt extremè abſoluuntur. Quod ſi quis objiciat hominem prius eſſe ex omni parte perfectum, quam in lucem prodeat, & thema cæli ad tempus partus conſtructum, nihil conferre ad peculiarem cuiuſque naturam: Huic reſpondendum eſt: Naturam quam fœtus ex cœleſti impreſſione primo acquiſivit, vt reliqua ſibi proprie attemperat, ſic poſt maturitatem & abſolutionem ſuo impetu fieri, vt ſub tali conſtitutione cæli prodeat, qualis fuit ea, quæ prius fœtum efformavit. Congruit enim, *vt ſupra part. 2. cap. 12. monuimus ex ſerm. 51. centil. Ptol. & Regula Herm. Triſmeg.* locus ☽ in partu, cum loco ☽ in conceptu, & vice verſa. *Quamvis igitur conſtitutio cæli tempore partus non efficiat, quæ tum in genito ſunt effecta: tamen vim habet potentia ſua & efficiendi, & etiam ſignificandi talia. In Genethlialogica itaque theoria, ſi principium conceptionis non habeatur, alterum hoc inquirendum eſt, & eo aſſumto reliqua ordine ſuo inde deducenda ſunt. Hinc ſi de ſtatu alicuius nati iudicium ex aſtris ferendum eſt, cum tempus conceptionis vix dari poſſit, de tempore partus quæritur: Eoque dato, thema cæli iuxta præcepta cap. 11. præcedentis 2. partis conſtituitur, & iuxta vltimum cap. eiuſdem partis præcipui ſignificatores diriguntur; vt tandem quæ nato conſtitutio corporis, valetudo, cuiuſmodi ingenij vires, mores, & actiones quæ temperamentum conſequuntur; item fortunæ bona, amicitiæ, familiaritates, itinera, coniugium, liberi, aliaque accidentia ipſaq; adeo mors, & mortis genus ex cæli diſpoſitione ſignificentur, primum generatim abſque certa annorum determinatione iudicetur; poſtea & in ſpecie ſingula ſignificata ſuis temporibus definiantur.*

Momentum partus in iudicijs nativitatũ maximarum virium eſt.

Locus Lunæ in partu, cõgruit cum loco Lunæ in conceptu.

In iudicio Genethlialogico primum thema erigitur, eiuſq; præcipui ſignificatores diriguntur.

Primum vero in hoc membro generale iudicium proponemus, illudq; ab examine fortitudinis & debilitatis ſignificatorum ordiemur, & in reliquis eum ordinem obſervabimus qui partim domiciliorum, diſtinctione partim etiam natura ipſa, & ſignificationum in vita ſucceſſione nobis præſcribitur.

Caput

Digitized by Google

Caput I.

De collectione dignitatum ſingulorum Planetarum; eorundemq; & domorum gubernatione, item domorum felicitate vel infe-licitate.

IN iudiciorum Genethlialogicorum inquiſitione hoc ante omnia ſpectandum eſt, quod præter alios Aſtrologos, Cardanum, Schonerum, & veteres pleroſq; etiam Cyprianus Leovitius, & ex eo Iunſtinus; Item Peucerus in prælectionibus ſuis Aſtrologicis docuit, & docendi recta methodus ſuggerit; ut fortitudines & debilitates Planetarum examinentur, qui & quibus in locis naturaliter effectus ſuos vehementius exerant, & rurſus quando & ubi ſint imbecilliores, Quotieſcunq; enim aliquid de nati conditionibus, vt pote de vita, dignitate, conjugio, aut ſimilibus pronunciandum eſt, inſpiciendi ſunt certi loci, quos vſitate appellamus ſignificatores, ac juxta eorum conſtitutionem, mutuam convenientiam in ejuſdem eventus ſignificationem, naturam, poſitum in mundo & in themate, motum, & cum alijs benignis & malignis ſtellis congreſſum & configurationem, judicia de propoſita quæſtione ſunt ferenda; quandoquidem vt recte monet Haly *part. 1. cap. 5. judicior.* Planetarum vnus fortunat alterum, & vnus damnat alterum, & referunt inter ſe exempla hominum, qui ſibi ſub veniunt ex amicis, & pugnant pro eis, & diſturbant inimicos.

Examen fortitudinis & debilitatis planetarũ.

Conſiderantur autem in Planetis hæc 6 potiſſimum accidentia. Primo. *Num Planeta in aliqua ſuarum dignitatum eſſentialium conſtituatur, vel num peregrinus, cadens aut in detrimento ſuo ſit. Atq; hæc conſideratio ſit juxta tabulam dignitatum eſſentialium ſupra cap. 4. primi membri huius partis propoſitam & declaratam: In qua Planeta exiſtens:*

Sex accidentia in planetis præcipue conſiderãtur.

1 Dignitates eſſentiales.

Dignitates habet		Debilitates habet	
In domicilio aut receptione mutua ex domicilio	5	In detrimento vel exilio	5
In exaltatione aut receptione ex exaltatione	4	In caſu ſeu deiectione	4
In triplicitate	3	Peregrinus	5
In termino	2		
In decanatu, facie, gaudio & almugea	1		

Secundo, *quomodo conſtitutus ſit Planeta in figura natiuitatis, num in angulo, ſuccedente vel cadente domo. Eſt enim Planeta cadens, iuxta Haly, ſimilis peregrinanti, qua de re egimus cap. 5 eiuſdem membri.*

2 Poſitus in themate.

Hinc Planeta.

In medio cœli vel aſcendente	5	In domo 12	5
In domo 7, 4 & 11	4	In domo 8 & 6	4
In domo 2 & 5	3		

T 2 In

In domo 9	2
In tertia	1

3 Motus Planetarũ. Tertio *num directus, velox, tardus vel retrogradus ſit.*

Planeta enim

Directus, quod de Sole & ☽ accipi non debet	4	Retrogradus	5
Velox curſu	2	Tardus	2

4 Poſitus ad Solem Quarto *num orientalis vel occidentalis, atq; ita lumine auctus vel diminutus.*

Orientalis enim ex tribus ſuperiorib. ♄ ♃ ♂	2	Occidẽt. è 3 ſuperior.	2
Occidentalis è duobus inferioribus ♀ & ☿	2	Oriental. è 2 inferior.	2
☽ lumine aucta ſeu creſcens Occidentalis	2	☽ lumine dimin. decr.	2

5 Vicinitas ad Solem. Quinto *num combuſtus, ſub radijs, in Cazimi, vel liber à combuſtione & radiis.*

6 Conſociatio. Sexto *an beneficis Planetis benigno aſpectu aſſociatus, aut maleficis inimico aſpectu configuratus ſit. De quibus vide cap. 6 iſtius membri.*

Planeta ergo

Dignitates habet		Debilitates habet	
Liber à combuſtione & radiis	5	Combuſtus à Sole	5
In Cazimi ſeu corde ☉	5	Sub radiis ☉	4
Partilis ☌ ♃ aut ♀	5	Partilis ☌ cum ♄ vel ♂	5
Partilis ☌ ☊	4	Partilis ☌ cum ☋	4
Partilis △ ♃ aut ♀	4	Obſeſſus à ♄ & ♂	5
Partilis ✶ ♃ aut ♀	3	Partilis ☍ ♄ vel ♂	4
Conionctio cum Regulo in 24 gr. ♌ intra diſtantiam 5 graduum	6	Partilis □ ♄ vel ♂	3
☌ cum Spica ♍ in 18 grad. ♎	5	☌ cũ cap. Med. Alg. dict. in 12 gr. ♉ intra diſt. 5 gr.	5

Modus examinis. Conſideratio vero horum accidentium hoc modo inſtituitur. Primo aſſumuntur ſinguli Planetæ ſeorſim, & illis ordine adſcribuntur fortitudines & debilitates cum ſuis numeris. Poſtea colligitur vtrorumque numerorum ſumma. Inde enim emergunt tituli dignitatis aut indignitatis, pro eo numero, qui vincit:

1 Reg. examinis quatuor. *Siquidem 1 quicumq; habuerit eſſentiales dignitates præcipuas duas aut tres, vtpote domum, exaltationem, triplicitatem, aſpectum fortunarum, fueritque liber à Sole fortunatus vocabitur, contra qui his caruerit, infortunatus: Eſtq; vt Haly refert c. 5 p. 1 Iud. infortunatus Planeta ſimilis homini infirmo.*


2 *2 Si velox fuerit in domo felici, lumine auctus, & Orientalis ex ſuperioribus, occidentalis ex inferioribus dicetur fortis. Contra debilis.*

3 *3 Si nec fortunati nec fortes dici poſſunt, & vincunt tamen fortitudinis teſtimonia, vocantur felices tantum. Contra infelices, ſi vincunt teſtimonia debilitatis.*

4 *4 Poſtremo vbi paria ſunt fortitudinum & debilitatum teſtimonia, appellantur mediocres.* Notandum vero non adeo opus eſſe curioſa ſolicitudine de titulorum differentia, quia ſine periculo iſtis ſolummodo vocabulis contenti eſſe poſſumus, fortis, debilis & mediocris. *Atque ex huiuſmodi Planetarum examine dignitatum collectione, certus tandem ant ordo Planetarum*

netarum conſtituitur, iuxta dignitatem & potentiam cuiuſq;, qui ordo ſumitur ex ſubtractione debilitatum à fortitudinibus. Is enim Planetarum, qui plura fortidinis teſtimonia habet, preferendus eſt illa, qui pauciora habet. Quod ſi tamen paria duorum vel plurium ſeſe offerant, præ,fertis, qui pluribus dignitatibus eſſentialibus eſt ornatus.

Verum ut, qua ratione teſtimonia fortitudinum & debilitatum colligenda ſint, cuivis appareat, nunc ordine ſingulos Planetas in hac adiuncta & ſupra pag.379. propoſita genitura per Animodar correcta, examinabimus.



In hac prima genitura inclyti Baronis, ♄ eſt in 18 grad. 58 l ♒, habetq; Exemplũ primum.

Teſtimonia fortitudinis		Debilitatis	
In quinta domo	3	*Quia peregrinus*	5
Directus	4		
Velox curſu	2		
Orientalis	2	*Vincit ergo 11 teſtimonijs fortitud.*	
Liber à combuſtione & radijs	5		
ſumma	16		

♃ eſt in 27 grad. 33 l ♎

Fultus teſtimonijs fortitudinis	*Ratione faciei*	1
	Domus quarta	4
	Directionis	4

Velo-

Velocitatis curſus 2
Et quia Orientalis 2 — *Cumq; nullis debilitatibus deijciatur*
Liber à combuſt. & radijs 5 — *ſtatuitur eſſe fortis teſtimonijs* 18
In ſumma 18

♂ eſt in 14 grad. 23 *l* ♓

Gaudens teſtimonium fortitudinis
Reſpectu triplicitatis 3
Domus nona 3
Directi curſus 4
Velocitatis 2
Et quia liber à combuſt. & radijs 5
In ſumma 16

Debilitatis: *Occidentalis* 2
Hinc 14 teſtimonis felix cenſetur.

☉ eſt in 25 grad. 7 *l* ♑
In facie propria 1
Et velox curſu 2
At in ſexta domo 4
vnde vno teſtimonio debilitatis ſuperante debilis relinquitur

---

♀ eſt in 9 grad. 23 *l* ♑ habens teſtimonia

Quia directa	4	*Quia peregrina*	5
Velox curſu	2	*In domo ſexta*	4
Liber à combuſt. & radijs	5	*Orientalis*	2
In ſumma	11	*In ſumma*	11

Vnde quia teſtimonia ſeſe mutuo tollunt, mediocris judicatur.

☿ eſt in 6 grad. 40 *l* ♑ teſtimoniis
Fortitudin. fultus: *Quia in termino* 2; *Liber à combuſt. & radijs* 5
Debilitatis deiectus: *Quia in ſexto domo* 4; *Retrogradas* 5; *Orientalis* 2
Hinc ob 4 teſtimonia debilitatis exuberantia debilis relinquitur.

☽ eſt in 28 gr. 32 *l* ♑ nullis fere teſtimoniis fortitudinis gaudens, *præterquam quod Occidentalis eſt*

At debilitatibus affecta eſt plurimis:
Quia peregrina 5
In detrimento 5
In ſexta domo 4
Combuſta à Sole. 4

Teſtimonijs ergo debilitatis 16 reliquis infortunata cenſetur


Atque ita conſtat in hac geneſi Iouem robuſtiſſimum eſſe 18 calculis, Poſt ♂ 14: Hinc ♄ 11. ♀ eſt mediocris: ☉ debilis teſtimonio 1: ☿ 4. ☽ 16.

Exemplũ alterum. *In hac altera vero amici mei ſingularis*

♄ eſt in 25. grad. 30 *l* ♓
Et habet teſtimonia fortitudinis, quia
In domo XI 4
Directus 4
Velox curſu 2
Orientalis 2
Liber à combuſt. & radijs 5
In ſumma 17

Debilitatis quia Peregrinus 5

Cum



Cum igitur teſtimonia fortitudinis ſuperent numero debilitates, pronuncio Saturnum fortem eſſe teſtimonijs 12.

♃ eſt in 25 grad. 57 l ♍. *Cuius numerantur teſtimonia fortitudinis, quia*	*In domo* 9. 3 *Liber à combuſtione et rad.* 5	*Debil. quia*	*In detrimento* *Peregrinus* *Retrogradus* *Occidentalis*	5 5 5 2
	Atque ita in ſumma teſtimonia fortitudinis 8		☍ *partilis* ♄ *Debilitatis*	4 21

Infortunatus ergo & debilis eſt ♃ *teſtimonijs* 13.

♂ eſt in 27 grad. 12 l ♈. *Pollens teſtimonijs fortitudinis, quia*	*In domo propria* *Directus* *Velox curſu* *Orientalis* *Rad.* ☉ *vix egreſſ.*	5 4 2 2	*Debil. q̃a In domo* 12 5

Quando vero teſtimonia fortitudinis detractis debilitatibus, ſuperſunt 8
Eſt omnino ♂ *fortis.*

☉ eſt in 12 grad. 42 l ♉	*Habens teſtim. fortitud. prorſus nulla*	*At debilit. quia*	*Peregrinus* *In domo XII* *Tardus*	5 5 2
			In ſumm.	12

Sol

	1	*vel* 10	5	12	5
In domo	7, 4	*vel* 11	4	8 *vel* 6	4
	2	*vel* 5	3		
	9		2		
	3		1		

Sic ⊕ *cum regulo coniuncta affert dignitates*	6	*Cum capite Algol*	4
Cum Spica ♍	5	*Combuſta*	5
Non combuſta neq; ſub radijs	5		

In priore noſtro *exemplo* ⊕ *a Sole ad* ☽ *in* ♌ 4, *In domo prima* 5, *&* Exemplũ
non combuſta 5: *In ſumma* 14 *dignitates habet. A* ☽ *vero in Solem in* ♋ 4, *In* primum.
domo prima 5, *Non combuſta* 5, *Et in ſumma* 14 *praeminentias habet.*

In poſteriore exemplo ⊕ *a* ☼ *in* ☽ *in* ♓ 5 *dignitates habet, In* ⚹ *ad* Exemplũ
♀ 3, *In domo vndecima* 4, *Non combuſta* 5: *atq; ita* 17 *dignitatibus fortuna-* alterum.
tur. A Luna vero ad Solem in ♍ 2 *dignitates habet, & in domo quinta* 3, *Non combuſta* 5: *In ſumma* 10.

In vtroq; ergo exemplo ſatis fortunata & felix exiſtit pars fortunæ, inprimis in priore, quandoquidem in eo aſcendens ambit & complectitur.

Cæterum examinatis hac ratione fortitudinibus & debilitatibus Planetarum, proximum nunc eſt, vt gubernatores quoq; Planetarum & domiciliorum inquiramus, quandoquidem & horum magna vis eſt in iudicio genethlialogico. Initio vero diſcernendum eſt inter dominum eius ſigni, quod incboat domum, & inter dominum gradus eius ſigni, qui vel cuſpidem alicuius domus inchoat, vel in quo Planeta aliquis conſiſtit. Nam Dominus ſigni vocatur Græcis οἰκοδεσπότης, vel dominus domus. Diſcrimen eſt inter Dominum ſigni.

Veluti in priore genitura *Dominus horoſcopi eſt* ☼, *ſiquidem* ♌ *oritur. M vero C.* ♂ *quia* ♈ *M.C. pertranſit.* In altera *Dominus horoſcopi eſt* ☿, *quaudoquidem in* ♊ *qui aſcendunt domum habet* ☿: *Medij vero C. eſt* ♄ *qui dominatur* ♒.

Aſt Dominus gradus eius ſigni, qui vel in cuſpide eſt alicuius domus, vel Planetam recipit, appellatur ἐπικρατήτωρ, *id eſt, diſpoſitor, victor, & Arabibus Almuten, quod vocabulum procul dubio ad Hebræo* מרון *deductum eſt, quod iudicium vel etiam contentionem in iudicio ſignificat. Dicitur enim* Almuten *quaſi* אלמרון *victor in iudicio dignitatum*: Eſtq; is qui in propoſito gradu plurimas dignitates eſſentiales habet. *Quæruntur autem gubernatores ſingulorum Planetarum et domorum ex tabula dignitatum eſſeutialium, ſupra pag.* 4:5 *ſeu cap.* 4 *primi membri huius tertiæ partis propoſita.* Et dominum gradus ſigni qui appellatur Almuten.

Veluti in priore exemplo 3 grad. ♌ *aſcendens oſtendit Solem eſſe horoſcopi dominum. Nam licet* ♃ *ratione triplicitatis* 3: *Et* ♄ *ratione termini duas, et ratione faciei vnam dignitatem atq; ita* 3 *numero habeat: Sol tamen dominus domus ſuis* 5 *dignitatibus reliquos antecedit.*

In altero exemplo *aſcendit* 10 *grad. in* ♊: *vnde quia Mercurius ratione domicilij* 5 *dignitates habet,* ♄ *ratione triplicitatis* 3, ♃ *ratione termini* 2. *et* ♂ *ratione faciei* 1; *dicetur* ☿ ἐπικρατήτωρ *ſeu Almuten, quandoquidem numero dignitatum omnes vincit.*

V Verum

Digitized by Google

Verum notandum, ut plurimum non adeo ſcrupuloſe inquiri in dominos gradus ſigni, quos vel planetæ vel cuſpides domorum occupant: ſed Aſtrologos plerumque contentos eſſe dominis ſignorum, qnaudoquidem maxima ex parte etiam conveniunt, ut ex adductis exemplis perſpicuum fuit.

Domus quæ fortunatæ, infortunatæ, vel medioer.

Poſtremo ſolent & Aſtrologi domos ipſas fortunatas, infortunatas, vel mediocres appellare, pro ut fortunatorum, mediocrium, vel infortunatorum Planetarum ſignis occupantur, aut radijs felicibus vel infelicibus petuntur; quandoquidem felices domus ſignificata larguntur felicia, & natus in ſignificatis domus eius felix eſt. Infelices vero negant aut turbant ſignificata, ita ut natus illis fruſtretur. Mediocres mediocritatem afferunt. Indicatur autem felicitas & infelicitas eodem ferè modo, quo fortitudo & debilitas ⁙, exceptis quod nec domorum numerus attendatur, nec combuſtio. Loco vero illorum accipiuntur ☉ ☽ & ☿ coniunctiones, modo ſint extra combuſtionem, & retrogradationem; item △ & ✱ radij, ita tamen ut coniunctioni numerus felicitatis 3, △ 2, & ✱ 1 adſcribatur. Infelicibus radijs ☍ 2, □ 1 annumeratur; & ſic ex vincentium numero fortes, mediocres, vel debiles pronunciantur: vide infra cap. 9.

Caput II.

De generali judicio vitæ, & electione Aphætæ, ſeu hylech, & Alcochodon.

De vita primò neceſſario judicatur.

QVandoquidem eventa rerum, quæ aſtrologo indicanda ſunt, ad viventes non ad mortuos pertinent, ut recte monet Pontan. in com. ſuper 17 ſentent. Centil. Ptol. & ſecundum Ptol. libr. 3. cap. 10 quadr. fruſtra de reliquis nati accidentibus, ut ingenio moribus, divitiis, coniugio, itineribus, &c. pronunciatur, quando prius non conſtat, an vita hominis ad ætatem talibus actionibus convenientem ſit duratura: Idcirco vt iuſto ordine progrediamur, primum de vita nati in genere agemus. Etſi vero exactius de vitæ ſpacio longiore vel breviore iudicium ex directionum doctrina deſumi poſſit, quando videlicet hylech dirigitur ad Anaretam ſeu occiſorem, & vel tardius vel citius ad ipſum deducitur: tamen generalis etiam hæc conſideratio non eſt omittenda, imo ſemper ea directionibus eſt præmittenda. Si enim vitam nato prolixam aſtra decernere per hoc generale προγνωστικὸν animadvertimus; recte per ſpeciales directiones numerum annorum eius ætatis inquirimus. Si vero vitam eius debilem futuram agnoſcimus & brevem, adeo vt nutritionis annos natus vix vel etiam omnino non ſuperaturus ſit, multo minus ad ætatem perfectam deventurus, ſpeciale iudicium omittimus. Ac primum *quidem in hac generali conſideratione vitæ videndum eſt in parentum genituris, quales ſint liberorum ſignificatores.*

In judicio vitę primũ Parentes nati conſiderandi ſunt.

Sicut enim fructuum firmitas pendet à temperamento radicis: Ita etiam liberi, quorum parentes infelices habent ſignificatores, levi de

cauſſa

cauſſa moriuntur, niſi admodum fortunata ſit pro vita propria liberorum nativitas. Significant autem liberos in parentum genitura 5 & 11 domus. Hinc qui Saturnum vel Martem in illis domibus conſtitutum habent, his vt plurimum moriuntur liberi.

Secundo Nati horoſcopus.

Secundo *conſideratur horoſcopus, qui propriiſſimus eſt ſignificator vitæ, an ſit felix, vel infelix. Felix quidem eſt felicis & benefici Planetæ ſigno ac termino, vel etiam beneficorum Planetarum radijs vel præſentia.*

Veluti vitæ validæ ſtatuuntur, quibus ♈ vel ♌ aſcendit, & Sol eſt in 9,10,11 vel 7 domo; vel ♉ aut ♋, & ☽ in his exiſtit 5 Aph.157 Card. Infelix autem eſt vel termino malo, quando videlicet maleficus corpore obſidet horoſcopum, vel etiam horoſcopus incidit in malignum aſpectum malefici, præcipue interfectoris. Vide cap.20 lib. 1 de Genit. Card.

Interfector in nativitate quis ſtatuatur.

Interfectores autem ſeu Anæretæ in omni nativitate ſtatuuntur: 1 qui corpore occupat octavam domum, ita vt 5 gradibus ante, vel 25 grad. poſt cuſpidẽ cõſtituatur, inprimis ſi ad cuſpidẽ quã proxime accedat. 2 dominus octauæ domus. 3 Planeta qui iũgitur domino octavæ. 4 Almuten ſeu diſpoſitor Planetæ ĩ octaua domo. 5 Almutẽ ſeu diſpoſitor Domini octavæ dom°. Notãdũ vero 1 quod ⚹ ♄ dexter & ♂ ſiniſter in ſignis lõgarũ aſcẽſionũ, habeãtur quoq; pro aſpectib. malignis, etiãſi boni ſint malorũ 2 quod maleficorũ & interfectorũ termini lethales ſint, inprimis tamen & primi ſecundi ordinis Anæretæ, qui omniũ potentiſſimi ſunt. Quando enim ad Dominum octauæ directio mala fit, periculum mortis adeſt.

Tertio Dominus horoſcopi.

Tertio *conſideratur & Dominus horoſcopi. Nam is iuxta Haly part. 1 cap.13 de iud.aſtr. ſalvus, liber à radijs & combuſtione, & motu velox, vitam longam ſignificat, præſertim ſi ab infortunijs & Planetis maleficis, qui domini ſunt 8,12,6 vel 4 domorum liber ſit; vel etiam in ipſo horoſcopo ſeu prima domo bene fortunatus exiſtat. Nato enim hic poſitus fortunam & longam vitam, ſanitatemq; corporis & mentis ſignificat, eritq; honoratus inter conſanguineos ſuos, Schon. lib.2 de iud. cap. 3. At ſi Dominus horoſcopi infortunetur, & ſub radiis ſit intrans combuſtionem, ſignificatur mors, præcipue ſi & in prima ſit. Ibi enim regulariter combuſtus brevem vitam ſignificat, Schon. ibidem.*


Quarto luminaria.

Quarto *in generali iudicio vitæ conſideranda quoq; ſunt luminaria* ☉ *&* ☽, *inprimis luminare conditionarium hoc eſt* ☉ *de die,* ☽ *de nocte: Luna enim naturalem, Sol vitalem potentiam; & rurſus Luna humores, Sol ſpiritus gubernat.* Quandocunque igitur hæc in nativitate feliciter ponuntur, promittunt vitam; quando infeliciter, denegant vitam. *Ponuntur autem feliciter:* 1 *Cum in angulis præcipue prima & 10 domo, a malis libera, in configuratione fortunarum conſtituuntur. Et obſervatum eſt, quod Luna in aſcendente felix ſemper ſignificaverit longam vitam. Et Card. 5 Aph. 152 dicit: Optimum eſt pro vita, vt* ☽ *ſit in* ♉, ♋ *vel* ♓ *in aſcendente libera:* 2 *Si Sol cum Venere vel Iove ex angulo aliquo Lunam felici radio intueatur, aut viceverſa Luna in dignitate & angulo conſtituta Solem benefico radio aſpiciat; tum natum bene ſanum & longæ vitæ promittunt.*

Luminaria quando feliciter ponantur.

Geneſis Pauli Tertii Pontificis.

Exempli loco nobis eſſe poſſunt: 1 Geneſis *Pauli Tertij Pontificis,* qui natus Carini in oppido Hetruriæ anno 1468 die 28 Febr. poſt horam



5 matutinam, Solem in ♓ domo Iovis & exaltatione ♀ conſtitutum habuit, quem proxime anteceſſit ☊ naturam beneficam ♃ & ♀ referens, ſequuta vero eſt ♀: Ac aſpexit Sol Lunam in ſua exaltatione ♉ & domo ♀ conſtitutam, ⚹ radio. Cum igitur diſpoſitores luminarium fuerint Planetæ benigni, & ☉ in prima domo extiterit, vixit annos 81 & 8 menſes.

Chriſtierni regis Daniæ.

2 Conſtitutio *Chriſtierni regis Daniæ* nati anno 1481, die 2 Iulii,

Hora

Hora 6 matutina habuit enim ♌ aſcendentem & luminaria duo in ✶ aſpectu, Solem quidem in ♋ domicilio ☽ & exaltatione ♃; Lunam vero in ♍ ☿ domicilio; Ipſoſque beneficos horoſcopum ſtipantes. Vixit ergo annos 77 menſes fere 7. Mortuus enim eſt anno 1559, 25 Ianuar. poſtquam anno Chriſti 1523 regno pulſus, per decennium in exilio vixit, & tandem per annos 26 in carcere detentus fuit.

3 *Auguſti Electoris Saxoniæ.* Habuit enim Solem in propria domo, & Iovem ex medio cœli ✶ aſpectu Solem irradiantem, quæ Solis ſitum in 12 domo correxit. Lunam vero in M. C. in exaltatione propria ♉ ſigno, in ☉ □ dextro: nec vllus maleficorum luminaria infeſtat. Vixit ergo annos 59, menſes 6, dies 11, quandoquidem anno 1586, 11 Febr. die ſtylo veteri, apoplexia extinctus eſt, cum paulo ante, 3 ſc. Ianuarij die, Agnen Hedvvigem tredecim annorum puellam Ioachimi Erneſti Principis Anhaldini filiam matrimonio ſibi iunxiſſet. Auguſti Electoris Saxoniæ.


4 *Ioannis Heidenrichij Leobergenſis Theologiæ Doctoris & Profeſſoris Academiæ Francofurtanę.* Hic enim quia ♌ habet aſcendentem & Solem οἰκοδεσπότην in medio cœli culminantem in ♉ domo ♀ & exaltatione ☽; Et Lunam in proprio ſigno & ✶ ☉: Iovem in △ ☉ & ✶ ☽, annum iam agens 67 vegetus eſt animo & corpore, nec qui ex oppoſito ſtant ♄ & ♂ ipſi in vita quidquam nocuerunt, utut in officijs fortunam varie mutaverint, ad quam rem plurimum valuit ☽, quæ Solem culminantem ✶, & Saturnum ac Martem in imo cœli conſtitutos in triplicitate aquea, △ intuetur. Ioannis Heidenrichii Theologię D.

5 *Andreæ Sartorij Bregenſis I. V. D. & Profeſſoris eiuſdem Academiæ Francofurtanæ,* qui & ipſe ♌ aſcendentem, & Solem in ♉ Veneri coniunctum culminantem habet in ✶ platico ☽, conſtitutæ in ♋ proprio ſigno & exaltatione Iovis: qui ſane poſitus ipſi vitam longiorem pollicetur. Etſi enim ☋ horoſcopans varijs ipſum vitæ diſcriminibus obijcit, & Luna maleficos ſibi coniunctos habens humores corporis depravat, & canitiem ante tempus adfert: Defluit tamen ☽ ab illis, & valetudinem quidem afflictam nonnunquam notat, vitæ vero non nocet. Andreę Sartorii Iuris D.

6 *Martini Benckendorffii Philoſ. et Iuris D. et Profeſſoris in eadem Academia,* qui viribus corporis & animi adhuc florens, annum ætatis agit 64. Habet enim luminaria in angulis & △ ſolari igneo, Solem in domicilio Iovis ♌ iunctum, Lunam in ♈ exaltatione ☉, nec affliguntur loca luminarium præſentia vel radio maligno maleficorum. Martini Benkendorſii Iuris D.

Similis eſt conſtitutio Ioachimi Camerarii nati Anno 1500 April. die 12 ante meridiem paulo poſt horam 10, vide Garcæi libr. iud. pagin. 150. Sol enim M. C. occupat, in domo, triplicitate & termino ♀, à maleficorum malis radiis liber: Luna angulum imi cœli tenet ſatis fortis in receptione mutua & exaltatione ♄ & in △ ♀. Complevit ergo annos ætatis 74 dies 5, quandoquidem obiit Anno 1574 die April. 17. Ioachimi Camerarii

Infeli-



Luminaria quando infeliciter ponuntur.

Infeliciter vero conſtituuntur luminaria, cum partiliter coniunguntur vel opponuntur, inprimis ſi & accedat malus maleficorum aſpectus, præſertim ♄. Nati enim in novilunio aut plenilunio raro ſunt durabiles aut proſpera valetudine vtuntur, hi quidem in plenilunio nati, propter nimiam humiditatem illi propter nimiam ſiccitatem. Atque hoc adeo & vulgo quidem notum eſt, vt non ſolum Ariſtot. in libr. de gener. animant. dicat imbecilliora eſſe corpora

in ♂

in ☌ ☉ ☽ nata;ſed etiam obſtetrices ac matres ſic naſcentibus propter imbecillitatem metuant.

Talis conſtitutio fuiſſe legitur apud Garcæum in lib. de jud. genit. pag. 30 cuiuſdam puellæ natæ Anno 1504 die Martii 16 Hor. 5 P.M. Habuit enim in occiduo cœli cardine partiliter copulata luminaria, quæ maleficorum □ radiis ex medii cęli angulo ſunt afflicta: vnde & mortua eſt altero poſt nativitatem die.

Thema cuiuſdam puellæ.

Quod ſi tamen luminaria partiliter coniungantur vel opponantur, vt in eodem minuto hæreant, & ſimul in horoſcopo beneficus Planeta conſtituatur, non ſolum vivacem hominem, ſed etiam in præcipuis vitæ actionibus fortunatum ſignificabunt; ad extremam tamen ſenectutem non perveniet. Contrarium ſenties ſi maleficus ſit in aſcendente, id quod & Ptol. ſent. 18 Centil. docet.

2 *Cnm vel vtrumq; luminare, vel vnum eorum, inprimis conditionarium, in angulo aliquo à maleficis maligno radio læditur. Læditur autem iuxta Gauricum in ☌ inſigniter Sol à Marte, ☽ à Saturno; In ☍ vero ☉ à ♄, ☽ à Marte. Atq; hoc malum gravius & perículoſius ſtatuitur, ſi Dominus aſcendentis etiam ſit afflictus aut combuſtus Impoſſibile enim tunc erit natum viuere, aut ſi viuit, infœliciter vivit.*

Veluti in themate Alexandri filii Electoris Saxoniæ Auguſti, ☉ peregrinus & in cadente cæli loco à maleficis vtrinque partiliter ferè obſeſſus. Horoſcopus quoque quadratis illorum radiis enormiter læſus fuit: Sola ☽ in forti cæli loco à maleficorum læſionibus libera extitit. Hinc conſtitutio hæc vitam quidem ipſi largita eſt nutritionis annos excedentem, ad ἀκμὴν vero non perdurantem. Mortuus enim eſt anno 12 ætatis, vide Garc. pag. 14 & 38.

Alexandri filii Electoris Saxon. Auguſti.

3 *Quando coniunctus eſt luminari beneficus corpore aut radio, qui pauciores gradus habet, & à quo luminare diſcedit; inde vero luminare ad maleficum plures gradus habentem fertur, vivet quidem natus, ſed morietur in pueritia. Quando vero à malefico ad beneficum fortem digrediuntur luminaria, difficulter quidem educatur infans, ſed tamen educatur. Nam malefici illi potiſſimum lædunt, ad quos accedunt luminaria, non à quibus diſcedunt.*

4 *Luna lumine diminuta & obſeſſa, nec aliquo fortunæ aſpectu fulta, ſignificat natum vel ante vel etiam in ipſo exitu ex vtero materno moriturum: Et ſi forte vivus naſcitur, cæcus prodit, & mater eſt in periculo vitæ, Haly part. 4 c. 1.*

5 *Luna in 8 domo in ♈ conſtituta, ſi fuerit luminare temporis, hominem* βραχύβιον *in adoleſcentia moriturum denotat, præſertim ſi aliquo antea enumeratorum modorum etiam infortunetur.*

6 *Almuten luminarium partiliter ſecundum longitudinem & latitudinem maleficis coniunctus, quoque vitam denegat.*

Quinto *conſiderentur quoq; in generali iudicio vitæ reliquorum Planetarum poſitus hoc modo:*

Quinto reliqui planetæ.

1 Si plures Planetæ in 6, 8 vel 12 domo fuerint, & dominus horoſcopi non aſpexerit benefice vel ipſos, vel luminaria, vel horoſcopum, non vivet natus.

2 Plu-

2 Plurium etiam Planetarum ♂ in aſcendente; vt ſi vel 4 vel 5 aſcendens occupent, innuit natum non victurum, Haly part. 4 cap. 1.

Aphoriſmi ad reliquos Planetas pertinentes.

3 Vterque maleficorum in aſcendente, cadentibus luminaribus ab angulis abbreviat vitam. Idem operantur ſi malefici ſibi mutuo opponantur, ſicut ♄ in prima, ♂ in 7 domo ſit, & ſint inſuper luminaria in cadentibus domibus.

4 Si omnes Planetæ ſub terra extra aſcendens ſunt, natus, vt brevis vitæ ſtatuitur, ita infelix eſt, 7 Aph. 1 Card. Sed contra hunc Aphor. Iunctinus pag. 321, & 322 quatuor exempla producit, vt ei fides haberi ſimpliciter non poſſit.

5 Dominus aſcendentis accedens ad Dominum octavæ, quoque abbreviat vitam, ſi cætera conſenſerint.

6 Quando ♀ & ☿ iunguntur in vno gradu in aſcendente, ſignificant quod natus non vivet. Contrarii enim ſunt ambo nec iungi poſſunt ad bonum eventum demonſtrandum Haly part. 4 cap. 1.

7 ☊ vel ☋ ſi cum ♂ vel ♄ coniungantur in 4 domo, nato vitam denegant.

Notandum vero & hoc ex ſententia Haly; maiorem eſſe potentiam ♂ in abſcindendo vitam, quando fuerit in ♈ in diurnis nativitatibus ſuper terram. Saturni vero, quando fuerit in ♑ ſuper terram in nativitatibus nocturnis.

Explicatio noſtrorum exéplorũ.

Hæc omnia vt noſtris duobus exemplis applicemus, ſciendum de vtroq; ſignificatores parentum quo ad liberos proculdubio fuiſſe ſatis fortunatos, quãdo & prioris Generoſi parentes præter hunc filium tres filias, & vnam ex illis ſatis longævam; poſterioris vero, præter amicum meum, ſatis numeroſam ſobolem habuerint, eiuſque fratres & ſorores maxima ex parte ſuperſtites ſint. Cũ vero genitura parentũ nobis non ſint in prõtu, reliqua conſideremus oportet.

In priori ergo exemplo *fortunatus quidem eſt boroſcopus, vt qui ſignũ ♒ eſt, & parte fortuna ex vtroq; latere Orientali & Occidentali ſtipatur. At diſpoſitor boroſcopi ♒ debilis admodum eſt, quandoquidem non modo peregrinus in ſexta domo, ſed & in detrimento ♋, & Luna coniunctus reperitur. Luna quoq; cum ſit in coniunctione cum Sole, combuſta à Sole nihil boni promittere valet: Optimum eſt Lunã ſuperaſſe Solem et ad cuſpidem 6 domus accedere, & vlterius defluere à Sole. Nec eſt quod cum omnes fere Planetæ ſub terra ſint excepto vnico Marte, vita prolixa ex aſtris ſperanda fuerit, niſi peculiari prouidentia DEI ſuſtentatus, provida ſimul cura valetudinis vitam ad hoc vſq; tempus non ſine difficultatibus maximis & frequenti medicamentorum vſu protraxerit.*

In altero exemplo *boroſcopus ſatis felix deprehenditur, cum quia eſt terminus ♃, tum quia præſentem habet diſpoſitorem ☿, qui eum præſentia ſua fortunat. Luna quoq, △ radio felici boroſcopum intuetur. Licet vero ♄ □ radio ſiniſtro boroſcopum feriat, ♃ quoq; □ dextro boroſcopum aſpiciat; tamen cum in ſigno Ioviali & exaltatione ♀ ſit, & Iupiter ſignum & exaltationem ☿ teneat, vitam nati hæ conſtitutiones abbreviare nequeunt, ſed morbos tantummodo frequentiores denotant. Deinde Dominus boroſcopi ☿ fortunatus*

quoq;

quoq; eſt multis teſtimoniis, vt in præcedenti capite dictum. Tertio luminaria ad ſignificationem vitæ non incommode ſunt diſpoſita. Luna enim cuſpidem M. C. tenet, & horoſcopum △ felici aſpicit: Eſt & in motu velociſſima, & libera à ☉ radiis & combuſtione, in □ tamen ☉: Sol in domo ♀ & exaltatione ☽ debilis quidem admodum eſt, ſed à nullo maleficorum infeſtatur. Vnde vitam quidem promittunt nato ſatis longam ſeu diuturnã, non tamen ſine variis morbis, præſertim cum plures Planetæ 12 domum occupent, ſitq; Luna in domo & triplicitate Saturni.

Prorogator vitæ, *qui Græcis* κύριος τῆς ζωῆς; *item* ἀφέτης *q. Emiſſarius; Arabibus vero* Hylech *ambulator ab Hebræo* הלך *ambulauit dicitur;* eſt vel Planeta vel locus cæli, ex cuius digreſſione ſeu directione de ſtatu vitæ judicant Aſtrologi. *Invenitur autem is hoc modo iuxta Ptol. cap. 11 & 13. lib. 3 quadr. & Haly part. 4 c. 3. 1 In diurna nativitate videatur Sol, In nocturna vero* ☽. *Si enim fuerint in locis hylegialibus, h. e. dignitati Hyleg convenientibus, erunt* Hyleg. *Sunt autem, vt loquitur Ptol.* τόποι ἀφετικοὶ, ἐν οἷς εἶναι δεῖ πάντως τὸν μέλλοντα τὴν κυρίαν τῆς ἀφέσεως λαμβάνειν *id eſt loca hylegialia, in quib. reperiri neceſſe eſt eũ qui velit gubernãdæ vitæ iuriſdictione potiri, felices dom⁹ ſupra horizontem exiſtentes quinq; hæ: 1, 10, 11, 7 & 9, quarũ qualibet habet 30 gr. æquatoris, ſi ſequi velimus rationalem modum, quinq, quidem ante initium domus, & 25 gradus proximos cuſpidem domus ſequentes. Omnia vero loca quæ ſub terra ſunt, exceptis grad. 25. horoſcopi reiciuntur. Ac ratio eſt, quia ſtellæ ſub terra tempore natiuitatis hærentes, in ſuperius hemiſphærium minus efficaces eſſe creduntur. Sic domus quoq, 8 & 12, licet ſupra terram exiſtant: tamen cum nullo aſpectu cum horoſcopo cohæreant, & malos eventus etiam ſignificent, ad hanc rem inutiles eſſe cenſentur.*

Prorogator vitæ ſeu Hyleg quid ſit.

Quomodo inueniatur hyleg Regula prima.

Etſi vero ſunt nonnulli Aſtrologi, vt refert Haly cap. 3. part. 4; qui Lunam quoque in tertia domo ſtatuunt aptam eſse, vt ſit Hyleg, quoniam gaudeat in ea: tamen rationabilius eſt hac in parte adhærere Ptolemæo; quando & plerique, inprimis nobilis ille Cyprianus Leovitius, gradum aſcendentis tantummodo aſſumunt pro hyleg, eumque ſecundum ſignorum ac graduum ordinem ad loca interficientia h. e. Planetas malignos, & eorum hoſtiles radios dirigunt. Licet quoque 10 domum nonnulli præferant ex ſententia Ptolemei primæ, quod maioris ſint efficaciæ ſtellæ in meridie, vbi directiores radios habent ad terram, quam in ortu: tamen cum ex prima principaliter de vita temperamento & moribus nati iudicetur, eſt prima domus omnino præferenda in hac electione hyleg, domui decimæ.

Non commode Luna in tertia domo conſtituta aſſumitur pro hyleg.

Nec decima domus

2 *Si Sol in diurna, &* ☽ *in nocturna geneſi non ſint in locis idoneis, conſulatur & Luna in diurna,* ☉ *vero in nocturna geneſi.*

Secunda

3 *Quod ſi neutrum luminare hyleg eſſe poſſit, alius Planeta pro hyleg quæratur hoc modo: 1 In diurna genitura ſumit Ptol. noviluniũ præcedens nati vitæm: In nocturna vero principaliter plenilunium præcedens, conſideratq; quis in illis locis dominetur. 2 Locum* ☉ *Et 3 Aſcendens, cuius loco in nocturna geneſi ſi præcedat plenilunium ſumit locum* ☉. *Qui nunc Planetarum in his tribus locis plurimas dignitates habuerit, & q. Almuten & victor omnium fuerit, ſiquidem in natiuitate obtinuerit domum hylegialem, ſalutatur hyleg.*

Tertia

Digitized by Google

Quarta 4 *Si vero & Planeta hoc modo inuentus in tali domo non ſit, conſulatur in diurna genitura ſimpliciter horoſcopus: In nocturna vero ſi praceſſerit interlunium quoq; horoſcopus, ſi plenilunium ☍. Ea enim ſi in Aphetico ſeu Hylegiali loco extiterit, vitæ moderatrix ſecundum Ptol. eſſe poterit: At nos cum nudis cæli locis tantam vim attribuere nequeamus experientia quoq; huic doctrinæ reclamet, exiſtimamus cum alijs præſtantiſſimis & exercitatis Aſtrologis, aſcendens in omnibus natiuitatibus tutiſſime aſſumi pro hyleg, ſi ☉ & ☽ iuxta priores duas regulas ad officium illud minus ſint apti.*

Exemplũ primum. *In noſtro primo exemplo quæ eſt nocturna genitura, nec ☉ nec ☽ commode conſtitui poſſunt hyleg; vnde merito aſcendens aſſumimus pro hyleg. Nam & examinatis iuxta tabulam dignitatum eſſentialium primo, loco congreſſus in præcedenti luminarium coniunctione, qui eſt 24 grad. 50 l ♑ 3 & ſecundo, loco Lunæ in themate natalitio in 28 grad. 32 l ♑; & tertio, aſcendente in 3. grad. 6 l ♌, ad hanc formam:*

☌ ☉ & ☽ in ♑ grad.	24	50	♄	♂	☽	♂	☉
☽ in radice in ♑ grad.	28	32	♄	♂	☽	[illegible]	☉
Aſcendens in ♌ grad.	3	6	☉		[illegible]	[illegible]	☉

Saturnus quidem plurimas dignitates habere animaduertitur; at quia in loco hylegio non apto conſiſtit, aſcendens merito iuxta 4 Regulam eligitur.

Exemplũ alterum. *In altero exemplo, cum in diurna genitura Sol non poſſit hyleg conſtitui, quandoquidem in 12 exiſtit domo, erit hyleg Luna iuxta 2 regulam: Deprehenditur enim in 10 domo loco hylegiali.*

Alcochodon ſeu Almuten hylegij. Alcochodon *Arabico vocabulo compoſito vel à* ככב *quod ſtellam ſignificat vel* הו *quod virtutem &* דן *vel* דין *iudicauit, dicitur ſtella virtutis*, in qua conſiſtit primarium iudicium vitæ; ſeu eſt annorum dator, ex quo de annis, quibus natus ſecundum naturæ curſum victurus eſt, iudicium ſumitur, niſi ratione directionis vel alterius violenti & ſubiti caſus aliud quid interveniat, & vita nati citius abrumpatur. *Poſſumus eundem & Almuten, ſeu diſpoſitorem hylegij appellare, quandoquidem Alcochodon, vt vult Haly part. 4 cap. 4 & alij quidam ex Aſtrologis, Planeta ſtatuitur, qui maius dominium habet in Hyleg, ſiue Hyleg aſpiciat ſiue non.*

Etſi vero hoc tempore ab Aſtrologis parum attenditur, cum ex directione hyleg, vel etiam horoſcopi, principaliter iudicent de vita: tamẽ

Regulæ de electione Alcochodon. pro plenius intelligendis Aſtrologicis præceptis, quæ à ſuperſtitioſis Aegyptiis, & apud Dorothium, Zahelem filium Alfadal, ipſumq; Haly traduntur, quædam hic annotabimus.

1 Ac primum quod ad electionem Alcochodon attinet, ſciendum, ſi luminaria ſint hyleg, ſintque in propria domo aut exaltatione, ea & hyleg, & Alcochodon ſtatui.

2 2 Si luminaria ſint quidem hylech, at non in domo, exaltatione vel termino proprio, erit is Alcochodon, qui eſt diſpoſitor loci hyleg. Idem iudicandum ſi alius quiſpiam ſit præter luminaria hyleg.

3 3 Contendentibus vero pluribus de primatu, is qui Hyleg adſpicit, præfertur ei qui non adſpicit: & nullo adſpiciente, præfertur is, qui pluribus dignitatibus reliquos vincit, vt ſi vnus ſit dominus domus, alter

exalta-

exaltationis & termini, tertius triplicitatis, termini & faciei, præfertur tertius primo & ſecundo.

Præfertur & de die Orientalis occidentali, is ſc. qui propior aſcendenti, illi qui ad 7 domum propius accedit. De nocte vero occidentalis orientali, is nempe qui verſus occaſum conſtituitur, illi, qui propior eſt aſsendenti. 4

5 In genere non conducit, ut vel Luna, vel alius quiſpiam Planeta ſtatuatur Hyleg, vel Alcochodon, ſi ingrediantur combuſtionem, Haly part. 4 cap. 4. 5

De vſu ipſius Alcochodei.

Deinde quod ad vſum, notandum ex fortitudine & debilitate Alcochodei judicari de vitæ nati annis generaliter.

Primum namq; ſi Alcochodon ſeu annorum dator fuerit fortis, & fortunatus, in angulari aliqua domo, in primis prima & decima (Septima enim & 4 reputantur hoc in judicio à pleriſque pro ſuccedentibus) dabit nato ſuos annos majores. Neceſſe vero eſt accedere reliquas quoque dignitates, ut ſit Orientalis à Sole, occidentalis à Luna, libera cõbuſtione & retrogradatione, ſitque in ſuis dignitatibus, domo & exaltatione, vel termino. Complementum enim ſolidum non dat Alcochodon, niſi omnes conjungantur dignitates: Haly part. 4 cap. 4. Si in ſuccedente domo exiſtat, & dictæ eminentiæ accedant, dabit medios. Si in cadente, & habeat dictas fortitudines, dabit annos minores, ut oſtendit adiuncta tabula. 1

Anni Alcochodon

	Maiores		Medij	Minores
♄	57		43 ½	30
♃	79		45 ½	12
♂	66		40 ½	15
☉	120		69 ½	19
♀	82		45	8
☿	76		48	20
☽	108		66 ½	25

Sumuntur vero anni maiores, teſte Bontano cap. 23 lib. 1 de rebus cœleſt. ex numero terminorum, qui ſingulis Planetis, per totum zodiacum ex ſententia Ptol. aſſignantur.

Secundo Alcochodon ſi ſit combuſtus, perdit ſuam ſignificationem & vim. Non enim niſi dies vel horas aliquot deſignat ratione imbecillitatis, Haly part. 4 cap. 3. 2

Tertio caſus quoque exaltationi Planetæ contrarius & retrogradatio Alcochodei dimidiam auferunt medietatem dati vel promiſſi de numero annorum: quandoquidem retrogradus Planeta refert ſimilitudinem inobedientis, cadens repræſentat captum, vel eum qui cecidit, & eſt remotus à dignitate ſua, Haly ibidem. 3

Quarto aſpectus quoque ad Alcochodon addunt vel adimunt aliquid inventis annis. Nam ♃ & ♀ quocunque aſpectu conjuncti Alcochodeo, vel eum irradiantes addunt annis Alcochodei annos ſuos minores quod tamen non admittit Haly cap. 6 part. 4 de aſpectu □ vel ☍, quos conſentaneum eſt nihil addere aut minuere, aut ſi addunt, medietatem annorum minorum addunt. Idem præſtant ☉ ☽ & ☿ bonus aſpectus. ☊ intra 12 gradum ab Alcochodone addit quartam partem 4

annorum minorum. ♂ & ♄ bonis aſpectibus nihil dant. Malis minores annos adimunt. Idem faciunt mali radij ☉ ☽ & ☿.

Exemplū primum. *Veluti in noſtro exemplo primo horoſcopi qui eſt Hyleg diſpoſitor quidem eſt ☉, atq; ita Alcochodon: verum cum in cadente domo exiſtat ☉, promiſit tantummodo annos 19, quos quia etiam natus ſuperuixit, videtur exemplum nec in regulis vitæ, nec in Alcochodeo præceptis Aſtrologicis reſpondere.*

Alterum. In altero exemplo *Luna quæ eſt Hyleg, diſpoſitor eſt ♄: atq; ideo Alcochodon: qui cum ſit fortis, in ſuccedente domo, largitur annos medios nato 43 cum dimidio, quibus medietatem annorum minorum h. e. 15 annos addit oppoſitus ♃: ut fiant anni 58 cum dimidio.*

Cautio Aſtrologo diligenter obſervanda. Obſervanda autem eſt concluſionis loco hæc cautela: utrumque temerarium eſſe & condemnandum in Aſtrologo, ſi vitam longam vel denegare prorſus, vel etiam promittere nato audacter ex ſolis hiſce Aſtrologicis indiciis velit, non conſideratis directionibus, profectionibus tranſitib. revolutionibus aliiſque circumſtantijs inprimis origine, qua quis in lucem productus eſt, & moribus quibus vivit. Nam ut Deus vitam promittit longam, ſe timentibus & præcepta ſua ſeruantibus, Deuter. cap. 30 & Prov. cap. 3 v. 1 & 2, quandoquidem longitudo dierū in dextra eius, & in ſiniſtra illius divitiæ & gloria, v. 16; multoſque ſervat, quos cauſsæ non modo remotiores, ſed & propinquiores ex hac vita evocare iam videntur: Ita nec Aſtrologus ſuæ arti nimium fidere, & nato 100 aut plures annos ex præceptis veterum, quæ florentiſſimo mundi tempore, & hominibus viventibus ſub temperatiſſimo cœlo ſcripta ſunt, promittere debet; cum in hac imbecillitate naturæ, & noſtris Septentrionalioribus climatibus, nullus fere ætatem, quam vel ☉ vel ☽ promittunt, aſſequatur. Memor ergo ſit Aſtrologus regulæ Moſis Pſal. 90, in quo inter alia hæc habentur verba verſ. 10. Dies annorum noſtrorum ſunt 70 anni, aut ad ſummum 80: E quibus quod optimum eſt, moleſtia eſt & labor: Tranſitus enim celer eſt, & auolamus.

Caput III.

De domino genituræ & horæ planetariæ.

Dominus genituræ quis. D*ominus genituræ Græcis κύριος τῆς γενέσεως, vel una voce οἰκοδεσπότης dictus;* eſt is Planeta, cui potiores in tota geneſi inter cęteros adſcribuntur partes, quippe in temperamento & moribus qui temperamento reſpondent, maximam vim habet, imo totius vitæ ſpecialis ſignificator exiſtit. *Hanc autoritatem in genitura ſummam, cui tribuere velint Planetæ, nondum quidem firmiter concluſerunt Aſtrologi; Placet vero in negocio hoc Cardani Aph. 180 ſegm. 5, cum inquit: Vera via nondum nota eſt in arte, ille recte agit, qui antiquorum dicta fideliter recitat: Atq; ideo quoq; diverſas Aſtrologorum ſententias, de modo eligendi Dominum genituræ, primum recitabimus, poſtea quo nos ratio maxime deducat, videbimus.*

Sententiæ variæ autorum de eligendo Domino genituræ.

Pri-

Primum vero certum *eſt, pleroſq; illud ſignum, quod natiuitatis momẽto ſupra horizontem aſcendit, vocare ſignum natiuitatis; & Planetam, qui dominatur illi ſigno, ſeu qui eſt Almuten horoſcopi, conſtituere Planetam Natiuitatis ſeu dominum genituræ, quem etiam faciunt ſignificatorem corporis, ingenij & morum nati. Cum enim maxima vis ſit horoſcopi, in corpus, vitam, & temperamentum nati, cenſent ab eo ad aliud ſignum, aliumque Planetam non digrediendum, ſed illi vnicè adhærendum eſſe. Atque huc referenda ſunt judicia, quæ in libris Planetarum Germanicis ad ſigna & Planetas accommodantur.*

Prima de ſigno horoſcopante eiuſque Domino.

Sunt tamen qui exiſtimant ſigna illa loca ☽ in natiuitatibus reſpicere: vnde parentum nonnulli ex Calendariis ſigna, in quibus Luna verſatur ſumere, & liberorum ſuorum temporibus adſcribere ſolent.

Sunt & alii, qui putant ſigna illa ad loca ☼, in quibus genituræ tempore exiſtit, referenda eſſe. Atq; hinc Ioannes de Indagine peculiarem Aſtrologiam, quam naturalem vocat, conſcripſit; in qua ad quodcunque tempus natiuitatis ſiue antemeridianum ſiue pomeridianum, Solem ſemper in horizontem orientalem diſponit, atque ex quavis decade graduum ſigni, peculiaria de forma, ſtatura, temperamento & actionibus concomitantibus iudicia texit. Nos vero vt priorem ſententiam de horoſcopante ſigno, eiuſque Planeta, non prorſus alienam eſſe à veris Aſtrologiæ fundamentis exiſtimamus; ita hanc Ioannis de Indagine opinionem, vt rationi minus conſentaneam, merito reijcimus.

Deinde ſunt qui genituræ totius dominatum illi Planetæ adſcribunt, in cuius finibus, natiuitatis tempore, de die quidem ſeu in diurna genitura eſt Sol, de nocte vero Luna: Idq; vt refert Pont. lib. 8 cap. 1. de reb. cæl. ea ratione inſtituiſſe videntur; ut cum Sol ac Luna generationis autores ſint, particularem hunc dominatum ſtellæ illi tanquam ſubminiſtræ delegarent, in cuius ſtellæ finibus Sol ipſe diurno, Luna vero nocturno inveniretur tempore; quando & diurnum imperium Soli, nocturnum Lunæ, etiam ex præſcripto DEI Gen. 1 competit.

Secunda de Planeta, in cuius termino eſt Sol de die, Luna de nocte.

Tertio Iulius Firmicus; *cuius veſtigia ſe ſequi aperte confitetur Pontan cap. 1 libr. 8 de rebus cæleſt. qui quoque primus, inter veteres Latinos ſuos prædictiones conſcripſiſſe, legitur, annis poſt Ptol. 170, circa annum Chriſti 320 ferè; pronunciat libr. 4 cap. 12 eum Planetam genituræ eſſe dominum, qui præeſt ſigno, quod Luna proxime poſt nativitatem ingreditur, ♌ & ♋ exceptis, quibus luminaria præſunt. Dedignantur, enim luminaria, vt Pontan. in loco antea citato loquitur, ad particulare miniſterium, ac quaſi famulatum quendam, è tanto gradu deſcendere, cum generationis vitæ animalitatiſq; autores ſint.*

Tertia Firmici de Planeta iſtius ſigni, quod Luna poſt nativitatem proxime ingreditur.

Veluti ſi Luna alicuius nativitatis tempore ſit in ♈, tum ♀, quæ præeſt ♉ proximo ſigno domina erit genituræ. Sic ſi Luna ſit in ♒ Dominus genituræ erit ♃. quia ☽ proxime ex ♒ in ♓ ſignum Iovis tranſit. Aſt ſi Luna ſit in ♊, non Luna quæ præeſt ♋, nec Sol qui præeſt ♌, ſed ☿ cui accommodatur ſignum ♍ genituræ dominus erit.

erit. Luminaria enim peculiari priuilegio ad dominium geniturarum, ex quo de vitæ ſtatu, de corporis forma, de profeſſione, aliiſque judicium ferendum eſt, non adhibentur, ſiquidem alias maxima eſt luminarium vis, vt pro ſua qualitate decretis ſplendorem vel addant vel detrahant. Cum vero de vitalis virtutis durabilitate, de dignitate, de coniugio, & aliis quibuſdam pronunciandum eſt, tum & ipſa luminaria attenduntur. Hancque ſententiam Firmici Pontanus ſimilitudine tranſplantationis ſic confirmat. Vt enim planta ab eo in quo nata eſt loco evulſa, atque in aliud ſolum tranſlata ei cedit ſolo, in quo poſt effoſſa ſuccreſcit, & alitur: Ita Luna tanquam editi à ſe fætus mater atque altrix, ſociam ſibi alendo illi quæ itaus, eam ſibi ſtellam adiutricem & tanquam comminiſtram deligit, in cuius ſtellæ domum primum incidit. Cardanus vero in com. ſuper 4 lib. quad. Ptol. cap. 10 vel text. 74 abſurdum hunc eſſe modum ſtatuit, & ab imperito artis excogitatum.

Quartæ Ptolemæ de Planeta dominium habente in locis 5 hylegialibus.

Quarto *Recentiores pleriq; Ptol. ſequuntur, qui vt lib. 3. quad. c. 11 Aphetas ſeu vitæ gubernatores ſumit ex quinq; locis hylegialibus: ſic ipſi ex yſdem geniturœ dominum colligunt. Qui enim plurimas dignitates eſſentiales habet in aſcendente, M.C., loco ☉ loco ☽, & loco ⊕, detractis tamen debilitatibus, is genituræ dominus conſtituitur. Particeps autem dominij, qui proximas dignitates poſſidet. Quod ſi duo aut tres pari numero dignitates habeant, omnes hi Domini natiuitatis habentur.*

				Fortitudines	Debilit.
Veluti in noſtro priore exemplo	*Aſcẽdẽs eſt*	3 gr. 61	♌	☉ ♃ ♄ ♄	♄
	M. C.	9 23	♈	♂ ☉ ♃ ♀ ♂	♀ ♄
Quamobrem cum dignitatis te-	☉ *locus*	25 7	♑	♄ ♂ ☽ ♄ ☉	☽ ♃
ſtimonia ☉ habeat 15, ♂ 14; ♄	☽ *locus*	28 32	♑	♄ ♂ ♀ ♄ ☉	☽ ♃
detractis debilitatibus reſidua 4,	⊕ *a ☉ ad Lu.*	6 31	♌	☉ ♃ ♀ ♄	17

☿ nulla, ♃ dejiciatur infirmita- Fort. ♄ 18 ♃ 6 ♂ 14 ☉ 16 ♀ 2 ☿ 0 ☽ 6
tis teſtimonis reſiduis 2, ♀ 3, ☽ Debil. 14 8 0 0 5 0 10
4, conſtat Solem ex recentiorum quorundam ſententia Genituræ Dominum eſſe.

		° ′		Fortitud.	Debilit.
In altero exemplo.	*Aſcendẽs eſt*	10 15	♊	☿ ♄ ♃ ☿	♃
	M. C.	6 10	♒	♄ ♄ ☿ ♀	☉
Vnde cum ♄ 20 teſtimo. di-	☉ *locus*	12 42	♉	♀ ☽ ♀ ♀ ☿	♂
gnit. habeat ♀ 8, ♃ reſid. 2,	☽ *locus*	6 25	♒	♄ ♄ ☿ ♀	☉
☿ 1, Mars debilit. 1, ☉ 10.	⊕ *a ☉ ad ☽*	3 58	♓	♃ ♀ ♂ ♀ ♄	☿ ☿

Saturn. dominus Genituræ Fortitud. ♄ 20, ♃ 7 ♂ 4, ☉ 0 ♀ 18. ☿ 10, ☽ 4
merito conſtituitur. Debilit. 0 5 5 10 0 9

Loco tamen medij cœli Schon. lib. 1. cap. 1. de jud Gen. item Alcabit. li. 4. adſumunt coniunctionem vel oppoſitionem luminarium præcedentem. Quando ergo in poſteriore exemplo Luna in ☍ fuit in 6 grad. 30 l ♒, patet ibidem Martem habere domum, ♀ triplicitatem, ♃ terminum, & ♂ faciem. Vnde 8 decedunt teſtimonia ♄, Mercurio 2, Veneri 1. Accedunt autem Marti 6, ♀ 3, ♃ 2; & euehitur ita ♀ ad dominium genituræ teſtimonijs fortitudinis 20.

Quin-

Quinta Græcorum de domino locorum Lunæ, & Mercurij.

Quinto *Iunctinus refert in commentis ſuper cap. 2 lib. 3 quadr. Ptolom. Græcos dominum totius natiuitatis accipere eum Planetam, qui plurimas dignitates eſſentiales habet in loco ☽ & ☿. Mercurius enim ex Ptol. ſententia dominus eſt ſpiritus, vigoris & animi, vt Luna corporis.*

Veluti in noſtro primo exemplo

☽ eſt	in 28 31 l ♑	.	♂	☽	♄	♃	☽ ♃
☿ eſt	in 6 40 l ♑	.	♂	☽	☿	☉	☽ ♃

Saturnus ergo præeminentias habens 12, dominus genituræ ſtatuitur, cum ♂ tantum habeat 8, ☿ 2, ☉ 1; ♀ 0, Luna dejiciatur debilitatibus 4, ♃ 7.

In altero exemplo

☽ eſt	in 6 gr. 25 l ♒	♄	♄	☿	♀	☉	o
☿ eſt	in 0 gr. 14 l ♊	☿	♄	☿	♃	♃	o

Hinc quia ♄ teſtimoniis fortitudinis pollet 11, dominus genituræ erit, cum ☿ tantum habeat 9, ♀ 1. Iupiter debilis ſit teſtimoniis 4, Sol 5.

Sexta Cypriani de Planet. fortiſſimo in themate.

Sexto *Cyprianus Leouitius, & maior pars Aſtrologorum, hoc tempore eum domino genituræ præficiunt, qui & reſpectu eſſentialium dignitatum reliquis potentior eſt, & ſimul locum in figura digniſſimum obtinet. Quod ſi vero uni alicui Planetæ hęc duo ſimul non accidant, ut ſcilicet & valore ex dignitatibus eſſentialibus contracto reliquos vincat & ſuperet, & ſimul cæli locum potentiorem occupet, præferendus quidem reliquis omnibus erit, qui eſſentialibus dignitatibus alios antecellit: ſed tamen ipſi in hoc munere aſſociandus eſt, qui reſpectu loci figuræ cæleſtis potentior exiſtit; Probabile eſt enim & omnino veriſimile, eum, qui in pluribus locis viribus & dignitate plus valet, præferendum eſſe ei, qui vnica tantum prærogatiua cæteros anteit, cùm qui reliquis potentior eſt in radice, & optime conſtitutus, manifeſtius ſuas vires in natum exerat, quam alius, cuius vires debiliores ſunt. Quis autem Planeta in themate potentiſſimus ſit, cognoſcitur ex collectione teſtimoniorum ſingulorum Planetarum, de qua præcedenti capite monuimus. Ordo vero locorum, unde, qui reſpectu loci figuræ cæleſtis potentior Planeta ſit, cognoſcitur, hic eſt, 10, 1, 11, 7, 4, 5, 2, 9, 3, 8, 6, 12. Præfertur enim domus decima primæ, prima 11, vndecima ſeptimæ, &c.*

Quid in hac opinionũ varietate ſtatuendum.

Nos in hac opinionum diverſitate tutiſſimum eſſe judicamus, ſi duos nativitatis dominos eligamus: *Primo* quidem Dominum horoſcopi iuxta modum vulgarem primo loco expoſitum. *Altetum* feliciſſimũ & fortunatiſſimum in nativitate, iuxta modum Cypriani.

In noſtro priore exemplo Iovem Genituræ dominum facimus, ut qui & in examine virium alios dignitate anteit, & trigonocrator exiſtit aſcendentis. Fortunatus tamen non eſt, cum nullam eſſentialem dignitatem habeat.

In altero vero exemplo ☿ dominus genituræ eſt. Nam non modo in examine virium eum fortiſſimum ſupra cap. 1 deprehendimus, ſed eſt quoq; almuten horoſcopi; Eſtq; ſat fortunatus ratione eſſentialium dignitatum, utut in abiecta exiſtat domo.

Dom. horę planetarię ſeu dominus orbis quis.

Domus horæ Planetariæ, *qui, aliàs dominus orbis dicitur ab Alcabitio diff. 4 cap. 12 & Schon. lib. 3 de nativ. cap, 10, appellatur in quauis genitura is Planeta, cuius ex ſententia Arabum, & Aegyptiorum vis maxima eſſe videtur eo temporis momento, quo natus prodit in lucem. Cum enim dies omnis ſicut & nox tribuatur in duodecim horas, quas nonnulli temporarias*

vocant:

Digitized by Google

vocant: Et ſingulis horis ſinguli Planetæ aſſignentur, ſumto initio ab ortu ☉, & eo Planeta, à quo dies denominatur: conſtat quavis hora temporaria peculiarem Planetam dominium exercere. Etſi vero diuerſa de horis apud autores reperitur opinio, dum alii, horas cuiuſuis diei in 12 æquales partes diuidunt, facta in 12 partes æquali diuiſione eius arcus, qui vel per diem vel noctem aſcendit de æquatore: alii in inæquales facta diuiſione medietatis zodiaci per diem & noctem aſcendentis in 12 æquales partes. Nos tamen cum ratio harum horarum non ab aſcenſione graduum æquatoris, ſed potius aſcenſione graduum Eclipticæ ſumta eſſe videatur; (Iis namq; attemperare cogimur partes æquatoris de die vel nocte aſcendentes) quem vis diem in 12 horas inæquales, iuxta 15 graduum Eclipticæ aſcenſionem, diſtribuimus..

Ratio inquirẽdi dominiũ horæ planetariæ. In inquiſitione igitur Domini horæ planetariæ, conſulatur Canon aſcenſionum conveniens loco, in quo genitura facta eſt. Ac primum quidem, cum loco ☉ ingreſſu facto, loci ☉ aſcenſio inde petatur. Poſtea & loci oppoſiti. Tandem, ſi datur tempus diurnum, aſcenſio loci ☉ ab aſcenſione loci oppoſiti auferatur, adiecto integro circulo, ſi ſubtractio fieri nequit: Vel ſi datur tempus nocturnum, ſubtrahatur aſcenſio loci oppoſiti ab aſcenſione loci Solis, adiecto itidem integro circulo, ſi ſubtractio inſtitui non poteſt: Et remanet arcus æquatoris aſcendens de die vel de nocte cum medietate zodiaci cooriente. Qui arcus ſi in tempus mutatur, exurgit quantitas diei vel noctis in horis & minutis horarum numerata, cuius dimidium monſtrat occaſum ☉, dimidiũ vero à 12 horis ablatum oſtendit ortũ. Si nunc proponitur tempus diurnum, numerãtur ordine horæ diei incipiendo ab ortu, & tribuendo horæ primæ illũ Planetam, à quo dies denominatur. & ſingulis horis, 15 grad. Eclipticæ, donec deveniatur ad horam natiuitatis propoſitam; eique horæ aſſignatur Planeta is, qui deſcendendo à ſuperioribus ad inferiores, & redeundo ab infimo ad ſupremum, in ordine ſeſe offert. Similiter procedendum ſi tempus nocturnum detur, iuxta tabulam adiunctam.

Horæ Planetariæ, quo ordine & modo numerentur.

Tabula oſtendens Horas Planetarias earumq; gubernatores per totam hebdomadam ſinguloſq; eius dies.

Dies hebdomadæ	Diurnæ Horæ 1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	Nocturnæ Horæ 1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Primus ☉	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿
Secũdus ☽	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃
Tertius ♂	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
Quartus ☿	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☽	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄
Quintus ♃	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉
Sextus ♀	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Septim⁹ ♄	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	♀	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂

Exemplum ſecundum. *Veluti in noſtro altero exemplo cum loco ☉ in 12 grad. 42 l ♉, conſulo tabulam aſcenſ. obliq. ad latitud. 51 grad. conſtructam & oſtendo ibidem adhibita parte proportionali, aſcenſionem propoſiti loci ☉ 19 temp. 57 l æquatoris.*

Digitized by Google

ris. Aſcenſionem vero oppoſiti loci 12 grad. 42 l ♏, 239 temp. 7 l aquat. Vnde cum genitura diurna detur ſubtraho aſcenſionem priorem loci ☉ ab hac, & reſiduum 219 temp. 10 l converto in horas & minuta horarum, producitur diei quantitas 14 Horar. 37 l fere; Cuius dimidium 7 horar. 19 l ſubtraho à 12 Horis, & relinquitur tempus ortus Hora 4, 41 l à media nocte. Quod ſi vlterius aſcenſionem loci Solis in 12 gradu 42 l ♉, quæ eſt 19 temp. 57 l, aufero à 27 grad. 42 l ♉ aſcenſione 29 temp. 9 l reſtat pro prima hora diei arcus 9 temp. 12 l, qui dat horam nullam, 37 l ferè. Vnde hora ſecunda incipit hora 5, 18 l: Et rurſus aſcenſionem 29 temp. 9 l, ſubtraho ab aſcenſione 12 grad. 42 l ♊, 40 temp. 41 l. Hanc ab aſcenſione 27 grad. 42 l ♊, 55 temp. 3 l: Et ſic porro, donec deueniatur ad 12 grad. 42 l ♏, in cuius aſcenſione dies finitur, nox incipit, procreatur arcus ſecundę horæ 10 grad. 32 l; minutorum ſcilicet horæ 42: Et hora tertia 14 temp. 22 l ſeu min. horæ 57 & ſic conſequenter. Hinc ſecunda hora diei finitur hora ſexta; tertia, hora ſexta, 57 l, &c. Cum vero natiuitas facta ſit Die ♂, Hora matutina 5, 53 l, conſtat natum in lucem productum in hora ſecunda ☉:

Exemplũ primum.

In primo vero exemplo Solis locus in 25 grad. 7 l ♑ habet in latit. 51 grad. 50 l aſcenſionem obliquam 326 gra. 36 l: locus oppoſitus 25 grad. 7 l ♋ aſc. obliq. 87 tamp. 32 l. Vnde cum genitura nocturna ſit, hæc loci oppoſiti aſcenſio, aufertur à priore: Et arcus reſiduus 239. temp. 4 l in tempus commutatur, producitur quantitas noctis 15 Hor. 56 l: Cuius medietas 7 Horar. 58 l, à 12 Horis ablata, principium noctis exhibet Hor. 4 pomeridiana 2 l. Quod ſi vlterius aſcenſionem loci oppoſiti 25 grad. 7 l ♋, quæ eſt 87 temp. 32 l, aufero ab aſcenſione 10 grad. 7 l ♌ 108 temp. 20 l; Et reſiduum 20 temp. 48 l in tempus conuerto 1 Hora, 23 l: patet adiecto hoc tempore ad Horas 4, 2 l provenire Hor. 5, 25 l. Et quia hora natiuitatis datur, 4, 46 l poſt meridiem diei ♀, conſtat horam primam nocturnam ♂ eſſe, & natum eadem loca editum eſſe in hanc lucem.

De vſu domini orbis ſeu horæ Planetæ iuxta Arabes.

Cæterum Arabes Hermetis doctrina, ad hunc vſum dominum orbis ſeu horæ planetariæ inquirere voluerunt, ut ex ejus fortitudine vel debilitate, felicitate vel infelicitate, nõ aliter ac ex domino aſcendentis, de nati conditione generali vitæ, ac fortunarum eo certius judicarent. Cenſuerunt enim eo directo & fortunato, non in abiectis cœli domibus exiſtente, ſaluo à maleficorum Planetarum præſentia & radijs malis, & felicium ſtellarum corporibus vel aſpectibus beneficis munito, inprimis ſi ipſe naturam beneficam habeat, nato ſignificari longam vitam, & omnia alia in vita proſpera. Secus ſi aliter conſtitutus deprehendatur.

Alli: nio

Statuunt quoque referente Alcabitio diff. 4 c. 9 & Schon. lib. 3 de nativ. c. 10. domino horæ nativitatis dandum eſſe horoſcopum, & ex eius conditione in themate radicis judicandam eſse valetudinem nati firmam vel infirmam in primo anno, non aliter ac ex domino aſcendentis. Poſtea domino horæ ſecundæ natiuitatis, tribuendam eſſe domum ſecundam anno ſecundo, & ex eius ſtatu in radice & revolutione anni ſecundi, iudicandum de ſubſtantia & ſimilibus bonis nati, eodem modo, quo ex domino ſecundę domus. Tertio horę tertiæ aſſignandam eſse

Y domum

domum tertiam anno tertio, & ex eius diſpoſitione tam in radice; quam in revolutione iudicium ferendum eſſe de ſtatu fratrum, & ſororum, & quæ his iungi ſolent, eodem modo quo ex domino tertiæ domus, & ſic conſequenter, vt fert ordo Planetarum & domorum. Et reditu facto ad primam, prior rurſus primæ dominus conſtituatur. Hinc vt in genere Dominus horæ alicuius Planetariæ dici ſolet Dominus orbis, ita in ſpecie quoq. dicitur Dominus primæ domus, qui hora prima natiuitatis dominium habet: Et dominus ſecundæ domus, qui ſecunda hora. Dominus tertiæ domus, qui tertia hora dominatur. Cum vero hæc doctrina Arabum à naturali cœli operatione multum ad ſuperſtitionem vanam deflectere videatur, non eſt quod in ea enodanda multum laboremus.

Caput IV.

De nutritione.

Nutritionis anni ſunt 4 primi cuiuſq; nati.

Expeditis generalibus quæ ad iudicium rectè conformandum viam ſternunt, prima noſtra cura nunc ſit, diligenter conſideremus, an natus nutriri, & annos nutritionis, qui ſunt 4 priores, complere poſſit. Illo enim tempore maxime caſibus & morbis expoſita eſt vita noſtra propter imbecillitatem, & corporis non ſatis confirmati teneritudinem. Et quanquam conſideratio hæc magnam cognationem habeat cum cap. 2, in quo quoq; de vita generale iudicium ferre docuimus: tamen ſpecialia hic multa proponuntur, quæ nos de vita infantum eorumq; morbis erudient. Sunt autem in nutritione hi 5 ſignificatores attendendi: 1 Horoſcopus, *id eſt ſignum, in quod aſcendentis cuſpis incidit, & eiuſdem affectio, quoniam corpus nati ſignificat*, 2 Luna *eiuſq; ſtatus, quæ gubernat potentiam naturalem.* 3 Sol, *qui vitali potentiæ præeſt, idq; ex ſententia Ptol. Centil.* 68. 4 Genituræ dominus, *qui vitam & fortunam nati in genere moderatur:* Et 5 duo beneficii ♃ & ♀.

In nutritione 5. ſignificatores cõſiderandi.

Nam ſi ſignificatores dicti vel omnes vel maior eorum pars debiles & infortunati fuerint, nõ eſt quod dubites aſtrorum ſignificationem nato inſignem imbecillitatem portendere. Si vero vel omnes vel maior pars eorum bene diſpoſiti fuerint, natum facile & optime nutriri poſſe denotant. Quod ſi pars eorum afflicta fuerit, pars contra ſalua & fortunata, natum nutriri quidem poſſe, at crebris conflictaturum ægritudinibus ſignificatur, vt docet ex Leovitio Iunctin. in capite de nutritione.

Generalia de luminaribus.

In genere quoq; de luminaribus certum eſt, quod ſi ea feliciter in figura conſtituantur, in configuratione fortunarum, non ſolum ad valetudinem & corporis robur, ſed & ad elegantiam formæ plurimum adiumenti afferant. Contrarium minantur, ſi infeliciter ponantur. Quod ſi luminare temporis (hoc eſt ☉ in diurna ☽ in nocturna genitura) fuerit liberum ab infortunijs, & malis accidentibus ſuis, ſignificat quod nutritio nati complebitur, inprimis ſi & dominus triplicitatis temporis in aſcendente, medio cœli, aut 11 vel 5 domo ſit. Si vero gradus aſcendentis, & luminare temporis male affecta fuerint, ſignificabitur natum non nutriri, niſi Domini triplicitatis ſalui, & in angulis fuerint. Haly part. 4.

part.4 cap.1.Card.2 Aph.43 eiuſmodi Aphoriſmum tradit: **Non annum im-plebit,** *cui luminare temporis fuerit in angulo ſeptima, id eſt in apice, & infortuna elevata ſuper ipſum, peregrina, nec fortuna adſpexerit locum, nec alius fuerit vitæ ſignificator. Tradit quoq; Ptol.lib.3 quadr.cap.9.huiuſmodi regulas huc pertinentes.*

Regulæ Ptol. generales de luminaribus.

1 Si lominare alterum occupet cardinem, ac maleficorum alter cum eo congrediatur, aut opponatur partiliter, in tali ſitu, in quo à polis zodiaci per luminare & maleficum traiecti circuli faciant æquicrurum; ſeu quod idem eſt, habeant in oppoſitione æqualem latitudinem, ab eadem parte, nec beneficus configuretur; inſuper locis luminarium dominans ſtella in locis maleficorum detineatur; quod natum eſt ali diu non poterit, ſed morietur. 1

2 Si æquicrurum non formetur a ſitu luminarium & maleficorum, hi vero ad luminarium loca proxime applicent, & vel vtrumq; luminare applicatione mutua, vel oppoſito intuitu affligant, vel etiam alter eorum alterum luminare lædat, quod naſcitur nequaquam erit diuturnæ vitæ. Affligitur autem in ☌ ☉ à Marte, ☽ à ♄; In ☍ Sol a ♄, ☽ à Marte, imprimis ſi malefici occupent loca ſtellarum dominantium in locis luminarium & horoſcopi. Quod ſi etiam luminaribus & maleficis in cardinibus exiſtentibus contingat hæc in æquicruro oppoſitio duplex, vt ſi Marti Sol iungatur & opponatur Luna: Saturnus vero iungatur ☽ & opponatur Soli, in lucem prodibit qui naſcitur vel mortuus vel ſemiviuus. 2

3 Si luminaria ab aliquo benefico vel eidem coniuncta vel radio configurata defluant ad maleficum, viuet quidem natus, ſed ad tantum ſolummodo ſpatium, quantum eſt inter luminaris & proximi malefici interuallum graduum. Quo tamen in iudicio ſpectare oportet magnitudinem afflictionis a malefico, & potentiam illarum ſtellarum quæ vim habent cauſſæ. 3

4 Quod ſi vero ab aliquo maleficorum, vel eidem coniuncta vel radio configurata luminaria defluant ad beneficium, editus in lucem male quidem ab initio habebit, tandem verò conualeſcet & viuet; qua de re & ſupra capite 2 monuimus. 4

Verum vt aliorum quoque autorum Aphoriſmos hic conſideremus: *Primum ad aſcendens quod attinet hi aphoriſmi notentur.*

Aliorum Aphoriſmi. Primo de horoſcopo ſeu aſcendente.

1 Si aſcendens ſit in termino malefici & ſimul hoſtilibus maleficorum radiis affligatur, natus nutritionis annos non evadet, præſertim ſi & reliqua hylegialia loca, ☉ ☽ & M.C. male ſeſe habeant.

2 Vix menſis ſpacio viuere poſſe ſtatuunt Aſtrologi natum, cui affligitur aſcendens, Marte octauam domum occupante.

3 Cui aſcendentis Dominus infeliciter poſitus eſt, ita vt dignitatibus eſſentialibus omnibus deſtituatur, & vel cadens vel peregrinus ſit, ſit præterea vel combuſtus, maxime ſi combuſtio accidat in 8 domo, vel in alio infelici genituræ loco is diu viuere non poteſt. Haly part.4.cap.1.

4 Quibuſcunque Dominus aſcendentis cum infortuna eſt ac combuſtus luminaria vero ambo infortunata in ſexta, illi mortui naſcuntur, & matres quoque ipſorum pereunt, Card.2.Aph.5.

5 Si domini triplicitatis aſcendentis in tertia domo exiſtant, in-

fortunati a quovis Planeta, ſignificant brevem vitam, niſi dominus triplicitatis fuerit Luna. Luna enim in tertia domo fortis eſt propter gaudium ſuum, Haly part.4. cap.1.

6 Quod ſi domini trigoni aſcendentis ceciderint, (id eſt, fuerint in ſuo caſu,) fuerit vero in aſcendente fortuna aut fixa de natura fortunæ, aut domini trigoni ex primis, natus poterit nutriri, Card.5 Aph. 58.

7 Si infortunium ſit in aſcendente, & habeat ſimul aliquam dignitatem in eo, vel etiam aliqua fortuna ipſum aſpiciat, ſignificat quod nutritio complebitur. Infortunia enim quando ſunt in dignitatibus ſuis minuuntur, malicia quidem ♂ ſi fuerit de nocte in ſignis fœmininis: ♄ vero ſi de die fuerit in ſignis maſculinis. Sed ſi contrarium fuerit, augetur & creſcit infortunium. Diuerſum experimur in fortunis. Nam fortunæ in dignitate conſtitutæ, augent bonum; Extra minuunt. Haly in prius citato loco.

2 de Luna. *Secundo de Luna hæc obſerventur.* 1 Maximum dettimẽtum, vt natus non nutriatur, à Luna eſſe, quoniam ipſa cerebrum ſignificat. Pueri nãq; ſi ipſa male ſit conſtituta, convulſione corripiuntur, Card.5 Aphor. 113.

2 ☽ in aſcendente infortunata, maleficorum præſentia vel radijs afflicta, nutritionem & vitam nato denegat. Contrarium vero ſignificat Luna in aſcendente feliciter poſita, libera à maleficorum præſentia & radiis, Haly part.4 cap.1.

3 Luna quoque Soli vel coniuncta vel oppoſita, natum breuioris vitæ facit, maxime ſi infauſti Planetarum maleficorum radii accedant, vt & ſupra cap.2 monuimus. Similem Aphor. Card.5 Aph.145 affert: Cum Luna fuerit in eadem parte cum Sole (intelligitur coniunctio) & ambo in □ vel ☍ ♄, natus non nutrietur.

4 Luna in 4 domo in □ vel ☍ maleficorum Planetarum exiſtens, difficiles innuit partus, & matri maxima pericula ſignificat. Haly ibidem.

5 ☽ infortunata in 7 & ſine aſpectu fortunę, præſertim ſi & maleficorum vnus in angulo M.C. vel horoſcopi exiſtat, natum vix vna hora victurum ſignificat, Schon. cap.4 lib. de nativ.

6 Poſt partum mori ſtatim, vel etiam in ipſo partu interire cenſent natum illum, cui in aſcendente Luna cum Marte conſtituitur, nulluſque beneficorum Lunam irradiat, ac ♄ octauam domum tenet, Schon. ibidem.

7 Luna cum in ♈ in oppoſito fuerit Martis partili, inprimis ſi non aſpiciat eam fortuna, natus vix nutrietur Schon. ibidem & Card. 5 Aph. 148. Idem ſignificat ☽ lumine creſcens corporaliter iuncta Marti in ♈. Haly part.4 cap.1.

8 Quod ſi ambobus in angulo exiſtentibus vtraque infortuna ipſis ex diametro opponatur, natus cibum non guſtabit, 2 Aph.38.

9 Si Luna exiſtat inter Martem & Solem, vel cum eis, natus erit breuis vitæ, 5 Aph. 143.

10 Marte poſt Solem vel ante Lunam, Saturno vero poſt Lunam & ante Solem, ambobus luminaribus in angulo exiſtentibus ſic impedi-

dis, aſcendentibuſq; ad anguli apicem, modica inter luminaria & infortunas exiſtente diſtantia natus non nutrietur, 2 Aph. 39.

11 Quicunque Lunam peregrinam iuxta radios quadratos vel oppoſitos infortunæ habet, minus quam 17 min. diſtantem, ille magna in nutritione infortunia ſubit, 5 Aph. 150.

12 Luna cum inter ambas infortunas fuerit, cadens potiſſimum in ♒ aut ♑, vel in ſigno maſculino, in primis ſi & fortuna non aſpiciat eam, vix aut nunquam nutrietur natus, Schon. cap. 4 lib. 1 de nativ. Et Card. 5 Aph. 149.

Tertio de Sole hæc attendantur: 1 Sol in aſcendente vel etiam in alia aliqua angulari domo, præcipue 10 vel 4 feliciter poſitus in ſua exaltatione aut domo, non læſus infortunarum præſentia aut radiis, vitam longiorem pollicetur. Afflictus vero vitam breviorem, ſi cœtera quæ conſideranda ſunt, conſenſerint, denotat. 3 De Sole

2 Si Sol fuerit in ſigno aereo vel terreo, & in gradu aſcendentis, vel ante vel poſt ad 3 grad. & cum Sole vel in gradu aſcendentis aliqua fuerit ex 15 ſtellis bebenijs (quæ nempe ſunt ſtellæ illæ regiæ, maximas ſignificationes cum luminaribus coniunctę edentes, vt cor ♌, ſpica ♍ luminoſior lancis Auſtralis: inprimis quæ ſunt de natura fortunarum, vel etiam aliqua duarum fortunarum, aut etiam Luna trigono vel ✶ radio; vel radius alicuius fortunæ Solem adſpexerit, ſignificat quod natus ille morietur anteqnam cibum recipiat: quoniam Sol quando aſcendit in ſignis aereis, non ſignificant niſi ignem. Idem etiam denotat in terreis. Quando enim iungitur ignis cum terra, iunguntur ſiccitates eorum, & debilitatur complexio, vnde natus nutriri non poteſt: Haly part. 4 cap. 1.

3 Sol in nativitate diurna ſi in aſcendente & ſigno ♒ fuerit, vitam nati bonam & temperatam ſignificat. Natus enim æquabilis complexionis erit de natura Iovis, Haly ibidem. *De diſpoſitoribus luminarium hæc quoq; obſerventur*. De diſpoſitoribus luminarium.

1 Cum diſponens loca luminarium fuerit in loco infortunarum, & luminare temporis in eadem parte cum infortuna in aliquo angulorum: vel fuerint illa in figura æquicrutia in eodem angulo, fueritque latitudo eadem, qui naſcitur cibum non guſtabit, Card. 2 Aph. 37.

2 Cum locis luminarium infortunæ dominantur & ſuper ea elevantur, nec aſpiciunt ipſa, vivet quidem natus, ſed non longa vita, 2 Aph 42.

3 Si Domini trigoni luminaris potentes extiterint, natus bene nutrietur & validus erit. Si autem debiles & contrarij fuerint non nutrietur, 2 Aph. 58.

Quarto de geniture domino hoc notetur: Genituræ dominus extreme afflictus, languentibus etiam luminaribus & præcipue luminari conditionario, nato vitam in primo exortu adimit. Aliquantulum autem vitæ conceditur illis, quibus dominus natiuitatis cadit ab angulo, Luna infecta præſentia vel radio mali. Quarto de genituræ domino.

Quinto de reliquis Planetis hæc conſiderentur: 1 ♄ vitam, & ♂ nutri- 5 de reliquis planetis.

nutritionem magis affligit. Sic ♀ ac ☽ nutritionem magis fouent, diuturnam vero vitam ☉ ac ♃ Card. 5 Aph. 151.

2 Fortunæ fortunatæ, & in bona configuratione aſcendentis & luminarium felicium, dant vitam etiam in vitis triplicitatum dominis. Fortunæ autem luminaria ſolum reſpicientes, & infortunæ aſcendens affligentes vitam eo vſque nato promittunt, quo ☉ aut ☽ ad malignos radios directione perveniant.

Cum ambæ infortunæ ſunt in aſcendente, & luminaria ambo cadunt ab angulis, natus non nutritur, Card. 5 Aph. 146.

4 Omnes Planetæ in 6, 8 vel 12 domo, nato nutritionem denegant, 5 Aph. 112. Atque eundem Aphoriſmum ex Albubatre Schonerus quoque & Iunctinus tradunt.

5 Quatuor vel quinque Planetæ in aſcendente iuncti, nato plerumque etiam vitam denegant. Coniunctio enim Planetarum vitam non ſignificat, Haly part. 4 c. 1.

Arabum doctrina de gubernatoribus nutritionis.

Arabes pueritiæ annos quatuor in tres claſſes diſtribuunt, & cum uniuſcuiuſq; ſigni tres trigonocratores ſtatuant, vt ſupra in principiis monui, eaſdem tribus dominis triplicitatum aſcendentis gubernandas tradunt, vt primum annum & 4 menſes primus, poſtea ordine reliqui duo gubernent. Quod ſi primus dominus triplicitatis fortis ſit & fortunatus bonam, ſi debilis & infortunatus, malam futuram primam tertiam partem nutritionis indicabit. Idem de reliquis pronunciandum.

Exemplũ primum.

In noſtro primo exemplo. *Generoſus noſter nutritionis annos DEI beneficio ſuperaſſe cenſetur ex his cauſſis cæleſtibus, quod & horoſcopus ♌, & dominus genituræ ♃, qui ſimul & dominus triplicitatis aſcendentis eſt feliciter diſpoſiti ſint, & luminaria licet langueant, tamen nullis malorum radiis affliguntur, nec incommodat quicquam □ Iouis ad luminaria, cum ſit beneficus Planeta. Sunt præterea reliqui Planetæ in mutuo conſenſu; vt nutritionem impedire nequeant.*

Exemplũ alterum.

In altero exemplo *nato ſatis conueniens nutritio promittitur. Nam 1 horoſcopus bene eſt diſpoſitus in termino Iovis, nec vllis maleficorum radiis affligitur. Eſt & dominus eius ☿ fortis & fortunatus, in ſigno & termino proprio, liber a combuſtione & radiis ☉. Ac licet in climate in 12 domo hæreat; ibidem tamen nullam à maleficis patitur iniuriam, ſed potius fovetur trigono radio ☽. Præterea dominus triplicitatis aſcendentis ♄ in 11 domo felix eſt, & ✶ radio platico Mercurium alterum triplicitatis dominum intuetur.*

2 *☽ quoque felix eſt: Nam & in medio cæli exiſtit libera à malis malorum radiis, in termino Mercurij domini aſcendentis, & aſcendens benigno radio △ aſpicit. Veneris & ☉ radijs □, quibus Luna pulſatur, nutritioni nihil quidquam officiunt.*

3 *☉ quidem infeliciter poſitus eſt. Nam & peregrinus, & in domo cadente deprehenditur: At quia in termino ♀ domini aſcendentis & in ſigno ♀ ac exaltatione ☽ exiſtit, nutritioni nulla impedimenta obijcit.*

4 *Dominus genituræ ☿ in propria domo & trigono radio ☽ nutritionem promovet.*

5 *Plane-*

Digitized by Google

5 *Planetæ reliqui ſic ſunt diſpoſiti, vt non modo nutritionis annos, ſed & vitam longiorem nato promittant. Nam nec luminaria, nec ſeſe mutuo, malis radijs affligunt, excepta vnica oppoſitione ♄ & ♃, quæ tamen & ipſa nutritionem non impedit.*

Caput V.

De temperamento.

TEmperamentum ſiue complexionem Phyſici vocant congenitam mixturam 4 primarum qualitatum, & 4 naturalium humorum, ſanguinis, pituitæ, flauæ & atræ bilis, & harmoniam horum factam ea ratione, vt certæ ſpeciei conueniat: *Quamuis vero infinita ſit temperamentorum varietas, quæ cum ex multiplici humorum diſſimilium commixtione, tum ex parentum, qui liberos progenerant, diuerſa natura & temperie, tum ex aſtrorum alio atq; alio poſitu emergit: tamen vt 4 ſunt principales humores in corporibus animantium, ita 4 bis reſpondent principales κράσεις* Temperamentum quid Temperamenta infinita

1 Sanguinea, *quæ eſt calida & humida temperate*
2 Phlegmatica, *quæ eſt humida & frigida*
3 Cholerica, *quæ eſt calida & ſicca*
Et 4 Melancholica, *quæ eſt frigida & ſicca.*

Ad quatuor genera reuocantur.

Quæ κράσεις cum ex proprijs qualitatibus & naturis ſignificatorum temperamentorum colligantur; Primo generales doctrinæ qualitatum ſignorum iuxta 4 trigonos, & Planetarum, item quatuor anni quartarum, ex præcedentibus duobus membris huc reuocandæ erunt.

Primum namq; qualitates ſignorum iuxta trigonorum naturam ita ſeſe habent. Temperamenta iudicantur 1 ex qualitatibus ſignorum.

♈ ♌ ♐	ſigna ſunt	calida & ſicca, Cholerica
♉ ♍ ♑		Frigida & ſicca, Melancholica
♊ ♎ ♒		Calida & humida, Sanguinea
♋ ♏ ♓		Frigida et humida, Phlegmatica.

Poſtea Planetarum qualitates ita diſtinguuntur: 2 ex qualitatibus Planetarũ.

♄	Orientalis	eſt	Frigidus & humidus nonnihil.
	Occidentalis		Siccus
♃	Orientalis	eſt	Calidus & humidus.
	Occidentalis		Humidus tantum.
♂	Orientalis	eſt	Calidus ſiccus.
	Occidentalis		Siccus.
♀	Orientalis	eſt	Calida & humida.
	Occidentalis		Humida.
☿	Orientalis	eſt	Calidus.
	Occidentalis		Siccus.

Lumi-

Digitized by Google

Luminari um qualitates maiorem mutationem ſubeunt:

Luna enim à

Coniunctione ad primã □	est	calida & humida:
Prima □ ad oppoſitionem		calida & ſicca,
Oppoſitione ad ſecund. □		Frigida & ſicca.
Secunda □ ad ☌		Frigida & humida.

Solis vires hic conſiderantur anni quadrantes

Eſt enim Sole exiſtente in

♈ ♉ ♊	tempus	Vernum calidum & humidum.
♋ ♌ ♍		Æſtivum calidum & ſiccum.
♎ ♏ ♐		Autumnale frigidum & ſiccum.
♑ ♒ ♓		Hybernum frigidum & humidum.

☊ eſt naturæ ♃ & ♀: ☋ vero eſt naturæ ♄ & ♂.

Significatores temperamentorum 10.

Poſtea cognita natura ſignificatorum, Videndum qui nam ſignificatores adhibendi ſint in iudicio temperamentorum, nempe hi 10. 1 Signum horoſcopi. 2 Dominus horoſcopi, *Aſcendens tamen corpus potius, & dominus eius animam ſignificat* 4 *Aph.* 112. 3 Planeta unus vel plures in horoſcopo: *ita tamen vt* 5 *gradus ante cuſpidem, &* 25 *poſt cuſpidem numerentur pro horoſcopo: quibus quoq; iunguntur* ☊ *&* ☋ *in horoſcopo*. 4 Planetarum aſpectus in horoſcopum incidentes. 5 Luna, *quæ proprie humoribus imperat*. 6 Planetæ *medietate ſuorum orbium Lunam aſpicientes*. 7 Quarta anni, *quæ cognoſcitur ex ſigno quod* ☉ *tenet*. 8 Dominus genituræ Cypriani. 9 Particeps *dominij iuxta vulgarem modum*. Et 10 ſtellæ *fixæ in ſigniores horoſcopum occupantes*.

Tertio antequam teſtimoniorum collectio inſtituatur, vniuſcuiuſq; Planetæ qualitates, quas habet cum ratione poſitus ad Solem, tum ratione ſigni in quo eſt, examinentur: adſcriptis qualitatibus tam Planetæ quam ſigno. Cumq; iuxta vincentium numerum pronunciandum ſit de qualitate complexionis, attendum nunc erit, quænam qualitates inter ſe pugnent & ſeſe mutuo tollant, quæ non pugnent. Nam ſi vnum teſtimonium ſit calidi alterum frigidi, vnum ſicci alterum humidi, nihil reliquum manebit Planetæ, ſed tollent ſeſe mutuo qualitates. Illæ vero ſolummodo qualitates retinendæ erunt, quæ non pugnant inter ſe ſeu non eliduntur à contrarijs.

Qualitates ſignificatorum primo merito conferuntur.

Quarto collectio teſtimoniorum hoc modo fiat, vt ſingulis temperamenti ſignificatoribus ordine adſcribantur ſuæ qualitates, & toties idem ſignificatum repetatur, quoties ſignificator idem in ordine recurrit. Fieri enim poteſt, vt idem Planeta ſit & dominus geniture & horoſcopi, & ſimul etiam in horoſcopum corpore incidat. Quod cum fit, ter in teſtimoniorum collectione eſt adhibendus. Sic cum ☽ *in horoſcopo conſtituitur, bis adhibetur, vt recte monet ex Leovic. Garc. cap. 6 lib. ſui de jud. genit.*

Tandem colligun. tur.

Hæc omnia ut recte exemplis noſtris duobus accommodentur, prius uniuſcuiuſque Planetæ qualitates ratione poſitus ad Solem, & ratione ſigni conſiderabimus, quam teſtimonia ex ſingulis ſignificatoribus deſumta, pro temperamento colligamus. In prima ergo genitura Generoſi

Collatio ſignificatorum in prima genitura,

♄ Orientalis frigidus eſt & humidus		Ergo frigidus & humidus.
In ♏ frigidus humidus		

♃	Orientalis calidus eſt & humidus In ♎ calidus & humidus	Ergo calidus & humidus.
♂	Occidentalis ſiccus In ♓ frigidus humidus	Ergo frigidus tantum.
♀	Orientalis calida & humida In ♑ Frigida & ſicca	Ergo temperata in qualitatibus.
☿	Orientalis calidus In ♑ frigidus & ſiccus	Ergo ſiccus tantum.
☽	a coniunctione ad 1 □ Calida & humida In ♑ Frigida & ſicca	Ergo temperata.
☼	in quarta hyberna frigidus & humidus In ♑ frigidus & ſiccus	Ergo frigidus tantum
☋	de natura ♄ & ♂ frigida & humida In ♌ calida & ſicca	Ergo temperata.

Hinc collectis teſtimonijs ſignificatorum:

Significatores	*Calor*	*Frigus*	*Humid.*	*Siccitas*
Horoſcopus ♌	*Calid.*	o	o	*Siccus*
☼ *Dominus horoſcopi*	o	*Frigid.*	o	o
☋	*Calid.*	*Frigid.*	*Humid.*	*Sicca*
□ ♄ *ad aſcendens in* ☼	o	*Frigid.*	*Humid.*	o
⚹ ♃ *ad aſcendens ex* ♎	*Calid.*	o	*Humid.*	o
☽ *in* ♑	*Calid.*	*Frigid.*	*Humid.*	*Sicca*
♄ *Dominus* ☽	o	*Frigid.*	*Humid.*	o
♂ ☼ ☌ ☽ *in* ♑	o	*Frigid.*	o	o
□ ♃ *ad Lunam ex* ♎	*Calid.*	o	*Humid.*	o
Quarta Anni hyberna	o	*Frigid.*	o	*Sicca*
Dominus genituræ ♃	*Calid.*	o	*Humid.*	o
	6	7	7	4

Collectio teſtimoniorum in prima genitura.

Natus frigidus & humidus ſeu phlegmaticus judicatur; quandoquidem teſtimonia pauca adſunt caloris & ſiccitatis. Ratione tamen loci luminarium, ad melancholiam nonnihil deflectit ob, ♑ ſignum terreum, & Saturnum qui in themate fortis eſt.

In altera vero genitura amici mei

In altera genitura collatio qualitatũ.

♄	Orientalis frigidus eſt & humidus In ♓ frigidus & humidus	Ergo frigidꝰ & humidus perfectè.
♃	Occidentalis humidus eſt In ♍ frigidus & ſiccus	Ergo frigidus tantum.
♂	Orientalis calidus eſt & ſiccus In ♈ calidus & ſiccus	Ergo calidus & ſiccus perfectè.
♀	Orientalis calida eſt & humida In ♉ Frigida & ſicca	Ergo qualitatib. omnibus tẽperata.
☿	Orientalis ſiccus In ♊ calidus & humidus	Ergo calidus tantum.

☽ ab oppoſitione ad ☐ ſecundam Frigida & ſicca } Ergo temperata.
In ♒ Calida & humida

☀ ratione Verni ſigni calidus & humidus.

Tandem collectio teſtimoniorum ita inſtituatur

Teſtimoniorum collectio.

Significatores	*Calor*	*Frigus*	*Humid.*	*Siccitas*
Horoſcopus ♊	*Calid.*	o	*Humid.*	o
☿ *Almuten horoſcopi*	*Calid.*	o	o	o
☽ △ *ad aſcendens in* ♒	*Calid.*	*Frigid.*	*Humid.*	*Sicca*
☐ ♄ *ad aſcendens in* ♓	o	*Frigid.*	*Humid.*	o
☐ ♃ *ad aſcendens in* ♍	o	*Frigid.*	o	o
☽ *in* ♒	*Calid.*	*Frigid.*	*Humid.*	*Sicca*
♄ *Dominus* ☽	o	*Frigid.*	*Humid.*	o
☐ ♀ *ad Lunam ex* ♉	*Calid.*	*Frigid.*	*Humid.*	*Siccus*
△ ☿ *ad Lunam ex* ♊	*Calid.*	o	o	o
☐ ☀ *ad* ☽ *ex* ♉	*Calid.*	o	*Humid.*	o
Anni quarta verna	*Calid.*	o	*Humid.*	o
Dominus genituræ Cypriani ☿	*Calid.*	o	o	o
Humer' dexter Orionis de natura ♂ *&* ☿	*Calid.*	o	o	*Siccus*
	10	6	8	4

Et patet ex hac teſtimoniorum collectione ſuperare in temperamento calorem, qui 4 teſtimonijs frigus excedit, cui iungenda eſt humiditas, quæ ſimiliter ſiccitatem 4 teſtimonijs vincit. Vnde temperamentum nati calidum eſt & humidum, hoc eſt, ſanguineum; quod tamen ſucceſſu temporis magis ad phlegma quam melancholiam degenerat, cum ſiccitatis pauciſſima ſint teſtimonia, Melancholia, ſi quæ ſeſe exerit, à Solis luminaris conditionarij loco eſt; qui in ♉ *ſigno melancholico exiſtit.*

Caput

Caput VI.

De forma, ſtatura & habitu corporis.

Etſi hæc ipſa corporis accidentia non caſu hominibus obveniunt: tamen nec ab una etiam cauſſa, ſed pluribus deducenda ſunt, id quod docet Haly part.4 cap.9. Certum namq; eſt, primo multum facere ſimilitudinem parentum, quæ interdum diutiſſime in familijs durat, & ad poſteros propagatur, quandoquidem naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſua: multum & regionem, ſeu loci natalis naturam. Nam documenta damus, qua ſimus origine nati. *Deinde experientia & hoc conſtat, multum ad corporis conformationem facere educationem, rationem victus, & vitæ in tenera ætate: quandoquidem in ea obſtetricum imperitia aut negligentia, tenella infantum corpora à naturali figura nonnunquam dimoventur & depravantur. Oportet ergo circumſpectum eſſe Aſtrologum, nec prius ad iudicium hoc accedere, quam probè cognita ſint ea, de quibus jam monui. Iudicia namq; de his corporis accidentibus, quod omnino fatendum eſt, admodum obſcura ex themate natalitio peti poſſunt; quod in conſtitutione formarum maior ſæpe ſit vis cauſſarum propinquarum & particularium, quā remotarum et generalium. Cum v. & experientia doceat, fauſtos ſyderum poſitus formis corporum nonnunquam inſignem venuſtatem addere: E contrario vero infauſtos poſitus, corporum formas evidenter depravare; monſtrabimus ſolummodo hic in genere quomodo de formis corporum ex themate pronunciandum ſit, cum & Ptol. hanc conſiderationem non omittat, ſed cum iudicio de temperamento coniungat.* Ac primum quidem de ſimilitudine nati ad parentes hic agemus. Poſtea de proportione membrorum. Tertio de colore faciei & capillorum, 4 de ſtatura, & 5 de habitudine corporis.

> Forma & habitus corporum dependet 1 à parentibus. 2 ab educatione. 3 à ſyderū poſitu. Quinque principalia mēbra huius capitis.

Ad ſimilitudinem quod attinet, duobus ea modis iudicatur: 1 Ex poſitu Planetarum, qui parentes ſignificant in horoſcopo. Patri enim ſimiles facit Sol in diurna, ♄ in nocturna nativitate in cuſpide horoſcopi. Sol enim de die, ♄ de nocte patrem ſignificat. Matri vero ſimiles facit ♀ in diurna, & ☽ in noctur. na nativitate, in cuſpide horoſcopi. ♀ enim de die, ☽ de nocte matrem ſignificat. 2 Ex facie aſcendentis ſigni in horoſcopo, vt patet ex Schon. cap.5 lib.1 de iud. nati v. qui hac in parte Albubatrem ſequutus eſt.

> 1 De ſimilitudine nati cum parentibus.

Primo enim ſi Sol fuerit dominus faciei, natus patri erit ſimilis. Similiter de Saturno pronunciandum. Si Luna fuerit domina faciei, erit natus matri ſimilis. Idem de Venere dicendum. 2 Si dominus faciei aſcendentis fuerit dominus quartæ domus, & Planeta maſculinus, & natus filius fuerit, natus erit ſimilis patri. Quod ſi Planeta fuerit fœmininus & natus filia fuerit, erit ſimilis matri. 3 In genere etiam ſi facies aſcendentis erit Planetæ maſculini, natus patri, ſi fœminini, natus matri aſſimilabitur. 4 Si dominus faciei aſcendentis fuerit dominus loci ☉, natus erit ſimilis patruo. Si vero fuerit dominus loci ☽, erit ſimilis avunculo.

> Regulæ iudicii.

Digitized by Google

Notanda tamen hæc eſt cautio, pro infamia evitanda ſatius eſſe pronunciare in genere natum ad paternam aut maternam familiam inclinare, quam ſpecialiter aut avunculum aut patruum vocare; quod rariſſimæ nativitates verum habeant horoſcopi gradum.

Primum exemplũ. In noſtro primo exemplo *nullus quidem Planetarum eſt in horoſcopo; vnde de ſimilitudine nati ad parentes iudicari poſſit: ſignum taman ♌ Solare in aſcendente, in quo faciem habet ♄, natum ad patris familiam accedere oſtendit, cum & reſpectu Solis ſit Orientalis, maſculeſcat & in quarta exiſtat domo.*

Alterum exemplũ. In altero exemplo *ſimiliter nullus Planetarum eſt in horoſcopo, ſignum tamen ♊ Mercuriale indifferentis Planetæ horoſcopum tenet, & facies quidem ♂ à 10 gradu ad 20 ſeſe extendit. Hinc cum facies maſculini ſit Planetæ, & ♂ à Sole maſculeſcat, quia Orientalis eſt, dubiam quidem eſſe faciem nati, quæ tamen ad patris ſimilitudinem magis accedat iudico.*

Ad reliqua membra antequam feramur, de ſignorum & Planetarum ſignificatis, quo ad formam, quædam afferenda ſunt, vt inde tanquam ex principiis iudicium eo rectius formetur:

Signorum ſtellatorũ naturæ ſeu potius ſignaturæ. In ſignorum ergo naturis & quidem ſtellatorum, vnde rationes operationum, non vero ex nudis dodecatemoriis, petuntur, vt docet ad text. 51 lib. 3 quadr. Ptol. Card. in commento, hæc conſiderentur, quæ annotavit Haly part. 4 c. 9 Schon. c. 5 lib. 1. Et Garcæus cap. 8 de iud. nativ.

♈ ♈ Significat collum oblongum, aures parvas, crura parva, multos & criſpos capillos ad albedinem tendentes: Figuram tamen alias facit bonam & convenientem, faciem incurvatam ſeu inclinatam, curem duram, & ſtaturam innuit mediocrem, longiorem tamen, corpus in primis gradibus craſſum, in poſterioribus macilentum.

♉ ♉ Longam & elevatam frontem deſignat, nares longas amplorum foraminum, oculos patentes & magnos, collum groſſum & pingue, ſupercilia magna & nigra, amplum pectus, capillos ruffos & erectos, (nigros tamen habet Haly) vocem raucam, ſtaturam mediocrem longiorem nonnihil. Corpus vt in ♈, in prioribus partibus craſſum, in poſterioribus macilentum.

♊ ♊ Exhibent corpus bene proportionatum omnibus membris, amplum pectus, atque inſuper formam decentem, pallidiorem tamen, ſtaturam mediocrem, capillos mixtos, manus venuſtas: Corpus in prioribus partibus macilentum, in poſterioribus craſſum.

♋ ♋ Efficit natos ſtaturæ brevis & humilis, ſuperiora membra craſſiora inferioribus; in genere tamen omnia macilenta in prioribus partibus ſigni, craſſa in poſterioribus, dentes inconcinnos, obliquos & diverſos, ventrem magnum, oculos parvos, ſupercilia magna, capillos criſpos, ad nigredinem tendentes, humeros amplos, vocem ſubmiſſam & humilem.

♌ ♌ Corpus largitur procerum & magnum, flauos & multos capillos, amplum pectus, membra ſuperiora craſſiora inferioribus, hinc ſubtilia crura: in genere tamen omnia in prioribus partibus ſigni craſſiora, maci-

Digitized by Google

macilenta in poſterioribus, oculos grandes & quodammodo lynceos, naſum acutum, vultum malignum & ferocem.

♍ Pollicetur corpus bene proportionatum, mediocre quo ad craſſiciem, faciem item mediocrem, decentem & blandam, colore nigricante, ſtaturam proceram. ♍

♎ Formoſos facit, pulcros & bene proportionatos, mediocres in carne, & ſtatura, longiores tamen, albos in facie & nigros in reliquo corpore. ♎

♏ Parvos denotat oculos, faciem parvam, multos & denſos capillos, ruffos tamen, membra inconvenienter proportionata, crura longa & magnos pedes, ſtaturam mediocrem ad longiorem vergentem, agilem membris & curſorem. ♏

♐ Magnum & debile corpus flavi & albicantis coloris ſignificat, & ſtaturam proceram, ventrem magnum, crura craſſa, faciem longam, barbam promiſſam, ſubtilium tamen capillorum, vocem pulcram. ♐

♑ Corpus ſiccum & parvæ ſtaturæ affert, crura ſubtilia, longam & ſubtilem faciem, ad ſimilitudinem capræ, aures ſubtiles, magnam capillorum copiam, & barbam longam ac nigram, vocem mediam. ♑

♒ Formoſos efficit, bene proportionatis membris ornatos, mediocris ſtaturæ, breuioris tamen, ſuavi & grata voce, ſubnigris capillis, & quandaque vnum ex cruribus altero maius. ♒

♓ Magnam & gravem faciem indicant, paruum alias caput & ſtaturam brevem, amplum pectus, oculos rotundos & decoros, pulcram item barbam, & capillos albos, & plerumque maculam faciem deformantem, vocem ſubtilem. ♓

Atq; hæ ſignorum qualitates præcipue conſiderantur in aſcendente, & loco in quo hæret horoſcopi dominus et Luna; quas vt ſūmatim cōprehēdamus, conſtat ex propoſitis, ſtaturæ magnitudinem afferre ♌ ♍, & ♐, parvitatem ♓ ♋ ♑; Reliqua 6 ſigna ♈ ♉ ♊ ♎ ♏ & ♒ mediocritatem pollicentur. Efficiunt quoque principia ſignorum ♈ ♉ & ♌ corporum craſſiciem, fines macredinem; E contrario principia ♐ ♊ & ♏ procreant macredinem, fines craſſiciem: ♋ & ♄ mediocritatem quidem producunt; prior tamen pars magis maciem, poſterior craſſiciem denotat. Sic ♍ ♎ ♒ & ♓ mediocritatem quoque innuunt, poſterioribus tamen partibus maciem. Aequabilem & bonam proportionem efficiunt ♍ ♎ & ♒. Inæqualem vero & aliquo modo diſtortam ♉ ♏ & ♓.

Signorum hæ naturæ in aſcendente potiſſimum attenduntur.

Planetarum vero proprietates & effectus hi ſunt. ♄ Formæ & ſtaturæ corporis ſignificator, efficit oculos nigros & magnos, atque in vno eorum maculam quandam, vel vnum altero minorem, faciem longam, aſpectum truculentum, capillos nigros, denſos & criſpatos, dentes diverſos, pedes incuruatos & fiſſuras habentes. Orientales facit homines ſub fuſcos, ſubnigros, pallidos, ſed bene proportionatos & mediocris ſtaturę, declinantes ad brevitatem, in quorum

Planetarū naturæ. ♄

comple-

complexione frigiditas & humiditas vincit.Occidentalis autem nigros, brevis ſtaturæ & macilentos,in quorum complexione frigiditas,& ſiccitas dominatur,raroſque facit capillos.

♃ ♃ In genere bonum ſtatum in qualitate & quantitate corporis denotat, capillos mediocres, & barbam criſpam. Orientalis efficit candidos & elegantis ſtaturæ homines, ad flavedinem nonnihil tendentes,quandoqnidem & tum humiditas vincit. Vnde procerioris ſtaturæ exiſtunt, magnorum oculorum,parvæ pupillæ, capillorum mediocrium, habentque in pede dextro ſignum Occidentalis vero candidos quidem & formoſiores, ſed ſtaturæ brevioris notat, qui ſignum in pede ſiniſtro habent.

♂ ♂ Orientalis largitur colorem faciei medium inter album & rubeum, ſtaturam proceram & bene proportionatam, oculos cæruleos, corpus hirſutum,& capillicium mediocre. Vincit enim in eius complexione caliditas & ſiccitas.Occidenralis efficit ruffos,ſtatura mediocres, magno capite,& anterius prominenre, parvorum oculorum, capillo raro cum quadam flavedine, facie rotunda cum quibuſdam maculis, ſeu ſignata fronte,magnis naribus,dentibus longis, & qui in inceſſu faciunt longos ſeu militares paſſus.

☉ ☉ Exornat corpus quadam magnificentia, quod inceſſum habet compoſitum, colorem largitur candentem ac lucentem, caput magnum, faciem rotundam, oculos magnos, capillos extenſos, ad extremum calveſcentes, vocem ſubraucam, & corporis ſtaturam mediocrem.

♀ ♀ Faciem pulcram, gratam & venuſtam, ac ad muliebrem elegantiam proxime accedentem, ſucculentam, teneram, & delicatam præſtat. Peculiariter autem oculos colore ſubnigro, cum quadam venuſtate imbuit, qui ludunt & connivent: capillos aliquantulum criſpat, & crura craſſiora efficit. Sed hæc Orientalis magis pręſtat, quam occidentalis.

☿ ☿ Orientalis efficit colorem bonum, magnitudinem moderatam, membrorum proportionem convenientem, oculos parvos, capillicium mediocre & flaveſcens.Vincit enim caliditas.Occidentalis pallidos,macilentos,gracilibus membris, barba rara, vocis acutæ, & acuminis ingenij haud vulgaris pollicetur. Vincit enim ſiccitas. In inceſſu vero tales ſunt paſſuum minutorum.

☽ ☽ Albicantes facie & aſpectu promittit, barbam decoram, & corpus bene ſanum, niſi fuerit in ☌ vel ☍ ☉: Staturam item proceram.

In genere vero quod notat Ptol. cap. 15 lib. 3 quadr. ſeu text. 49: Item Haly part.4 cap.9 & ex eodem Schon.cap. 5 lib. 1 de judic. Nativ. faciunt Planetæ matutini corpora magna: *In* ſtatione prima corpora fortia & patientia: Retrogradi corpora inæqualia, ita vt membra proportioni debitæ non reſpondeant. *In* ſtatione altera corpora debilia.

Atq;

Atq; hæ ſunt proprietates quæ vel a ſignis in horoſcopo conſtitutis vel Planetis formæ ſignificatoribus natis decernuntur.

Oportet autem Aſtrologum in iudicijs pronunciandis à medici officio nullo modo diſcedere, ſed ſignorum & ſignificatorum ſignificationes ita miſcere & temperare, vt conuenientia in unum colligantur, ex iiſq; collectis ſententia dicatur. Contraria vero ſibi opponantur, ex iiſq; medium accipiatur, atq; ita prædictio texatur.

2 De proportione faciei & membrorum 5 cõſiderentur

Porro proportionem faciei de qua nunc agendum nobis eſt, regunt hæc quinque: 1 *ſignum aſcendens & eius dominus.* 2 *Planetæ ac radii Planetarum in aſcendente,* 3 *luminaria.* 4 *quarta anni &* 5 *ſtellæ fixæ in horoſcopo conſtitutæ, quas neutiquam Ptol. negligendas cenſet text. 46 lib. 3 quadr. Ac primo quidem venuſtatem dant & pulcros faciunt ſigna humana aſcendentia ♊, ♍ prior pars, ♐ & ♒. Deformitatem vero efficiunt ſigna deformia, ♉ ♋ ♏ ♑ & ♓, item poſteriores partes ♈ & ♌, ac via lactea in aſcendente: Reliqua vt ♎ prior pars, ♈ & ♌, poſterior ♐, mediocritatem formæ pollicentur.*

1 Signum aſcendens

2 Planetæ

2 *Inter Planetas optimam proportionem dant ♀ & ♃, & alia quæcunq; felix conſtellatio in aſcendente, ſine malignorum interventu; proximas vero partes tenent ☿ & ☽, qui tamen Planetæ cum malis mali ſunt. Deformitatem vero minantur ♄ ♂ ☊ & ☋, item infelix eorum conſtellatio ad aſcendens. Et Almanſor dicit prop. 14 Cuicunq; fuerit in aſcendente infortuna, turpem notam in facie patietur.*

3 luminaria

3 *Luminaria feliciter diſpoſita juvant pulchritudinem formæ: Ac Sol quidem proportionem non venuſtatem largitur. Luna vero muliebrem quandam formam conciliat. At luminaria damnata in ſignis obliquis, item cum obſcuris ſtellis, deformitatem pariunt.*

Almanſor prop. 15 dicit: Non poterunt oculi eius evadere ab impedimento gravi, in cuius nativitate ambo luminaria fuerint impedita, ſeu male poſita cum infortunis. Quando etiam malefici inter ſe, aut cum luminaribus coniunguntur, in ☊ vel ☋, aut quando in ſuis caudis, aut etiam ventribus draconis, hoc eſt, nullis vel maximis latitudinibus fuerint, tum gibbis, ſtrumis & claudicatione corpus deformant.

Genitura Pauli Eberi Theol.

Exempli loco nobis eſſe poteſt natiuitas Pauli Eberi, *cui formam denegauit ☌ ♄ & ♂, cum ☊, nec iuvit eum aſcendens ♍. Deiectus vero in pueritia ex equo & graviter læſus, gibboſus etiam factus eſt. Et tradit aliàs quoque Card. huiuſmodi Aphoriſmum, 4 Aph. 72 Cum ♂ & ☽ cum ☊ vel ☋ fuerint in 12 & Sol & ♃ in 4 domo, natus erit gibbus. Huc refer* thema adoleſcentis gibboſi *quod Garcæus capit. 8 ind. genit. proponit, & paulo poſt Eberi iunctum reperitur. Habuit enim hic Lunam aſcendentis dominam ratione exaltationis partiliter ♄ ℞ iunctam, in quadrato horoſcopi, & Martem inſuper in ſuo detrimento aſcendens affligentem ☋ quoq; in 12 & Solem in 4 domo. Vnde quia & ♉ deforme ſignum aſcendit, ipſumque Saturnum ☽ radio □ ferit, ♂ vero præſentia ſua corporali inficiat, deformitas & gibboſitas nato decernitur.*

Thema adoleſcentis gibboſi


4 Anni quartæ,

4 *Ad anni quartas quod attinet, de quibus agit cap. 9 part. 4 Haly, affert verna pulchritudinem formæ, carnoſitatem, capillorum & coloris amabilitatem & conſtitutionem ſanguineam. Aeſtiua membra groſſiora, mediocria in longitudine, capillos multos, oculos magnos, & complexionem cholericam. Autumnalis macilentos facit, capillorum extenſorum, pulcrorum oculorum, mediocris ſed decentis ſtaturæ & complexionis melancholicæ. Hyberna decentem quidem nati formam, coloris nigri, capillorum extenſorum & rarorum ſed conſtitutionie phlegmaticæ efficit.*

5 ſtellæ fixæ

5 *Stellæ fixæ iuxta prædominantes Planetas iudicandæ ſunt, Ioviales enim & Venereæ in cuſpide aſcendentis, liberalem formam dant. Deformitatem minantur Saturninæ & Martiales. Via quoq; lactea in aſcendente & obſcuræ ſtellæ formæ nocent.*

Digitized by Google



In noſtro priore exemplo priores partes ♌ aſcendentes mediocrem formam promittũt, faciẽ tamẽ vagam, & partes ſuperiores craſſiores inferiorib. □ vero ♄ ad aſcẽdẽs, ad deformitatẽ inclinat, ☉ & ☽ coniũcti formę quoq; adver

A a *ſantur :*

ſantur: Hyberna quarta decentem quidem formam, nigros tamen capillos & raros denotat. Nec ſtellæ ♋ cum ſint paruæ, & obſcuræ, formæ decorem augent. Natum ergo a mediocri forma ad deformitatem nonnihil declinare iudicamus.

Exemplũ alterum.

In altero exemplo, formam nato decentem conciliarunt 1 ♊ in horoſcopo. Sunt enim ſignum humanum, aereum, cui præeſt ☿ Planeta mediocris formæ, horoſcopum non ita multum antecedens. 2 △ ☽ ex ſigno aereo. 3 Luna ipſa quæ ♒ ſignum humanum tenet, & pulcritudinem promittit. 4 Quarta anni verna, quæ mediocrem carnoſitatem & colorem floridum nato exhibet. 5 Orionis ſtellæ, inprimis ſiniſter pes de natura ♃ & ♄, & humerus dexter. Vnde licet ☉ in ♉ formam denegare viſus ſit, parum tamen ob ſignificata pulcræ formæ præponderantia efficere potuit.

5 De Colore nati.

Color etſi in genere de toto corpore, tamen potiſſimum de faciei colore accipitur. Deinde de oculis & capillo. Et admiratione dignum eſt, quod cum omnes homines ſimus, oculis tamen & pilis ita differamus, vt alter ab altero hoc quoq; indicio diſcernatur. Iudicatur autem color faciei, quem hic potiſſimum conſideramus 1 ex Planetis in aſcendente, de quorum coloribus paulo ante in generali doctrina egimus. 2 ex ſignis horoſcopantibus, de quibus antea ſimiliter monuimus. 3 Ex eorum dominis. 4 ex Planetis, qui partiliter aſpiciunt gradum aut dominum horoſcopi. 5 ex ſtellis fixis ſimul orientibus, quæ retinent colores ſuorum Planetarum, quorum habent naturam. Et 6 ex temperamento. Sãguineum enim temperamentum candidos: Phlegmaticum pallidos: Cholericum flavos & ruffos: Melancholicum nigros efficit. In primis vero benefici & beneficorum radij in aſcendente, dant colorem bonum & gratum, vt mali malum & ingratum. Deinde ſigna æſtiua ſeu Septentrionalia, vt ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍, item fortunarum domus, vt ♓ & ♐ faciunt colorem lætum: hyemalia vero & domus infortunarum triſtem. Sunt vero colores, Albus, niger, flavus & ruffus. Nam cæteri ex his miſcentur.

Sex ſignificatores ĩ iudicio coloris nati conſid.

Modus iudicandi de col. nati.

In iudicio igitur de colore faciei & crinium hoc modo procedendum eſt. Initio ſignificatoribus propoſitis accommodati colores aſſignentur. Poſtea ſimiles ſingulis colores in vnam ſummam colligantur. Ac tandem iuxta numerum vincentium pronuncietur.

Ex domino horæ color nati quomodo iudicetur.

Sunt qui ex domino horæ Planetariæ colorem nati inquirunt. Nam ♄ Orientali pallorem, Occidentali nigredinem attribuunt. Iovi Orientali albedinem mixtam nigredini. Occidentali albedinem tantum. Marti rubòrem. Veneri gratam albedinem, ☿ flavedine, Soli fuſcedinem, Et ☽ albedinem maculoſam.

Primum exemplũ.

In noſtro priore exemplo *horæ planetariæ dominus ♂ quidem deprehenſus eſt, qui colorem flavum et ſubrubeũ occidentalis ſignificat. At ſi priora præcepta attendamus, eſt in hac priore geneſi nullus Planetarum in horoſcopo, ſignum vero ♌ horoſcopans flavedinem affert. Almuten horoſcopi Sol in ♑ nigredinem, & ſtellæ ♋ horoſcopantes pallidum & ſubnigricantem colorem capillorum afferunt: vnde & hunc natum generoſum magis nigricantis quam albi vel rubei coloris iudicamus. Notandum tamen colores accreſcente ætate variari, & ad nigredinem magis quam albedinem ferri.*

In alte-

Digitized by Google

Alterum.

In altero exemplo *cùm Sol ſit horæ Planetariç dominus, qua ſupra c.3 natum in hanc lucem editum eſſe deprehendimus natum coloris ex natura Solis fuſci indicamus. At ſi iuxta præcepta antecedentia teſtimonia colligamus: Eſt 1 quidem nullus Planetarum in horoſcopo. Signum ♈. horoſcopans ♊ mixti coloris capillos denotat. 3 Almuten aſcendentis ☿ flavos & ſubrubeos crines affert. 4 Luna partiliter horoſcopum △ intuens, ratione ♒ ſubnigrum capillum denotat. 5 Stellç fixæ inprimis ſiniſter pes, ac dexter humerus Orionis fuſcedinem ſignificat; Nati ergo color non niger nec albus, ſed mixtus & aliquo modo fuſcus cenſetur.*

4 De ſtatura nati iudicatur ex duabus regulis

Ad quartum quod attinet ſtaturam nempe, fit de ea indicium iuxta has duas regulas, quas notat ex Leov.Garc.c.8 de iud.gen. Primo enim *iudicatur ea iuxta naturas Planetarum ſupra propoſitas, ex Planeta dominum horoſcopi partiliter aſpiciente, & ſi plures aſpiciant, fortiore, plurimaſq; dignitates habente. Vbi tamen notandum, quod duo inferiores ♀ vel ☿ ex domiciliis & altitudinibus ſuis aſpicientes horoſcopi dominum, decernant longam ſtaturam. Contra in caſu aut detrimento, brevem. At tres ſuperiores ♄ ♃ & ♂ non habent facultatem diverſum decernendi, à naturis antea propoſitis, ſi careant ſuis dignitatibus, niſi & ſimul retrogradi exiſtant: Tum enim demum breviorem ſtaturam denotant.* Secundo *quod ſi nullus Planeta partiliter aſpiciat dominum horoſcopi, ſumitur iudicium ex ipſo domino horoſcopi, non conſiderato ſigno, ſiquidem directus fuerit. Si v. retrogradus fuerit, aut in caſu ſuo, tum iudicium fertur non ex natura Planetæ, ſed potius ſigni quod occupat. Ac tum ut notat Card. 2. Aph. 180 Magni cenſentur naſci ſub ſignis magnis longarum aſcenſionum, in initijs ſignorum, ac ſub Planetis exiſtentibus in altitudine Eccentrici & Epicycli: Luminaria tamen dominantia horoſcopo, tribuunt ſolummodo ſtaturam pro natura ſigni in quo ſunt. Mercurius vero dominans horoſcopo, decernit ſtaturam pro natura ſui Almuten ſeu diſpoſitoris. Ac ſi in domo ſua, aut Solis aut Lunæ fuerit, pro natura ſigni quod occupat, corporis ſtaturam moderatur.*

Prima

Secunda

Thema nativitatis Ioacaimi Camerarii

Veluti in genitura *Ioachimi Camerarij* Profeſſoris olim Lipſenſis, horoſcopi diſpoſitor fuit ☉. Hic cum à nullo partiliter aſpiciatur, ſumitur iudicium ex ſigno ♉ in quo ☉ exiſtit: quod etiam ſtaturam mediocrem, ad proceritatem tamen aliquantulum tendentem ipſi decrevit.

Philippi Melanthonis.

Simili modo in geneſi *Domini Philippi Melanchtonis*, Dominum horoſcopi ☿ nullus Planeta partiliter aſpicit, quare iuxta regulam alteram ex natura ipſius ☿ domini horoſcopi iudicium de ſtatura erit conformandum. Cum vero is per ſe nihil decernat, ipſius diſpoſitor ♄ aſpiciendus eſt, qui cum occidentalis ſit à Sole, brevem ipſi ſtaturam & ſiccius corpus denotavit.

Exemplū noſtrum primum.

In noſtro primo exemplo dominum horoſcopi Solem intuetur ♃ quadrato fere partili. Ergo iuxta eius naturam, qui Orientalis ſtaturam proceriorem largitur, natus generoſus procerioris quoq; ſtaturæ deprehenditur.

Alterum

In altero exemplo *nullus Planetarum Mercurium Dominum aſcendentis intuetur. Cum vero & ipſe ſit in ſigno proprio nec diſpoſitorem habeat aliū, ſumitur iudicium ex ipſo ſigno ♊, quod mediocrem nato decrevit ſtaturam.*

3 De habitu corporis ſeu craſſicie & macie nati.

Tandem ad vltimum membrum, habitum nempe corporis, quod attinet, intelligimus per eum craſſiciem vel maciem, quæ poſt ἀκμὴν ſeu conſiſtentem ætatem, hoc eſt 30 annum ætatis, vel paulo poſt, quando corpora non amplius creſcunt, naturaliter corporibus accedit, non quatenus morbo, aut inconveniente victus ratione corpora à quantitate naturali recedunt. Sumitur autem huius judicium ſecundum Cyprianum, à ſigno horoſcopi, aut etiam domino horoſcopi, Planeta ſcil. qui plurimas dignitates in eo ſigno obtinet, non neglecta eius qualitate, ad quam Ptolemaica præcepta reſpiciunt.

Modus iudicandi.

Iudicaturus nunc nati alicuius habitudinem corporis. Primo intuere horoſcopi ſignum. Poſtea & eius Almuten: *Nec neglige Planetarum illorum aut ſtellarum fixarum qualitates, quæ vel horoſcopum obſident, vel etiã cum Almuten horoſcopi coniunguntur.* Primo *enim ſi horoſcopus a ſuo Almuten partiliter aſpiciatur, fer iudicium pro natura ſigni horoſcopantis.* Secundo *ſi non fer iudicium pro natura ſigni, quod horoſcopi Almuten occupat, modo is ab aliquo partiliter aſpiciatur.* Tertio *ſi Almuten à nullo partiliter aſpiciatur, iudica ex medietate ſigni, quam Almuten non occupat.*

Notabis vero quod ex Cypriano Garcæus quoq; notat, c. 8 libr. de iud. Genit. 1 quod dominus domus vel exaltationis horoſcopantis ſigni coniunctus Soli medietate ſui orbis, modo abſit ♂ grande corpus decernat, pręſertim ſi acceſſerit conſenſus horoſcopi vel eius Almutẽ. Sed ſi ♂ pręſentia acceſſerit, maciem affert etiam diſſentiente horoſcopo vel eius Almuten. 2 Quod ſi duo Planetæ ſint Almuten horoſcopi, præferendus ſit is, qui partiliter aſpicitur, vel etiam qui domum obtinet, illi, qui in exaltatione conſtituitur, etiamſi & ipſe aſpiciatur. Tradit quoque Ptol. ſententia 53 Centil. huiuſmodi Aphor. qui notandus eſt: Domini geniture macilentorum hominum latitudinem non habent, pinguium a. habent. Quod ſi latitudo Auſtralis ſit, agiles erunt licet ſint carnoſi. Si Borealis inagiles & graves.

Nec negligendæ ſunt ſtellæ fixæ, quandoquidem frequentia fixarum in horoſcopo robur addit corpori. Inprimis vero, quod & initio monuimus, attendenda eſt in hac conſideratione natura parentum & complexio, quando melancholici & cholerici ſemper ſunt macilenti, Phlegmatici craſſi, Sanguinei carnoſi.

Exemplũ primum.

In primo noſtro exemplo horoſcopus ♌ à ſuo Almuten non aſpicitur. Cum vero Solem ♃ partiliter intueatur, ex poſteriore parte ♑ quam Sol tenet, iudicium ſumo, & natum craſſiorem iudico prior n. ♑ pars magis maciem, poſterior craſſiciem denotat iuſtam tamen menſuram non excedentem.

Secũdum.

In altero exemplo Geminorum prior pars oritur quæ maciem quandam deſignat. Et licet à ſuo Almuten ☿ non aſpiciatur, eſt tamen corpore præſens. Non extreme vero macrum deſignari, & complexio ſanguinea munit, & latitudo ☿ ſatis evidens.

Caput

Caput VII.

De gemellis & monſtris.

Q Vandoquidem accidere ſolet interdum, vt duo vel plures vno partu ſucceſſive edantur, notandum huius rei etiam cauſſas ab Aſtrologis ex cælo depromi. Vult enim Ptolem. libro 3 quadr. cap. 7 hos tres potiſſimum ſignificatores conſiderandos eſſe, Solem, Lunam & horoſcopum. *Namque ſi duo ex his, vel etiam tres bicorporea ſigna occupauerint, & maxime ſi dominantes ſimul ſtellæ illis locis, eoſdem aſpexerint, aut harum aſpicientium & dominantium ſtellarum quædam in ſignis bicorporeis fuerint, gemelli provenient. Quod ſi etiam tres dicti ſignificatores, non modo in bicorporeis ſignis exiſtant, verum etiam pluribus Planetis configurentur, plures etiam quam duo ſimul naſcentur. Inprimis vero ☿ numerum auget, ſi is dictis locis configuretur, quandoquidem Planeta eſt biformis, bicorporeus ſeu ancipitis naturæ. Sexus vero natorum, à ſignis & ſtellis, quæ loca dicta occupant, dependet. Nam ſi maſculina ſigna & maſculini Planetæ ♄ ♃ & ♂ dicta loca tenuerint, maſculos. Si fæminina ſigna & fæminei Planetæ ♀ ☽, & ☿ effeminatus adfuerint, fæminas denotabunt. Sunt autem hæc omnia magis ex themate conceptionis, quam partus dijudicanda. Nam thema quod ad partus tempus conſtituitur, hoc ipſum obſcurius indicat. Notandum & hoc, quod huiuſmodi fætus plures, vt plurimum immaturi naſcantur, & ſæpe monſtroſa membra ſecum afferant. Exempla nonnulla proponit Iunctinus in com. ſuper citatum locum Ptolemæi. Item Garcæus cap. 5 lib. ſui de jud. genit. quæ huc referri poſſunt.* In iudicio gemellorũ tria conſideranda

Monſtra *etſi non niſi præter communem naturæ curſum naſci poſſunt, quando & DEVS vult, vt maneat perpetua ſpecierum diſtinctio & homo ex homine Canis ex cane, Lupus ex lupo, &c. naſcatur; atq; ex hac doceamur, non caſu & ex temerario atomorum concurſu mundum extitiſſe, ſed eſſe ſapientem ac regularem cauſſam, quæ hunc perpetuum in natura ordinem conſervat: Tamen interdum naſci experientia communis comprobat. Sunt autem cauſſæ plures monſtrorum. Nam vel DEVS illis gentium aut tyranno. rum mores nobis depingit, ſecuturaſq; regnorum mutationes adumbrat; vel Diabolus, odio erga genus humanum, prodigioſos eiuſmodi fætus, quibus deformatur DEI in homine effigies, non ſine permiſſione divina profert; vel copia aut defectus materiæ, quiddam vel addit vel detrahit fætibus; vel externæ cauſſæ occurrentes, & imaginationes matrum fætus immutant; vel deniq; infauſta ſtellarum, formam & conſtitutionem corporum ſignificantium, coitio & commixtio; monſtroſos partus progenerat.* Monſtra rarius naſcuntur. Cauſſæ monſtroſorum fętuũ. 1 DEVS 2 Diabol⁹ 3 Materię copia vel defectus. 4 Imaginationes & aliæ externæ cauſſæ 5 Stellarũ poſitus.

Nos in præſentia cauſſam poſtremam Aſtrologicam conſiderabimus. Statuit autem Ptolem. capit. 8 libro 3 quadrip. triplicem eſſe monſtro-

ſitatis

ſitatis rationem. Primam quidem quæ res fortunæ: Secundam quæ corporis formam: Tertiam quæ animi mores reſpicit.

1 Monſtroſa fortuna *In prima conſideratione, quæ ſtatum hominis miſerum, vilem & abiectum denotat, hoc attendendum: Si luminaria tempore partus ab angulis ceciderint, & horoſcopo inconiuncta fuerint, duæque maleficæ ſtellæ angulos occupaverint, natus pro ſtatus conditione miſeria quadam affligetur monſtruoſa Gauric. cap. 3.*

2 Monſtroſa forma. *In altera quæ corporis formam diſtortam ſignificat, hoc videndum; Si diſpoſitores loci coniunctionis vel ☍ luminarium, quæ proxime nativitatem præcedit, non reſpexerint ipſum locum, & neq, aſcendens, neq; Luna tempore nativitatis ad locum illum reſpectum habuerit, ſignificabitur natus perplexi & minus proportionati eſſe corporis, ſeu habere formam corporis monſtroſam: Et addit Ptol. ſi in hoc locorum ſtatu, luminaria quadrupedum aut ferarum ſigna occupaverint, maleficiq; in angulis fuerint, nõ cenſeb.tur fætus in hominum eſſe genere, ſed à forma humana eſſe alienus, præſertim ſi nullus beneficorum luminaria aſpexerit, ſed malefici teſtimonia ſua luminaribus dederint. Idem ferme docet Card. 2 Aph. 34. Si luminaria & dominus aſcendentis, & loci ☌ vel ☍ ſic cadant ab angulis, ut nec aſcendens, nec locum ☌ vel ☍ aſpiciant, naſcetur monſtruoſus. Et ſequenti: Quod ſi locis his, ac Planetis ſe ſic habentibus, infortunæ fuerint in angulis, monſtrum erit ab humana natura alienum, & morietur protinus.*

Aphoriſ. ſpeciales. Obſeruentur & hi Aphoriſmi Cardani 1 Tropica ſigna ut ♋ & ♑, homines animo & moribus, & corpore inæquales faciunt, æquinoctialia ♈ & ♎, moderatos 5 Aph:77.

2 Infortunæ non faciunt monſtroſos, niſi cum partibus cœli malis conjunctæ fuerint, & fuerint ipſæ potentes. Manifeſtum eſt igitur cur nati monſtroſi brevis vitæ ſint, 5 Aph.147.

3 Claudicationes, oculorum obliquitates & crurium, ac reliquæ calamitates, a Luna damnata efficiuntur, quod convulſionem moveat, 6 Aph. 8.

4 Cum ♂ iuxta imum cœli fuerit cum nodo proprio, vel ☽ quo ad Auſtrum tendit, & aſcendens aſpexerit quadrato, natus claudicabit, Aphoriſ. 13.

5 Quando ♂ ex □ quadrata radiatione Planetam pulſaverit, vel oppoſito, habebit ille detrimentum turpe in corpore, quod perſeverabit uſq; ad mortem. Idem ſi ♄ ex ♒, 3 Aph.14.

6 Cum luminaria in curvis ſignis cum nodis aliquibus, maxime ☽ extiterint, in aſpectu infortunarum, & in angulo, natus erit gibbus aut contortus, 4 Aph. 71.

3 Monſtroſus animus *In tertia quæ ad animi bona reſpicit, hoc obſervandum venit; Quod ſi luminaria in ſignis humanis fuerint, & beneficorũ teſtimonia vel radij ad luminaria acceſſerint, natus, etſi diſtortæ fuerit proportionis, mores tamen habebit accommodatos, erit honoratus; ac ſi Mercurii teſtimoniũ acceſſerit, erit ad vaticinandum inprimis aptus, oraculorũ ac ſomniorũ interpres. Cæterum ♄ ☉ ☽ & ☊ in eodem gradu aſcendentis conſtitutio, natum hermaphroditum facit.*

Caput VIII.

De moribus, & ingenio nati.

A*Dhuc, quomodo de inſignioribus corporis accidentibus, & an illa in naturali ſtatu ſint futura, vel ab eodem declinatura, judicium formandum ſit, ex conſtitutione certarum figuræ partium docuimus. Nunc quomodo & animæ accidentia, eorumq; qualitates, ex domo prima, & Planetis in ea hærentibus, vel ad ſignificata eius pertinentibus cognoſcantur, oſtendemus.* Sunt autem animæ accidentia duplicia: Alia ad rationalem *animæ partem, ſeu intellectum pertinent, & ingenii appellatione vulgo notantur.* Alia vero irrationalis animæ partis propria ſunt, *h. e. vegetativæ ſeu ſenſitivæ potentiæ, ac morum appellatione uſitate intelliguntur. Diſpoſitio animæ rationalis, quam Ptol. lib.3 quad.cap.17 iuxta diſtinct. Cardani,* τέιος ον καὶ λογικὸν μέρος τῆς ψυχῆς *vocat, per Mercurii locum. Vegetativæ vero & ſenſitivæ, quæ Ptol. ibidem* τὸ ἠθικὸν καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς *dicitur, ex qualitatibus loci ☽ cognoſcitur.*

Accidẽtia animæ duplicia.

Animæ rationalis.

2 Vegetativæ & ſenſitivæ.

Si igitur in genere ☿ & ☽ bene in themate fuerint affecti, & ſe mutuo benigno & amico radio aſpexerint, convenientia quædam inter rationalem animam & potentias reliquas inferiores efficitur. Hinc & Haly dicit part.4 cap.*9*: Qui habuerit in radice ſuæ nativitatis Lunam cum Mercurio convenientem, numquam ſenſum amittet. Si vero male affecti fuerint, vel in ſignis ſeparatis, nullo prorſus aſpectu ſe mutuo contuentibus, extiterint, diſcordia naturalis & pugna inter rationem & vires inferiores excitabitur, in qua tñ vel ratio inferioribus potẽtiis domniabitur, & affectus reliquaſq; potentiarũ inferiorum actiones cohibere & frenare poterit, vel contra affectus inferiorumque potentiarum impetus rationem vincent, nec ipſi recta monenti obtemperabunt. Namque ☿ fortior in ſignis imperantibus & longarum aſcenſionum; Luna vero debilior in obœdientibus & brevium aſcenſionum ſignis, denotat rationem dominari affectibus. Luna vero hoc modo fortior Mercurio, oſtendit hominem pravis appetitionibus multum indulſurum, quas cohibere & reprimere ratio debilior non poterit, vide Schon.cap. 7. lib. 1. de jud. Genitur.

Regulæ generales.

Nos ut de ſingulis ſeorſim & ordine præcipiamus. Primum quidem quomodo de qualitatibus animæ vegetativæ & ſenſitivæ, h. e. de moribus & affectibus nati ex certorum ſignificatorum conſideratione judicandum ſit, monſtrabimus. Poſtea de ingenio agemus.

Etſi vero mores in homine alias quaſdam propinquiores habent cauſſas, ut 1 temperamentum quod regit inclinationes, ſicut demonſtrat Gal. in lib. quod animæ mores corporeum temperamentum conſequantur. 2 Patriam, quando alii mores Germanorum, alii Polonorum, alii Italorum ſunt, alii urbanorum, alii paganorum, 3 naturam parentum, 4 doctrinam & inſtitutionem, 5 conſuetudinem, de quibus poſterioribus tribus cauſſis egregie cecinit Horat. Oda 4 libr. [illegible] carm.

De morib. nati.

Morum cauſſæ generales ſex

Digitized by Google

Eſt in Iuvencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam:
Doctrina ſed vim promovet inſitam;
Rectique cultus pectora roborant.

Morum ſignificatores Aſtrologici ſeptem.

De primo in regulis generalib. actum.

Deprehenditur tamen, & in ſtellis vis quædam, quæ quales ſint futuri mores nati oſtendit. Cyprianus eoſdem ſtatuit eſſe morum ſignificatores, qui ſunt temperamentorum. Nos vero hos 7 principaliter conſiderabimus. Primo Mercurium & Lunam, de quibus iam dictum. 2 Planetam unum, vel plures in horoſcopo exiſtentes. 3 Dominum horoſcopi, qui & plerumque dominus eſt geniture. 4 Venerem, ut quæ venuſtatem largitur, & alacritatem præbet. 5 Signa, in quibus ſignificatores dicti imprimis horoſcopus hærent. 6 Stellas fixas in horoſcopo vel cum Planetis mores ſignificantibus conſtitutas: & 7 temperamentum quod ex ſtellis nato decernitur. Ac iudicium iuxta has regulas fertur, quarum meminit Garcæus cap. 10 lib. de iud. genit. & Iunct. in com. ſuper cap. 14 lib. 3 quad. Ptol.

De ſecundo & tertio regulæ peculiares hic traduntur 7.

1 Si Planeta vnus ſit in hoſcopo.

Prima *Quando Planeta aliquis in horoſcopo conſtituitur, ſive in ſigno aſcendente ſive intercepto fuerit, is principalis morum ſignificator exiſtit. Particeps vero ſignificatoris erit eius diſpoſitor, h. e Planeta qui in ſigno ſignificatoris dominium habet. Hinc ſecundum naturam iſtius Planetæ & diſpoſitoris eius iudicium formandum erit: Primo enim ſignificator beneficus Planeta, potens ac fortis, & beneficis configuratus, honeſtos, bonos & laudabiles mores pro natura Planetæ decernit. 2 Significator beneficus quidem naturę, & beneficis configuratus, ſed debilis, mores quidem ſpecie laudabiles efficit; ſed obſcuros & dilutos, ſeu fucatos ac ſimplices. 3 Maleficus fortis & felix, etſi bonos, rectos nempe & ſeveros mores facit: tamen ſemper aliquid veneni miſcet, aliquaque impietatis veſtigia imprimit 4 Maleficus debilis, & maleficorum radiis infectus, mores tribuit malos & diſtortos, pro ſua natura.*

Notandum vero ☿, qui Planeta indifferens eſt, illius Planetæ naturam aſſumere, cum quo proxime coniungitur, aut in cuius ſigno & dignitate exiſtit: Sic luminaria in horoſcopo conſtituta, etſi in genere mores diſponunt iuxta naturam ſuorum diſpoſitorum; tamen ſi diſpoſitoribus careant, & ipſi in ſuis dignitatibus verſentur, faciunt perſonæ dignitatem, & moribus naturalem quandam ſuperbiam addunt.

Geneſis Hermolai Barbari.

Veluti ut hanc Regulam exemplis illuſtremus: *In geneſi Hermolii Barbari*, viri literatiſſimi, cuius ingenii amænitas & morum elegantia complures literatos ad converſationem cum ipſo Romam pertraxit, nati anno 1453, die 20 Maij, Hor. 12, 50 l poſt meridiem; ♃ ſolus in horoſcopo mediocriter fortis conſtituitur, ac morum ſignificator exiſtit. Participem vero aſſumit Martem in cuius dignitate eſſentiali verſatur. Mores itaque huic viro denotarunt hi Planetæ admodum elegantes, & laudabiles, ♃ n. in ipſo excitavit amorem erga res honeſtas & ſtudia artium, præſertim exiſtente in medio cœli ♐ ſigno rationali & ſtudiis


a pto.

apto. ♂ acumen ingenij addidit, ardentioreſq; in animo impetus excitavit, quos tamen gravitate & venuſtate mira temperavit, & ornavit principalis ſignificator ♃. Fuit igitur in omnibus ferme ſcientiarum generibus doctiſſimus, ab omni barbarie alieniſſimus, modeſtus, gravis, prudens, generoſus, apertus, propter quas naturæ dotes etiam Patriarcha Aquileiæ creatus eſt.

Sic in genitura *Angeli Politiani, Oratoris & Poetæ celeberrimi*, nati Anno 1454, die 14 Iulij Hora 1, 28 min. P. M. ♄ ſolus in Oriente conſtituitur peregrinus ac debilis. Eius diſpoſitor eſt alter maleficus ♂, radio ſimul oppoſito partili ferme ex angulo occidentis Saturnum feriens, itidem debilis & peregrinus, attamen ♃ iunctus: Hi igitur ſignificatores debiles, non admodum laudabiles in ipſo mores pepererunt: ♂ quidem cum à vicino Iove corrigatur, ingenii acumen ac impetum ad facultatem oratoriam concitauit: ♄ vero moroſitatem adiunxit infidelitatem, importunam grauitatem, ita vt ſibi ipſi etiam fidelis eſſe non potuerit. Nam veneno ſumto ſibi ipſi violentam tandem mortem conſciuit. Angeli Politiani.

Eodem modo in genitura *Ioannis Iacobi Medicis*, quam Cardan. ſexto loco inter illas ponit, quas comment. in quad. Ptol. adiunxit, Mars ſolus in horoſcopo exiſtit ſignificator morum, in domo tamen ♀, quæ conſignificatrix eſt. Significavit igitur ♂ in ⚹ ☉, & △ ♃, ipſi vehementiam, iracundiam, promtam manum, fortitudinem cum quadam temeritate, ſagacitatem, magnanimitatem & vindictæ cupiditatem. Et quia ♀ particeps fuit ſignificationis morum quæ à ♂ □ radio affligitur, ideoque voluptatibus & libidinibus deditus fuit. Hinc cum & ♂ in ſuo exilio fuerit, varia in ipſo improbitatis ſigna apparuerunt, violentia, crudelitas, temeritas ambitio & luxus. Ioãnis Iacobi Medicis.

Secunda, *Quando plures Planetæ horoſcopum occupant, omnes ſunt ſignificatores morum, & varietatem morum efficiunt. Fortiſſimus tamen inter eos mores excitat magis durabiles per totum vitæ curriculum, & plerisq; actionibus cohærentes. Reliqui minus durabiles excitant, & qui ad tempus tantum durant. Qui vero mores, quo potiſſimum tempore in nato ſeſe ſint exerturi, & quam diu duraturi, directiones oſtendunt Lunæ & horoſcopi. Quando enim ad Venerem pertingunt, Venereos mores, vt lætitiam, honeſtatem, ſuavitatem, &c. quando ad ♄, aut radios eius offendunt, Saturninos mores, vt gravitatem, taciturnitatem, moroſitatem, &c. excitant, & ſic de cæteris.* Secunda ſi plures horoſcopum teneant.



Geneſis Rodolphi Pii Cardinalis.

Vt in themate *Rodolphi Pij Cardinalis*, nati Anno 1500, die Febr. 23 Hor. 17, 58 l P. M. conſtituuntur in horoſcopo ſimul ♃ ☼ ☿ & ♀. Hi igitur omnes morum ſignificatores exiſtunt: præcipuas tamen in decernendis moribus partes obtinent ♃ & ♀; qui reliquis fortiores ſunt, ♃ quidem in domo propria, ♀ in ſua exaltatione, inprimis ♃, cuius naturam etiam ☼ ratione ſigni aſſumit. Fuit igitur præditus moribus

Digitized by Google

moribus laudabilibus & bonis, fuit manſuetus, gravis,fidelis, iuſtus,hilaris,formoſus,propter ♀ diſertus,liberalis & erga virtute præditos munificentiſſimus, Philoſophus facundus, ac præſtans Theologus, vide Gauric.in nativ.tract.2.

Tertia. *Quando nullus Planeta in horoſcopo aut ſigno intercepto verſatur, videndum eſt num Lunæ vel Mercurio aliquis Planetarum iungatur, & ſecundum naturam eius mores nati diiudicentur.*

Tertia. Cũ nullus horoſcopum occupat, conſulatur iunctus Lunæ vel Mercurio

Veluti in genitura *Georgii Trapezuntii*, nati (ut habet Card.in 2 exẽpl. 100 Genit.) Anno 1396, die 4 April. Hor. 12, 30′ P. M. Mercurio Mars iungitur, Quare in ea genitura ſolus ſignificator exiſtens, mores ipſi de ſua natura ſignificavit. Cumque ☿ debilis ſit, & infortunatus propter combuſtionem,& quia peregrinus & conjunctus eſt Marti, moribus non omnino laudabilibus fuit præditus. Subdolum enim, vafrum, inconſtantem, callidum, non admodum ſincerum,polipragmonicum,fraudulentum, rixoſum cum fuiſſe ſcribitur. Sic in genitura *Marcelli Cervini*, nati Anno 1501, nullus Planeta in horoſcopo conſtituitur. Solus vero Saturnus Mercurio jungitur, quare moribus tantum præditus fuit Saturninis & Mercurialibus. Fuit enim, ut Gauricus ſcribit tom. 2 pag. 1604, melancholicus, taciturnus, cogitabundus, probus, modeſtus, ingenio præſtans, & Latinarum ac Græcarum literarum peritiſsimus.

Geneſis Georgij Trapezuntij.

Marcelli Cervini Cardinalis

Quarta. *Cum plures Planetæ ☽ aut ☿ iunguntur, aut cum utriq; , hoc eſt, Mercurio & ☽ ſimul aliqui Planetæ iunguntur, omnes ſunt morum ſignificatores, perinde ut cum plures Planetæ in horoſcopo conſtituuntur: ſed tamen inter eos fortiſsimus mores maxime evidentes & durabiles, reliqui vero minus conſpicuos, qui interdum tantum ſeſe exerunt, & ad tempus aliquod durant, non autem per totam vitam natum comitantur, efficiunt.*

Quartã. Cum plures Lunæ aut Mercurio iungũtur.


Veluti in genitura *Ioſephi Scaligeri* nati Anno 1540, 5 Auguſti, plures Planetæ ☽ & Mercurio iunguntur. Mercurio quidẽ in ſigno igneo ♃, qui ipſi ſingulare ingenii acumen & rerum multarum ſcientiam eloqentiam, & ex his autoritatem, morum item integritatem ac religionis cultum & conſtantiam ſignificat. Lunæ vero copulantur in ſigno aereo ♀ in propria domo à dextra Saturnus in exaltatione ſua à ſiniſtra, quæ conſtitutiones alacritatem, promtitudinem & venuſtatem in actionibus, cum grauitate mixtam eidem conciliarunt. Saturni etiam malignitatem, ſi quæ eſſet, frangit, ex triplicitate propria partilis ſextilis Iovis. Vnde in autoritate apud æquales, in gratia apud ſuperiores conſtituitur.

Geneſis Ioſephi Scaligeri.

Quinta. *Quando nullus Planeta in horoſcopo verſatur, neq; Lunæ aut Mercurio aliquis iungitur dominus horoſcopi morum ſignificator conſtituitur ac iuxta naturam, & conditionem eius, ut in prima regula dictum, de qualitate morum pronunciatur; hac tamen conditione, ſi ipſe Dominus horoſcopi aliquo aſpectu eundem partiliter intueatur.*

Quinta, Dominus horoſcopi morum ſignificator conſtituitur. ſi ipſũ horoſcopum partiliter aſpiciat.

Digitized by Google



Geneſis Paul. Eb.

Veluti in genitura *Doct. Pauli Eberi* nullus quidem planeta in horoſcopo reperitur, neq; ullus etiam ☽ vel ☿, o iungitur Mercurius tamē dominus horoſcopi partiliter ipſam aſcendentis cuſpide □ intuetur ex ♃ ſino Ioviali. Vnde ut ingenij acumine inſignis, & præclara ſua doctrina coſpicuus fuit, ita morib. quoq; præditus fuit laudabilib. & honeſtis, nonnihil tamen variis: Fuit namq; fidelis, beneficus, liberalis, compoſitus in converſatione, ſed catus ſimul & fraudulentus.

Sexta,

Sexta Lunam vel Mercuriũ partiliter aſpiciens.

Sexta, *Si diſpoſitor Domini horoſcopi nullo aſpectu ipſum horoſcopum intueatur, videndum erit quinam ☽ aut ☿ partiliter aſpiciat, & ſecundum eius natura, ut in 1 reg. monuimus, qualitates morum dijudicandæ erunt. Quod ſi plures Planetæ Lunam, aut Mercurio, vel utrumq; ſimul aſpiciant, perinde erit, ac ſi plures Planetæ ſimul in horoſcopo conſtituantur, ut in 2 regula dictum. Morum n. varietatem efficiunt omnes, talẽ tamen, in qua maxime conſpicui erunt mores ab ipſo Planeta denotati, qui inter eos fortiſſimus eſt, & maxime partili radio ☽ vel ☿ ferit. Qualitas etiam radii conſideranda eſt, an videlicet benignus ſit vel hoſtilis.*

Camerarii Exẽplum.

Veluti in geneſi Ioachimi Camerarii, ut nullus Planeta in horoſcopo exiſtit, ita nec ullus Mercurio vel *Lunæ* iungitur. Mercurium vero reſpicit partili ⚹ ♀ ex Mercurii domo: vnde cõſtitutio hæc, non modo ingeniũ & facultatem ſingularem ad Oratoriam & Poeticã, ipſi largita eſt, ſed & mores blandos & amabiles ac cultum religionis & pietatis, & cum dexteritate res graues expediendi copiam ipſi attribuit.

Septima dominus locorum Lunæ & Mercurii ſignificator morum.

Septima. *Quando ſecundum nullam harum regularum ſignificator morum erui poteſt, ſumatur Almuten locorum ☽ & ☿, hoc eſt, Planeta, qui in dictis duobus locis ☽ & ☿ plurimas dignitates eſſentiales obtinet, iſq; ſignificator morum conſtituatur.*

Veluti in geneſi Philippi Melanchthonis, ſimiliter nec Planeta vllus in horoſcopo, nec Lunæ vel Mercurio copulatus vllus reperitur corpore vel aſpectu. Aſſumitur ergo ipſe Mercurius, qui in Lunæ & Mercurij loco dominatur, qui cum & dominus horoſcopi ſit & fortis, mores compoſitos & excellens ingenii acumen & doctrinam ſingularem ipſa ſignificavit.

Placuit vero & huc referre geneſin Andreæ Alciati Iuriſconſulti, qui licet iuxta ſecundam regulam ♀ habuerit in horoſcopo, in ♊, cum Ioue in ſequenti ſigno ♋: Soli tamen ♃ & ♀ morum ſignificatores conſtitui non poſſunt, quod ♀ quæ ad cuſpidem primæ quam proxime accedit, fuerit in mutua receptione ☿ ex domicilio. ☿ enim diſpoſuit Venerem, & ♀ Mercurium: Et ideo partem aliquam iudicij ſibi ſumſit ☿; verum cum varius & indifferens ſit & ex coniuncto ſibi Planeta potiſſimum iudicetur; Videntur in ea geneſi mores diſpoſuiſſe ♀ cum Marte, accedente teſtimonio ♃. Hinc ratione benefica ♀ deſignati ſunt mores blandi, læti, benevoli, humani; ☿ quoq; particeps & bene affectus ingenii excellentiam admirandam ei decrevit, fecitque ſtudioſum & capacem variarum doctrinarum, Poetam inſignem & cum dexteritate omnia agentem: verum ♂ ingenium ad curioſitatem in alienis & rixas inclinavit, unde plures inimicitiæ & alia incommoda ei extiterunt, veritatis tamen præcipuè tuendæ cauſſa quod ♃ notat.

Notetur & hic Aphoriſmus Cardan. 1 Aph. 82: Quod ſi alicuius genitura ignota ſit, vide modo quibus delectetur homo, & habebis Planetam prædominantem qualitatibus animi.

Cum vero indicium de moribus multo facilius ſit, ſi quales mores à ſingulis Planetis in ſpecie ſignificentur, in promtu quis habeat: Nos vt hac in

parte

Digitized by Google

parte diſcentium ſtudia iuvemus, ſingulorum ſignificata ex Ptol. c. 17 l. 3 quad. & Haly part. 4 cap. 9 enumerabimus ; præmiſſis tamen naturis Planetarum ex cap. 12 lib. 3 de iud. Genit. Cardan.

Naturæ Planetarũ in iudicio morum.

♄ ſignificat memoriam, patientiam; ♃ conſilium, iudicium, prudentiam, ♂ audaciam, acumen, promptitudinem, irã; ☉ gravitatem, moderationem, contiuentiam & faſtum, ♀ voluptatem & concupiſcentiam; ☿ ingenium & imaginationem; ☽ ratienem & diſcurſum: Et duobus Aphoriſmis Card. qui ſummatim negotium proponunt ♄ invidum; ♃ opibus intentum; ♂ furibundum, ☉ ambitioſum; ♀ delitioſum; ☿ verſutum; ☽ vagabundum facit 2 Aph. 173.

♂ Prodigos facit; ♃ liberales; ♀ incontinentes pecuniarum in volutatibus; ☽ tenaces, ☉ continentes, ☿ parcos; ♄ avaros 6 Aph. 126.

♄ *Saturnus* igitur ſolus ſignificator morum fortis ac bene affectus, facit graves cum quadam autoritate, profunda cogitantes grauiter de rebus diſputantes, vtpote boni conſilii & profundi intellectus, amantes occultatum rerum, taciturnos, ſolitarios, quia ſeipſis in rebus ſuis conſilia habent, patientes laborum & moleſtiarum, cumulatores opum, parcos, cupidos dominii & pecuniæ proprii commodi ſtudioſos, zelotypos, corporis ſui curam habentes, in promiſſionibus non ſemper veraces (Nunquam enim ita bene conſtitutus eſt, vt naturalem ſuam malitiam prorſus exuat) amantes agriculturæ, regibus & claris hominibus caros. Debilis vero & infeliciter poſitus, efficit homines nullius autoritatis, abiectos, ſqualidos, humilia cogitantes, querulos, negligentes, timidos, fugientes lucem & amantes ſolitudines, triſtes inverecundos, turpes, pertinaces, ſuſpicaces, lividos, obtrectatoret, invidos, ἐπιχαιρεκάκους, ſuperſtitioſos, incultos, malignos, inſidiantes ſuis & metuentes inſidias, avaros, auſteros, pigros, deceptores, mendaces, odio bonos proſequentes, vide & Card. 4 Aph. 17. & 98.

♃ *Iupiter* ſolus ſignificator morum fortis & bene affectus, facit honeſtos, religioſos celebres, iuſtos, beneficos, humanos, benevolos, fideles, verecundos, caſtos, magnanimos, gubernatores ſplendidos, magna curantes, graves cum quadam moderatione, negotiis ſuis deditos, prudentes, ordinate viventes, amantes ſui & cognatorum, candidos, apertos, liberales. Imbecillis & infeliciter poſitus, mores ferè ſimiles facit prioribus, ſed obſcuriores & magis dilutos, ad extrema propenſos, vtpote pro pietate ſuperſtitionem, pro fidelitate fucatum & ſimulatum candorem, pro magnanimitate faſtum animi & ſuperbiam, pro verecundia inverecundiam & timiditatem, pro prudentia cunctationem, negligentiam, contumaciam, pro liberalitate prodigalitatem. Serviunt & tales occulte dæmonibus: Cardan. 4 Aph. 34.

♂ Mars ſolus ſignificator morum fortis & bene affectus, efficit generoſos, contemtores aliorum gubernationi inprimis militum idoneos, animoſos fortes, iracundos, crudeles, præliatores, arma appetentes, vehementes manu, promtos apertos, cum quadam temeritate pericula non metuentes, vindictæ cupidos, impatientes ſervitutis & iniuriarum, iactabundos, divitias parum curantes. Debilis vero infortunatus, crudeles,

iniuſtos,rixoſos,tyrannicos, DEVM ſpernentes, male ſuos cives regentes,truculentos,Chraſones,temerarios,aliena & propria deſtruentes, inverecundos,ſumptuoſos,ebrioſos,turbulentos,effuſores ſanguinis, feroces in laceſſendo, & vbi ad rem ventum eſt timidos, autores diſcordiarum,prædones,arrogantes,ſeditioſos,Card.4 Aph.42 & 98.

Sol etſi in iudicio morum à Ptol. & Leovitio non principaliter adhibetur, ſicut nec Luna; qui loco luminarium accipiunt diſpoſitores ſeu dominos eorum;tamen vt à Cardano etiam aſſumitur,quando ſignificatio principalis ad eum pertinet, veluti quando vel in horoſcopo eſt, vel Mercurio iungitur, vel dominus eſt horoſcopi: Facit enim tum Card. 4 Aph.47 claros,iuſtos,fortes magnanimos, caſtos, prudentes, pios, fideles,verorum ſomniorum,amicitiæ cuſtodes,filiorum non amantes, minuſque vxorum, honorum & dignitatum appetentiſſimos, crudeles etiam & iram ſervantes,nitidos & mundos:Ita à Ptol.text. 74 lib.3 quadrip.& Haly part.4 cap.9 non prorſus negligitur. Decernit enim mores pro natura ſui diſpoſitoris:ac ſi diſpoſitore caret,h.e.quando in proprio domicilio verſatur,aliquid quidem decernit,ſed valde generaliter.Adhibendi igitur tunc ſunt ad indicium reliqui quoque ſignificatores,de quibus in vltimis duabus regulis dictum. Cum principali vero ſignificatore cõvenientiã habens, vel etiã particeps ſignificationis exiſtẽs principalẽ ſignificatorẽ multũ adjuvat,& egregii aliquid de ſua natura pollicetur. Fortis namque ☉,gravitatem addit cum ſplendore coniunctam: Debilis vero,principalis ſignificatoris bonitatem imminuit, & mores ab ipſo ſignificatos quaſi diluit ac imperfectos reddit. ☉

Venus ſola ſignificatrix morum fortis & bene conſtituta,facit blandos,bonos,idoneos ad concilianda hominum ſtudia,lætos, hilares, formoſos,venuſtos in geſtibus,legantes,beneficos,miſericordes,pacificos, & ad voluptates pronos, mundiciei & choreis deditos, deliciarum amantes, naturalem erga ſuos benevolentiam exercentes, ſociabiles, DEVM religioſe colentes,laborum, iræ, rixæ & infortunii impatientes. Natura enim mulierum,vt docet Haly,part.1 cap. 4 eſt effœminata,quæ levi de cauſa incitatur & dolet.Debilis vero & infortunata, mulieroſos, timidos,amatores puellarum,multumque in amore diſpendii facientes, negligentes famæ aut infamiæ, imbelles, ignavos, procos, pronos ad libidinem, zelotypos. ♀

Mercurius ſolus morum ſignificator fortis, & bene diſpoſitus, facit ingenii acumine excellentes, ſtudioſos, doctrinarum capaces, dociles,ſagaces,antiqua & ſecreta in lucem revocantes,vafros, ſolertes, cautos,bene coniectantes,& cum dexteritate omnia facientes,Poetas,Geometras,Mathematicos, ſine doctore facile & multa diſcentes, diſertos, de rebus eleganter diſputantes, moribus compoſitos, quibuſvis perſonis & tempori ſe accomodantes,bonos imitatores,mercaturam ſponte amplectentes,picturam,ſculpturam & plaſticam artem amantes,Card. 4 Aph.49.Imbecillis vero & infortunatus,inſtabiles,malevolos,malicioſos,vafros,perfidos,mendaces,præſertim cum ☋, in eſſentiali dignitate ☿

maleſi-

Digitized by Google

maleficorum, atque ab iis afflictus, cuiuſvis rei ſimulatores & diſſimulatores, clam ſtruentes inſidias & fraudes, ac periculoſa conſilia, falſarios, ubique ſe ingerentes, oblivioſos, ſtolidos, infames, hallucinantes, &c.

Luna tandem ſi præſit moribus, ex ſententia Card. 4 Aph. 51, facit contumaces, vanos, obtuſi ingenii, vagabundos, viles, timidos, inutiles, nulliuſque ſeruitii. Male poſita etiam ſtultos facit: Etſi vero Ptol. & Cypr. ut dictum, ſignificationem morum non concedunt principaliter luminaribus, ſed eorum tantummodo diſpoſitoribus ſeu dominis: tamen exiſtimamus eam non male adhiberi tum, cum ſignificatori præcipuo iungitur aut alias, per aſpectum benignum aut receptionem mutuam, cum ipſo convenit. Nam & iuxta Ptol. text. 74 libr. 3 quadr. & Haly part. 4 cap 9. Luna multum adiuvat ſignificata propoſita. Et in termini latitud. tam Septent. quam Merid. efficit ſpiritus permutabiles, latè vagantes, multarum artium, & inconſtantiam in omnibus rebus. In nodis, ſpiritus ſubtiles, levium motuum, & boni intellectus in rebus. *Lumine creſcens* auget celebritatem nati, & facit eum magis apertum & ſincerum in moribus, ſollicitum in negotiis ſuis. *Decreſcens*, natum vilem denotat, parvi nominis, fucatum, & tardum in rebus ſuis. Atque ex his nunc facile intelligi poteſt, quales mores quilibet Planeta, ſolus ſignificator exiſtens, decernere ſoleat.

Cum plures Planetæ morum ſignificatores ſunt quomodo mixtio inſtituatur.

Cum vero raro accidat, ut unus Planeta ſolus morum ſignificator ſit, oſtendendum nunc erit, quomodo plurium Planetarum ſignificationes inter ſe commiſcendæ ſint. In qua certe commixtione non mediocri diligentia & iudicio opus eſt. Primo *enim videndum qui ſint morum ſignificatores, & quis eorum ſit principalis, quis vero minus principalis & particeps.* Secundo *conſiderandum an uterq; fortis ſit & debilis, an vero alter tantũ fortis alter debilis exiſtat, & utrũ principalis ſignificator fortis ſit, minus vero principalis debilis vel cõtra. Cũ enim principalis morũ ſignificator primas partes in decernẽdis moribus obtinẽs, mores largiatur evidẽtiore, & per totã vitã durãtes. Min⁹ principalis ſeu particeps ſecũdas partes tenẽs, mores decernat obſcuriores nec ita durabiles. Idcirco ſi mores inter ſe pugnantes, ſignificent, talis inſtituatur mixtio in qua principalis ſignificatoris qualitates ſuperent & vincant, præſertim quando uterq; ſimul fortis vel ſimul debilis exiſtit. Quando vero principalis ſignificator fortis eſt, alter vero particeps debilis iudicium de moribus ex natura principalis ſignificatori conſtituendum eſt, ita tamen, ut iſtis ſignificatis aliquid adimat debilitas participis. Quando deniq; particeps fortis eſt & principalis debilis mores nato decernuntur de natura principalis ſignificatoris fucati & obſcuri, quos quidem emendare & corrigere natus propter participantem fortem ſæpe conabitur, attamen in pleriſq; vitæ actionibus hic conatus irritus erit, & ſignificatoris principalis mores recurrent. Sed ut ratio commiſcendi inter ſe plurium Planetarum ſignificationes in moribus rectius percipiatur, quædam exempla iſtius mixtionis atq; etiam aſſimulationis proponam.*

Saturnus & Iupiter morum ſignificatores ſimul & fortes.

Quando ♄ & ♃ fuerint morum ſignificatores, & uterq; fortis fuerit ac bene affectus, facient mores maxime laudabiles. Nam gravitati & mode-

modeſtiæ quam ♄ efficit, Iupiter addet convenientem moderationem, & elegantiam. Tales igitur homines graues eves erunt cum moderatione, probi, verecundi, in converſationibus & conſuetudine familiari ſuaves & grati, colent iuſtitiam, & amabunt honeſtatem & æquitatem, in conſiliis graves erunt, & Fabii ſeu cunctatores, nihil temere inceptantes; in electionibus & adminiſtrationibus menſuram & rationem adhibebunt, amicos & domeſticos proſequentur aſpectu beneuolo, manſuetudinem, lenitatem & æquabilitatem vbique præ ſe ferent. Iovis enim benignitas naturam maligni ♄ temperabit & diluet: Erit in animis talium etiam ſingularis obſeruantia & reverentia erga ſenes, magiſtratus, præceptores, & in vniuerſum eos, in quibus ſigna ſapientiæ & virtutis deprehendent. Cumque ♃ rectitudinem iudicii tribuat, ♄ vero contemplationem amet; excitabitur in talibus ſtudium honeſtarum artium, cupiditas inveſtigandi abſtruſas & abditas res, vitæ gravitas, in docendo & diſcendo veritatis indagatio, prudentia, amor erga rem ruſticam: ♄ enim terræ præeſt, ♃ vero affluentiam amat & efficit. Prædia igitur amabunt, culturam agrorum, hortorum, &c. Vide Pont. lib. 6 de reb. cæleſt. c. 1. Quando vero vterque debilis eſt ac male affectus, animum nati ab amicitijs & familiaritate hominum alienum faciunt, malevolum, ſui & ſuorum negligentem, amantem ſolitudines, quibus mirifice delectabitur, ſuſpicacem, ſimulatorem ſuorum conſiliorum, celatorem, ſacrilegum, inertem ſuſurronem, ſine delectu aut iudicio confuſa negotia adminiſtrantem, ineptum, infidelem, pietatem ſimulantem, ambitioſum, ſub prætextu boni ſcelera perpetrantem, iniuſtum, &c. Quando alter eorum fortis eſt alter debilis, fortis quidem mores decernit pro ſua natura, dilutos tamen & obſcuriores. Remittit enim de natura ſua aliquid propter alterius debilitatem.

Debiles.

Quod ſi ♄ Iovi aſſimiletur (hoc eſt, iuxta 20 Aphor. Cardan. ſegm. 4 in dignitatibus & aſpectu Iovis exiſtat, ſit ſcil. in ♐, exiſtente Iove in ♎ ✶ ♄) & inſuper bene diſponatur, in aliqua ſuarum dignitatum (ſit ſcil. liber à combuſtione & radiis ☉, radiis quoque infortunarum, directus, Orientalis, in angulo, fixæ beneficæ copulatus, velox curſu, diurnus ſupra, nocturnus infra terram, lumine auctus) erit natus prudens valde, magnanimus, quietus, Philoſophus & regni miniſter, 4 Aph. 23. Si vero male diſpoſitus fuerit, (hoc eſt, vt explicat Cardan. 4. Aphor. 18 extiterit in contrario ſuarum dignitatum, ingrediens radios ☉, retrogradus, pulſatus radiis infortunarum, Occidentalis, proximus Soli per 30 partes, cadens ab angulo, malæ fixæ potenti copulatus, impeditus, ſtans, tardi gradus, ſylueſter, diurnus infra terram de die, vel de nocte ſupra terram, nocturnus contrario modo, Orientalis veſpertinus, Occidentalis matutinis, & lumine diminutus) erit natus ſine ſenſu, pertinax, vanis deditus artibus, ſolitarius & tædioſus, difficilis, infortunatus, 4 Aphor. 23.

Saturnus Iovi aſſimilatus quid ſignificet.

Si Saturno ♂ aſſociatur in iudicio morum, in proſpera conſtitutione, efficiuntur homines abſque delectu multa inceptantes, nec ea ipſa

Saturnus & Mars morum ſignificatores.

perficientes, quandoquidem Martis feruor, incitat, Saturni frigus cohibet atque deterret, oſtentatores, turbulentos, ſeditioſos, θρασυδείλους, (timide audaces) immiſericordes, implacabiles, faſtidientes alios, inflatos, glorioſos, ventoſos, fraudulentos, tyrannicos, auſteros, improbos, inhumanos, fallaces, ſubdolos, præcupidos, lucroſos, videntes mortem fratrum: ♄ enim mortem, ♂ fratres ſignificar. In adverſa vero conſtitutione facit raptores, graſſatores, maleficos, contumelioſos, turpi & infami quæſtui deditos, inſidiatores, furaces, ſacrilegos, ſepulcrorum violatores & ſpoliatores, perinros, omnis humanitatis violatores, voraces, atque in ventrem ita pronos, vt ne illicitis quidem cibis abſtineant, veneficos, ac planè improbos, Pont. libr. 6 cap. 2.

Saturnus Marti aſſimilatus.

Sic Card. 4 Aph. 24 docet: Si ♄ aſſimiletur Marti bene diſpoſitus, erit natus pertinax, crudelis, proditor, temerarius, loquax, iracundus, adulator, Deos hominesque odio proſequetur, erit ſicarius, nullis flectetur precibus, nullis rationibus, luſor, oſtentator, in rebus omnibus immoderatus, laborioſus, miſer, nocens, facinoroſus, inceſtuoſus. Si male diſponatur, erunt hæc validiora eritq; natus fur, latro, impius, omninoq; infelix. Nec diſſimilia ſignificabuntur, ſi Mars Saturno aſſimiletur, niſi quod proprietates Martis magis retinebit. Erit enim audacior, iracundior, & præceps, minus vero proditor ac diſſimulator, avarus & invidus, 4 Aph. 25.

Saturnus & Venus morum ſignificatores.

Si Saturno ♀ conciliatur, eſtque ipſe feliciter poſitus, denotat homines à fœminis alienos, ab ambitione, congreſſu & formoſis rebus ac perſonis abhorrentes, ſenibus propenſos, invenuſtos, auſteros, invidos, ſuis ſententiis innixos, iracundos, religioſos, myſteriorum & oraculorum cupidos, Philoſophos, fideles, ſtabiles, cautos, iracundos, ſuſpicaces in re vxoria & zelotypos. Infeliciter poſitus, laſcivos, incoſtantes, obſcænos, immundos, infames, in Venerem etiam legibus & natura vetitam proclives, obtrectatores, temulentos, ebrioſos, ſine deliberatione agentes, impios, irreligioſos, Deorum irriſores, myſteriorum & ſacrorum prophanatores, nihil non tentantes, vide Pont. lib. 6 cap. 3.

Saturnus Veneri aſſimilatus.

Sic ſi ♄ Veneri aſſimiletur bene diſpoſitus, erit natus oſor mulierum, ſpernetque formoſa, eritque infidus, deceptor, maledicus, occulti conſilii, pacificus, divinator, verecundus, zelotypus, tedioſus, in mundicie mediocris, legi ſuæ non credet, DEVM tamen timebit. Eſt enim ♄ cum Veneri aſſimilatur bonus aliquo modo. Cum vero illi iungitur malus Card. 4 Aph. 62. Male vero diſpoſitus, erit natus ebrius, pollutus omni Venereo flagitio, pati non ſolum agere cupiet, etiam ad beluarum concubitum inclinabitur, deteriora his cogitans, maledicus, invidentiſſimus, immundus, ocioſus, deſes, miſer ac infortunatus, 4 Aph. 26.

Saturnus & Mercurius morũ ſignificatores.

Si Saturnus Mercurio conciliatur, & honorato in loco ponitur, efficiuntur nati curioſi, arcanorum ſciſcitandorum avidi, iuris indagatores, medendi ſtudioſi, mirabilium architecti, Sophiſtæ, captioſi, ſecuri ſeu in diem

in diem viventes, agiles, ſolertes, cauti, acuti, amarulenti, ſobrii, induſtrii, Pontan. libr. 6 cap. 4. *Infeliciter* v. poſitus, natos triſtes, perverſos, memores iniuriæ, duros, laborioſos, ſuorum oſores, invidos, fures, immiſericordes, Magos, incantatores, doloſos, & qui malis artibus ſuæ cupiditati ſatisfaciunt, efficit.

Sic ſi ♄ Mercurio aſſimiletur, ac bene diſponatur, facit bonum, ac ad omnia mirabile ingenium, occulta ſciet, erit inuidus, verſutus, maledicus, Sophiſta. Si male, erit deceptor, Nigromanticus, mendax, laborioſus, infelix, invidentiſſimus, conſanguineis odioſus, noctes ducet inquietas, Cardan. 4 Aph. 33.

Saturnus Mercurio aſſimilatus

Si ♄ in bona diſpoſitione Soli aſſimiletur, ſignificabit natum religioſum, taciturnum, fidelem, mente ſuperbum, & nonnunquam crudelem. At in mala, DEI contemtorem, avariſſimum ac ſuperbiſſimum, diſſimulatorem magnum & inæqualem 4 Aph. 27. Si ♄ bene fortunatus aſſimiletur Lunæ, vilibus implicat natum exercitiis, qui ſordida amat & vilia, & eſt ſpecie benignus ſed deceptor, eſtque avarus, pertinax & vetulas diligit. *Infortunatus* miſerum, periurum, pertinaciſſimum, timidiſſimum, vagabundum, infortunatum, nulliuſexiſtimationis natum, etiamſi princeps extiterit, efficit, amatorem tamen ſemper rei ruſticæ, 4 Aph. 28.

Saturnus Soli aſſimilatus.

Saturnus Lunæ aſſimilatus.

Quando ♃ & ♂ ſunt morum ſignificatores, & vterque fortis & bene affectus, natos efficiunt pugnaces, audaces inſolentes, nemini obtemperantes, ſponte ſe periculis obijcientes, negocioſos, tribunalium præfectos, ſententiam alijs dicentes, libero ore, aſperos, contentioſos, primatum affectantes, animoſos ambitioſos, de re omni iudicium ſibi ſumentes, Pont. lib. 6 c. 5 rer. cœl. Sunt etiam felices in Medicina & Chirurgia tales. Male affecti & debiles denotant natos contumelioſos, obſtinatos, irreconciliabiles, contentioſos, pervicaces, calumniatores, variabiles, temerarios, quibuſvis manus inijcientes, querulos, leves, prodigos, turbulentos, ſeditioſos, infelices, nugaces, &c.

Iupiter & Mars morum ſignificatores.

Sic ſi ♃ Marti aſſimiletur, in fortunato ſtatu erit natus fortiſſimus, in re bellica prudentiſſimus, vindex, callidus, crudelis, magnanimus, valde iracundus, honoris cupidus, felix, ſeipſum ad maiora provehens. At in infortunato ſtatu erit impudens, vilipendens alios, ſuperbus, inobędiens, prædo, pœnitens, levis, infidelis, ſæviſſimus, abſque ſenſu & ſine conſilio ſuos diſperdens, temerarius, DEI contemtor.

Iupiter Marti aſſimilatus.

Quando ♃ & ♀ in felici ſtatu mores ſignificant, denotant natos gratiſſimorũ morũ, hilares & voluptati deditos, pulcrorum amantes, ſciendi & muſicæ cupidos, cantores, jocoſos, argutos, minime malos, pios, DEI cultores certaminum ſtudioſos, prudentes, amatores venuſtatis, ſed non ſine maieſtate, liberales, modeſtos, honeſtos in re Venerea, æqui amantes, ambitioſos, & in genere decenter ac eleganter probos, & ideo omnibus gratos: vnde hic poſitus natum pauperem ex ſtercore erigit, & acceptum omnibus facit. *Infeliciter*

Iupiter & Venus morum ſignificatores.

collocati dant natos delicijs deditos, effæminatos, ſumptuoſos, amatores, ſegnes, ſomnolentos, adulteros, ornatui nimis deditos, molles, prodigos, lenones, fidos tamen & non improbos, in convictu iucundos, & affabiles, Pont. lib. 6 cap. 6.

Iupiter Veneri aſſimilatus.

Sic ſi ♃ ♀ aſſimiletur, erit natus pius admodum, amans, gratus, iuſtus, humanus, ſplendidus, nitidus, mundus, liberaliſſimus, ioci & cibi appetens, probus, fidelis, affinium obſervator, amicos diliget, Venereis ſecundum legem addictus, filiorum & vxoris amans, ſani ſenſus, doctrinam & ſcientias magis colens quam habens, candidi animi, propter DEVM mala etiam ſponte ſubiens, miſericors: 4 Aph. 38.

Iupiter & Mercurius morum ſignificatores.

Cum ♃ & ☿ ſunt ſignificatores morum ſimul fortes, efficiunt homines ingenioſos, rerum multarum ſcientiam, ac morum præſtantiam & integritatem vehementer appetentes, pios, religioſos, beneficos, civiles, rem familiarem ſedulo augentes, aliorum etiam patrocinia & procurationes ſuſcipientes, eloquentiæ deditos, atque ex hac exiſtimationem ſibi comparantes, elegantes & diſertos, in habendis orationibus & concionibus publicis doctos, claros, in conſiliis dandis prudentes, & mediocriter graues. ☿ enim ingenii acumen, caloremque & acutam ratiocinandi vim; ♃ vero moderationem efficit. Hinc & ♃ Mercurii præcipitem vim, nimiamque in actionibus feſtinationem, vel etiam levitatem & inconſtantiam, gravitate quadam moderatur, & perverſitatem quaſi freno quodam cohibet: vnde tales homines non ſolum acuta ingenii vi prædíti ſunt, ſed convenientem etiam gravitatem actionibus addere, eaſque autoritate quadam munire poſſunt. Conſilia itaque acuta & promta, ratione Mercurii, ſed fidelia, matura, gravia ac autoritatis plena, ratione Iovis promere poſſunt: vnde & gloriam aſſequuntur, honores diuitias, &c. Sed debiles & abiecti ſi ſimul fuerint, horum omnium contraria euenient: Erunt enim tales ſtulti, inſipientes, nugatores, irriſores, ſapientiam ac virtutem ſimulatam præ ſe ferentes, multa ſibi arrogantes, fallaces, circulatores, qui in triviis multarum rerum peritiam iactitent & profiteantur: Pontan. libr. 6 cap. 7 rer. cœleſt.

♃ Mercurio aſſimilatus.

Sic ſi ♃ Mercurio aſſimiletur, erit natus omnium ſcientiarum peritus, boni ingenii, conſilii, bonorum morum, beneficus, amabit Collegia, amicos & conſanguineos fovebit: divitias & honores habebit, & negocia principum adminiſtrabit, erit tamen diverſorum morum, cautus & fraudulentus, 4 Aph. 39.

Ex his patet, quomodo qualitates morum in reliquis Planetis, ſi ſimul ſignificatores exiſtant, inter ſe commiſcendæ ſint, quarum commixtionum exempla plura in 17 cap. 3 lib. quadr. Ptol. In cap. 9 par. 4 Haly: In 6 l. b. Pontani de reb. cæl. Et Card. 4. ſegm. Aph. extant; unde ſtudioſi requirant.

Prodeſt vero, cum plures, morum ſignificatores ſunt, conſiderare, an aliquo etiam inter ſe aſpectu copulentur, an vero in ſignis ſeparatis hæreant. Quādo enim benigno ſe mutuo contuentur radio, magis laudabiles mores efficiunt. Quando vero inimico ſeſe affliguntur radio, vel omnino ſe invicem non intuentur, obſcurior fit & imperfectior qualitatum commixtio, ex qua minus laudabiles

biles mores oriuntur, ut de aſſimilatione antea dictum.

In genere verò peſſimi fiunt mores ab infortunis, maximè iunctis inter ſe, vel cum Mercurio in 7 loco, poſt in 8, inde 9. Nam DEVM tunc non verebuntur, atq; hoc magis, ſi vim habeant in aſcendente, 4 Aph. 134: Et ♂ in 9 infortunatus, plerumq; facit mendaces, contemtores divorum, 5 Aph. 169. Infortunæ quoq; in 10 loco aſcendenti non amicæ, atq; ibi peregrinæ, natum ſuſpicione plenum faciunt, maximè ſi in corde cæli extiterint, 4 Aph. 139. De infortunis

Cumq; Venus ſignificet voluptatem, idcirco inprimis quoq; conſiderandum erit, quomodo in genitura ♀ ſit poſita. Ea enim honeſtè poſita, honeſtos & laudabiles; inhoneſtè turpes mores ſignificat cum voluptate. De quarto Venere quæ vel honeſte.

Honeſte autem ponitur, quando feliciter conſtituitur in aliqua dignitate, vel cum Ioue ☊, ☽ aut Sole ita tamen ut non ſit Soli iuncta, vel ſub eius radiis: verum in mutua receptione ſeu aſſimilatione & reliquis aſpectibus △ ✶; ♃ enim in Venereis pulcritudinem, decorem, mundiciem & voluptatem abſque infamia notat 6 Aph. 27. Contra inhoneſte ponitur, cum in locis abiectis, nullaque dignitate vel etiam cum ♂ ♄ vel ☋, aut etiam in □ vel oppoſito eorum radio exiſtit, ♄ enim in Venereis auget fœditatem, horrorem, turpitudinem, inverecundiam & infamiam, 6 Aph. 27. Vel inhoneſte ponitur.

Sic quando ♀ cum ♄ fuerit, & aſpexerint dominum aſcendentis, natus pueros amabit, vel vbi non admittitur, feniculas mulieres & ſordidas ancillas, 3 Aphor. 15. Quod ſi etiam ♄ ♀ & ☿ miſceantur, faciunt vitum pollutum omni libidinis genere 6 Aphor. 12. Si ♂ ♀ & ☿ miſceantur, tunc flagitia nati erunt immenſa, vim ſtupris adhibebit & ſpintria erit, maſtrubator crudelis, deceptor, & ſine ratione, potens in Venere. Fæminas tamen magis diliget pueris, 6 Aph. 13. Venus in domibus vel exaltatione Martis, ſemper aliquid turpis libidinis pollicetur, 5 Aph. 37.

De Luna quoq; notetur, quod ea plena lumine iuncta Saturno; faciat prudentes, tenaces, memores, iniuriarum. Affligit autem cerebrum & ventriculum, & membrum, ſigno in quo eſt, correſpondens, 4 Aph. 153. Quod ſi ☽ cum Marte convenerit, erit natus audax, præceps, iracundus & inconſultus ac agilis, 3 Aph 78. Luna quoq; in ☉ quadrato, non recepta, facit humiles corde & parcos ſed tamen qui in quibuſdam rebus ſunt immoderati, ambitioſi, ſplendidi, & honoris cupidi, 4 Aph. 154.

Cæterum præter Planetarum ſignificationes enumeratas, convenit etiam ſignorum zodiaci, in quibus morum ſignificatores hærent, & ſtellarum fixarum quibus iunguntur, inprimis earum, quæ ab Ecliptica non procul diſtant, & vel primæ vel ſecundæ magnitudinis exiſtunt, naturas & temperamentorum effectus ad hanc conſiderationem adhibere. De quibus omnibus quædam adhuc dicemus. De quinto nempe de ſignis.

Ad ſignorum ergo naturas quod attinet, videntur *Humana* ſigna, vt ♊, ♍ ♎, ♐ & ♒, ſi ſint in aſcendente, aut hoſpitium præbeant domino aſcendentis, efficere humanos, manſuetos. *Ferina* vero, vt ♈, ♉, ♋, ♌ ♏ & ♑ inhumanos, inſolentes & rapaces, 2 Aph. 176. Item ſent. 45 Signorum natura.

Centil.

Centil.Ptol. *Cardinalia ſeu mobilia* ſigna faciunt inconſtantes,& ut Haly vult cap.9.par.4, gignunt ſpiritus amantes res ad commune populi bonum pertinentes,& nitentes loqui & agere de rebus communitatis & civitatum. Diligunt etiam tales famam bonam, & amant res divinas, ſunt temperati,pii,bonorum morum,& ſequuntur ac concupiſcunt ſtellarum iudicia. ♂ tamen in illis facit natos faciles ad iram, nullibi tamen magis quam in ♋, nec minus quam in ♑, ſed in ♋ linguam reddit ineptam 5 Aphor.110. *Fixa* coſtantes efficiunt, & producunt ſpiritum nati rectum, amatorem, veracem, non defraudantem,firmum in rebus, iuſtum,intelligentem,patientem laborum,fortem. Si tamen omnes Planetæ in fixis ſint, pertinaciſſimos efficiunt.

Bicorporea ſeu communia ſigna faciunt verſipelles & aſtutos. Pariunt namque convertibiles ſpiritus, ſeſe facile permutantes, unde mores talium difficilime cognoſcuntur. Sunt tamen amatores, Muſici, intelligibiles, vagabundi. Cardan. dicit 5 Aph. 12 Mulieres quibus aſcendens & ☽, ♂ ♀ ac ☿ ſunt in bicorporeis ſignis, peſſimorum ſunt morum.

Imperantia ſigna ſeu Septentrionalia faciunt cordatos: *Obedientia, ſeu Meridionalia* puſillanimes: Maſculina viriles: Fæminina muliebres.

Trigonus etiam terreus tardos ad iram facit,ſed qui conceptam perpetuo retinent: *Aereus* facile iraſcentes, ſed breuiter, *Igneus* non diu ſervantes, ſed ſubito vindicantes: *Aqueus* facit ad omnia tardos,2.Aph. 82. ♂ tamen in ♋ ſubitam efficit iram, ſed minime tenacem, Cardan.3 Aph.51. Terrea quoque & aquea bello: Aerea & ignea contemplationi accommodantur: atque ideo atroces bello gentes ſemper literis inimicæ fuerunt 3 Aphor. 153. Aerea quoque ſigna faciunt proditores, & in his ♏ excellit 5 Aph.166.

Signorum aſcendentium ſignificationes in iudicio morum.

Tribuuntur etiam ſignis aſcendentibus ſpecialia quædam, quæ & lectione & experientia obſervent ſtudioſi. ♈ enim facit ingenioſum, ♉ laborioſum; ♊ fraudulentum, amatorem artium; ♋ inconſtantem; ♌ gravem, triſti facie, fortem, crudelem; ♍ amantem artes, rapacem, crudelem tamen minus; ♎ inconſtantem, verſutum, contemtorem artium; ♏ malorum morum; ♐ audacẽ, militarem ♑ falacem, ♒ humanum, ♓ mutum ſignum, biæſum, fallacem. In ſpecie vero cui aſcendit ♈, ei ſponte occaſiones triſticiæ obveniunt. Cui ♉, ob nimios labores ſibi parit ægritudinem: Cui ♋, ille ſibi anxie quærit amicos, 2 Aph. 9:.

Aequales & mediocres in affectibus ſunt, quibus aſcendunt initia ♈ & ♎, aut fines ♓ & ♍. Immoderati autem, quibus initia ♋ aut ♑, vel fines ♊ & ♐, 4 Aph. 108 Leves ſunt, quibus aſcendit ♉ & ♒, leviores quibus ♓, at leviſſimi quibus ♈ & inconſtantes: Inconſtantes & quibus ♋; ſed non leves, crudeli tamen; quibus vero Planeta levis eſt in aſcendente curſu velociſſimus, promti, fallaces & inconſtantes ſunt 4 Aph.137.

Venus in ſingulis ſignis quid ſignificet.

♀ Quoque in ♈ facit natum delectantem videre picturas pulcras, audire Muſicam, & qui odoribus ac opipare conditis gaudet: In ♉ Muſicum, ebrium, guloſum: in ♊ delectantem ex annulis, quique pingendi, fingendi & pulſandi Muſica inſtrumenta deſiderio tenetur; In ♋ gaudentem navigationibus,

aquis,

Digitized by Google

aquis, rebus popularibus, cantu proprio: In ♌ amatorem; In ♍ gaudentem [illegible] voluptate. Deſiderium enim eſt in jecore, facitque guloſos: In ♎ [illegible] ♏ Venereis intentum: In ♐ & ♑ ſaltibus, & Equis gaudentem: In ♒ curſu: In ♓ ſaltatorem, choreis ſe delectantem & euntem per loca amæna. Hæc autem in pueris clariora videntur, qui inſtitutione aut pudore minus tenentur, 4 Aph. 32, ♂ in ♌ per ſe ſolus elevatus occiſores facit, & iracundiam pravam, 2 Aph. 136

Porro nec ſtellæ fixæ negligendæ ſunt, ſi in horoſcopo, aut cum morum ſignificatoribus conſtituantur, quandoquidem & ipſæ magnam in decernendis moribus vim obtinent, & Planetarum vires excitant ac augent; plurimum vero iuxta Planetarum naturas quas referunt operantur. De ſexto ſtellis nempe.

Caput enim Meduſæ in 21 fere gr. ♉ crudelitatem nato ingenerat, & violentiam, qua vel ſibi vel aliis mortem violentam infert, vel mortis violentæ cauſſam præbet. *Pleiades* in 24 grad. ♉ laſcivum natum & ad voluptatem proclivem faciunt, ambitioſum, turbulentum. *Oculus* ♉ in 4 grad. 20 *l* ♊ ferociam, animoſitatem, ſpiritus militares nato affert, & turbulentum, inquietum ac ſeditioſum efficit, interdum tamen bonum ſocium, ſi in aſcendente vel cum ☉ ſit, 4 Aph. 29. Quod ſi etiam dominus aſcendentis cum oculo ♉ fuerit, erit natus occiſor: Et hoc ſi talis dominus fuerit Planeta maſculinus, maxime infortuna vel ☉ 2 Aph. 138. ♄ etiam cum oculo ♉ generaliter magna detrimenta facit, & vitia animi flagitioſa decernit, 2 Aph. 103. CaputMeduſæ. Plejades. Oculi Tauri fixi.

Capella in 16 grad. 30 *l* ♊ curioſitatem in animis hominum & ſollicitudinem cum timiditate gignit. Deſiderant tales omnia ſcire, & libenter novos rumores audiunt. *Cingulum Orionis* à 17 in 20 grad. ♊ ingenium acuit, memoriam & induſtriam affert. *Canicula* in 9 grad. fere ♋ hominem deſignat petulantem, ad iracundiam pronum, ſuperbum, incautum, violentum & effrenem. *Hercules ſeu caput* ♊ *ſequens* ♏ 18 grad. ♋, calliditatem & aſtutiam affert nato, item animoſitatem & audaciam cum temeritate & crudelitate coniunctam. *Cor* ♌ *ſeu baſiliſcus* in 14 grad. ♌ cum domino horoſcopi aut ſignificatoribus morum, magnanimitatem addit, & mores graves ac generoſos, item dominandi cupiditatem tribuit. Cardan. 4 Aph. 86 ſcribit. Sicut proprium eſt cordis ♌ facere fortem & comem, ita cordis ♏ rapacem & præcipitem: At caniculæ ambitioſum ac magnanimum. *Spica* ♍ in 18 grad. 26 *l* ♎ morum ſuavitatem, ſedulitatem in cognitione artium & ſcientiarum, præſertim Mercurio iunctus, & gravitatem notat: Cum Saturno zelotypos, aſperos & inconvenienter graves: Cum Marte ſeveros, ſtolidos. Stad. cap. 9 Canon. Berg. Capella. Cing. Or. Canicula Hercules. Cor Leon. Spica ♍

Arcturus in 18 gr. 50 *l* ♎ fidelitatem & morum integritatem affert; ingenerat etiam regnandi cupiditatem. *Cor* ♏ in 4 grad. 24 *l* ♐, magnanimitatem, temerarios impetus, audaciam, crudelitatem, & rapacitatem ſignificat, bonam tamen fortunam cum ☉ in aſcendente, Card. 4 Aph. 30: Cum Mercurio crudeles, ſicarios, percuſſores, inprimis Marte adiuvante, Stad. ibidem. *Lyra* in 9 grad. 54 ♑ ad Muſicam & volupta- Arcturus Cor Scorpionis. Lyra.

tes

Digitized by Google

tes animum nati inclinat. *Aquila* in 26 grad. 20 ♑ animoſum, fortem,
Aquila Rictus Capric. ſanguinarium & invictum denotat, morbus quoque ferocitatem addit.
Rictus ♑ in principio ♒ ingenium præclarum denotat, ſi ☿ permiſceatur.
Delphin *Delphini* conſtellatio a 9 gr. in 15 ♒ denotat quidem ſimplicem vultu, at hilarem, qui nationibus & ſaltationibus delectatur, & animo duplex eſt, hoc eſt aliud pectore condit, aliud voce promit, & amicitiam ac
Cauda Cygni. candorem ſimulat *Cauda Cygni* in principio ♓ ingenioſum hominem, & ad artium liberalium ſtudia aptum efficit.

De ſeptimo Temperamentis. *Poſtremo temperamentorum hi ſunt effectus:* Sanguineum temperamentum *efficit homines hilares, liberales, fideles, affabiles, lætos, apertos, pacificos, veraces, modeſtos; religioſos, mites placabiles, non tenaces offenſionum, iucundos, converſationis amantes, ac in converſatione proniores ad voluptates, & ſtudiorum triſtitiam diſciplinæq; moroſitatem effugientes.* Cholericum *iracundos facit, contentioſos, rixarum & vindictæ cupidos, ambitioſos, importunos, imperioſos, incautos, temerarios, leves, multis periculis ſe expouentes, tumultus & bella moventes, diſcordias ſerentes, ingenioſos tamen, apertos & facile mutabiles.* Melancholicum *tardiores facit ad agendum, fraudulentos, occultantes ſua conſilia, profundę cogitationis, prudentes, ſeveros, tenaces, ſuſpicaces, triſtes, timidos, tremulos, moroſos, offenſionum diu memores, inexorabiles, ambitioſos, aliorum contemtores.* Phlegmaticum *puſillanimes facit, muliebres, inconſtantes, revelatores arcanorum, incredulos, tardos in actionibus.*

Primum noſtrum exemplum. Veluti in noſtro primo *exemplo quia nullus Planetarum horoſcopum occupat, Mercurio vero ♀, Lunæ Sol platice iungitur, & ♃ genituræ dominus Lunam □ radio intuetur, eſtq; temperamentum phlegmaticum, vt ex c. 5 videre fuit, varietas quædam morum innuitur, quæ ratione temperamenti puſillanimem, tardum in actionibus, ratione ♃ honeſtum, religioſum humanum, grauem cum moderatione, ordinate viuentem, candidum & apertum, in his vero propter ♎ mobile ſignum in quo eſt ♃, inconſtantem, ſed amantem ea quæ ad commune populi bonum ſpectant, Legitimam Venerem non curantem, ob ♀ in ♑ conſtitutionem, qui eſt ♄ domicilium, & Martis exaltatio. Luna creſcens nominis celebritati aliquid adderet, niſi debilitas eandem viciſſim imminueret: Dominus genituræ ♃ & horæ Planetariæ ♂, animum addunt ad medica ſtudia, & in iiſdem felicitatem pollicentur. Trigonus quoq; terreus, in quo pleriq; ſignificatores exiſtunt, conceptæ iræ tenaciſſimum natum oſtendit, & bello gaudentem; quando & excepto Iove omnes Planetæ in terreis & aqueis ſignis verſantur.*

Exemplũ alterum. *In altero exemplo, cum nullus Planetarum in horoſcopo reperiatur, nec vllus Mercurio vel Lunæ iungatur, Dominum primæ Mercurium morum ſignificatorem iuxta regulam 5 conſtituimus, præſertim cum & genituræ ſit dominus. Eidem vero Lunam quæ horoſcopum △ radio inſpicit, nec non Venerem, quæ Lunam partili □ intuetur, iungimus; ſed ita tamen, vt principaliter ex Mercurio iudicemus, qui in ♊ rationali, maſculino, imperante & bicorporeo ſigno, humanum, manſuetum, cordatum virilem, facile iraſcentem ſed breuiter, Muſicæ & harmonicis concentibus delectantem, & in domo propria ingenioſũ,*

doctum,

doctum, cum dexteritate omnia facientem, moribus compoſitis, & quibuſvis perſonis & tempori ſe accommodantem denotat. Luna decreſcens & peregrina tarditatem quandam in negotiis: at Venus in propria domo venuſtatem & gratiam moribus addit. Temperamentum quoq; maxima ex parte ſanguineum cum bilarem, liberalem, affabilem, apertum, pacificum, pium & religioſum, offenſionum non tenacem, ſignificat.

Hactenus de moribus: Nunc de ingenio.

Ingenium vocamus animæ facultaté in cerebro, qua naturali ſagacitate à ſenſibilibus excitata res cognoſcit, iudicat, & memoria tenet. *Hinc* felix *ingenium appellatur, quod vel multa prudenter & celeriter excogitat, vel ab aliјs tradita facile agnoſcit & dijudicat, vel in agendo omnia dextre exequitur.* Infelix vero & ſtupidum, *quod nec per ſe aliquid excogitare, nec ab aliјs inventa intelligere, nec quæ agenda ſunt, expedire valet.* Significatores ingenii ſunt, ☿ primarius, & Luna ſecundarius. *Hæc enim ſubſtantiam, ille ſpiritum ſeu virtutem cerebri gubernat: Card. com. ſuper 64 text. lib. 3 quadr. Ptol. Nodi quoq; ☊ & ☋ bis configurati ingenium faciunt.* Ingenium quid Felix. Infelix. Significatores ☿ & ☽

Primum vero hoc in genere de Mercurio notandum eſt, quod ☿ feliciter poſitus, largiatur felix ingenium. Infeliciter conſtitutus nullum aut exiguum. Ponitur autem feliciter 1 in domibus vel ſuis ♊ & ♍, in quibus Arithmetica ingenia facit, vel Saturni ♄ & ♒, in quibus dat Mathematicos & Phyſicos naturæ ſecreta ſcrutantes: vel ſignis aereis ♊ ♎ & ♒, in quibus dat eloquentes: ſicut politicos in ♓ ♐ ♉ & ♎ ſignis Iovialib. & Veneteis. Huc pertinet Aph. Card. 171 ſegm. 2 ☿ in ♎ & ♒ ingenium celebre, vt nullibi aliàs, præſtat, facit etiam aliquid in ♄. 2 cum felici aſpectu ⚹ vel △ vel aſſimilatione ☽. 3 extra 6 & 8 domum. Etſi enim vna cum prima domo, 3, 5, 9 & 11 principaliter cõſiderandæ ſunt, quę aſcendens ⚹ vel △ intuentur: tamen certum eſt 2, 4, 7, 10 & 12 non prorſus exclud. Namque in 12 domo ☿ cenſetur felix ingenium conferre Almanſ. Aphor. 34 vbi hoc dicit: Cuicunque ☿ in 12 fuerit, erit ſapiens, magnuſque Philoſophus. 4 Cum bonis radiis aut corpore bonorum, vel ſine præſentia aut malis radii maleficorum. Iudiciū ex ☿

Deinde de Luna quoque hoc notetur, quod feliciter poſita, creſcens lumine, & prope nodos, præſertim quando eſt vicina ☌, fortunet ingenium. Ex Luna.

Tertio de aliis Planetis hoc obſervetur, quod quando plurimi in △ aereo conſtituuntur, ingenij quoque vires multum augeant. Ex aliis Planetis.


In ſpecie autem de Mercurio hæc notentur: 1 ☿ *ſolitarius exiſtens infra terram artes, ſupra terram, magis eloquentiam adiuvat, 7 Aphor. 131, facit etiam cogitabundos, qui privatim ſpeculantur. 2 ☿ in motu velociſſimus efficit maxime inconſtantes, & in inveniendo expeditos, quiq; ex vna in aliam ſententiam facile labuntur, & promti ſane in rationibus. Tardus vero vel Retrogradus hæſitantes, & qui in inveniendo tardi ſunt, Card. in com. ad text. 64 l. 3 quad. Ptol. 3 ☿ ſub radijs abſconditus, deſignat tractantes obſcura & inutilia. Lucens vero, quæ ſunt in communi vſu & vtiliora 4 Orientalis liberiorem naturam dat: Occidentalis diſſimulatorem facit. Card. in com.* Specialia de ☿

*ſuper text.73 lib.3 quad.Ptol. Notandum vero, quod Planeta, qui præeſt lo-
co, in quo conſiſtit ☿, maximam habeat vim in dirigendis decretis propoſitis: 5
☿ ſalvus, non læſus partiliter à maleficis, præſertim Marte, in bono cœli loco, in
ſignis aereis præcipue ♒, & cum ☊ vel ☋ facit ingenioſiſſimos, ad omnes di-
ſciplinas aptos, & ſemper dat pluralitatem linguarum, 3 Aph.69 Card. Exem-*
Geneſis Melanch-thonis. *pli loco nobis eſſe poſſunt, 1 Genitura* Philippi Melanchthonis, *in qua ☿ eſt
in poſtremis gradibus ♒ habens ante ſe ☋ in 5 domo, vndè ingenij ſui felici-
tate tantum rei literariæ profuit, vt ex eius inſtitutione & ſcriptis, non modo*
Geneſis Andreæ Veſalli. *Germani, ſed & aliæ nationes maximum ſenſerint commodum 2* Andreæ
Veſalli Medici Imperatoris Caroli V *& Anatomici celeberrimi. ☿ enim
in 7 ♒ grad. in domo ſecunda, liber à reliquis Planetis, præterquam à Iove △
radio & à Saturno ⚹ illuſtratus, ingenium ei acutiſſimum, memoriam divi-
nam, & ſtudium ad rimanda ſecreta naturæ propenſum ei conceſſit: vnde &
opus egregium de Anatomia ſcripſit, quo & partem hanc Medicinæ mirum in
modum illuſtravit, & alijs plura inquirendi viam aperuit.*


*6 ☿ ſalvus, in aliquo angulorum, præſertim in aſcendente, in ſigno pro-
prio, vel alio quocunq; exceptis tamen ♉ & ♓, facit omnibus rebus accom-
modatum ingenium.*

Iuſti Ionæ Theologi. *Talis fuit conſtitutio* Iuſti Ionæ Northuſani Senioris & Theologi.
*Habuit enim Mercurium in horoſcopo, plurimoſq; Planetas ♀ ☉ ♂ & ☽ in
in aereis ſignis, qui ipſi ingenij ac iudicii vim maximam conceſſerunt, utut a-
lias iuxta Card. Aph. 140 ſegm. 2. hebetetur in humidis ſignis, imo & in ♒*
Ioannes Heidenri-chij D. *maleficum faciat,* Item Ioannis Heidenrichii, *Theologi. Habet enim ☿ in ♊
domo propria Veneri coniunctum in M. C. liberum à combuſtione & radiis. 7
Cui ☿ in linea aſcendentis fuerit motu velociſſimus in humano ſigno, hic bonæ
memoriæ, boniq; ingenii & acuti erit, ſed mutabilis in conſiliis. 3 Aph. 45 8 In-
genio quoq; prodeſt, ſi ☿ ſit in domo 7 dum modo in ſigno proprio, vel primæ*
Hieron. Vuolfij *domus exiſtat dominus. Veluti in genitura* Hieronymi Vuolfii Oetingenſis
Rhætici Philologi præſtãtiſſimi, *☿ eſt in 7 domo ſigno & exaltatione propria,
cuius ingenium excellens, ſcripta quæ plurima edidit, ſatis comprobant. 9 ☿
ſalvus in eſſentiali dignitate ♂, ab eodem ex eadem dignitate receptus, abſen-
tibus radiis malefici alterius, præclaram ingenii vim præſtant. Exemplo nobis*
Ioachimi Camerarij Eraſmi Reinholdi. *eſſe poſſunt genituræ* Ioachimi Camerarii & Eraſmi Reinholdi *virorum
ingenio & doctrina nobiliſſimorum, quorum ille Mercurium in ♈ domicilio
♂, circa medium cœli habuit. Martem vero in ♊ domicilio ☿ in ⚹ aſpectu.
Huic vero Mercurius in ♒ domicilio ♂, & ♂ in ♍ domicilio ☿ in ⚹ ſimili-
ter aſpectu conſtituitur.*

*Quod ſi tamen receptio hæc habeat Mercurium ℞ & à maleficis affli-
ctum, ingenium efficit induſtrium quidem & acutum, ſed nimis callidum, am-*
Matthiæ Flacij Illirici. *bitioſum & rixoſum. Ac talis fuit conſtitutio in themate* Matthiæ Flacij Illi-
rici. *Recipit enim Mercurium ♂ ex domicilio, ſed □ radio eundem viciſsim
lædit, quod & ♄ facit. Hinc ingenio quidem ſatis acri præditus fuit, ſed nimis
turbulento, rixoſo & ambitioſo.*



10 ☿ *Quoq; ſalvus in aliquo figuræ angulo, vel à Venere vel à* ☽ *receptus ex domicilio, aut exaltatione, inſignem ingenij ſolertiam & doctrinam ſignificat. Veluti in genitura* Georgii Sabini Poetæ *&* *Oratoris præſtantiſſimi;* ☿ *in* ♉ *domo Veneris,* ♀ *v. in* ♊ *domo* ☿ *exiſtit; quæ conſtitutio ipſi & ingenium, & facundiam ſingularem conceſſit. Similis fere genitura eſt* Andreæ Alciati. *Nam* ♀ *in horoſcopo conſtituta in ſigno* ♊ *domo* ☿, *recipit ſuo domicilio* ☿, *quę ſane receptio idem præſtat, ac ſi uterq; Planeta in propria* Georg. Sabini Poetę — Andreæ Alciati.



Io. Schoff. Aemil. *domo eſſet . Item* Ioannis Schofferi *Aemiliani Poetæ & Oratoris elegantiſſimi affinis deſideratiſſimi. Habuit enim ☿ in ♎ domicilio ♀, & Venerem in ♍ domicilio ☿: qui poſitus dicendi ſingularem gratiam & iudicium grave ipſi dedit, Mercurio inprimis in ⚹ ♄ conſtituto.*

Ioſeph. Scalig. *Similiter in ſpecie de Luna hoc notetur, quod in nodis velox & fortunata etiamſi nullo aſpectu Mercurium intueatur, callidos, agiles & ingenio ſubtiles ac prontiſſimos efficiat lumine inprimis creſcens : cuiuſmodi conſtitutio eſt* Io-

ſephi

ſephi Iuſti Scaligeri. *Luna enim creſcens non modo in angulo imi cæli ♈, ſed & Veneri iungitur: Quæ conſtitutio ſingulare ingenium & venuſtatem ipſius orationi conciliavit, præſertim cum & Mercurio ♃ in ♌ copuletur, quæ ♂ facundiam & gravitatem quandam ipſius excogitatis & ſcriptis addit. ☿ enim in ♌ facundos facit, in ♈ ſermone gratos*, 2 *Aphor.* 171.

Poſtea ſi Mercurium cum Luna conſideramus hi Aphoriſmi obſerventur 1 ☿ coniunctus ☽, vel eandem ⚹ vel △ radio intuens, felix dat ingenium. △ tamen Cypr. imbecillior eſt ⚹, Cardano v. fortior. Hoc modo in ⚹ ☿ Lunam conſtitutam habet *Andreas Sartorius* I.D. cuius thema ſupra propoſui. 2 □ ☿ & ☽ etiam dat ingenium, ſed nonnihil turbatum & minus ſagax. Oppoſitio ☿ & ☽ contumacia & ſeditioſa ingenia facit. Talis fuit conſtitutio *Cornelij Agrippæ*, in cuius geneſi oppoſitio ☿ & ☽ ingenium quidem ſagax & varium, ſed maleficum & contumax denotat. 3 ☿ a ☽ ex domicilio vel exaltatione receptus, inſignem ingenij ſolertiam largitur. 4 Arguta & Methodica ingenia faciunt, ☿ & ☽ poſitus in ♊ ♎ ♐ & ♑, ſi permutatis collocentur ſedibus; vt ſi ♒ vel ♑ Mercurius habeat, Luna Geminos aut ♎ poſſidente, vel contra Peuc. in lib. de divin. ſub Aſtrol. 5 Si Mercurio vel ſolitario vel etiam Lunæ coniuncto in ♒, ♃ & ♂ ex Geminis vel ♎; aut etiam Mercurio Geminos obtinenti iidem ♃ & ♂ ex ♎ vel ♒, aut Libtæ inhærenti ex reliquis duobus ſignis iidem △, vel etiam ⚹ occurrant radio, plane abſolvunt ingenia & ad ſummum, ſagaciſſimum & dexterrimum acumen producunt, Peucerus ibidem.

De Mercurio cum Luna.

D. Andreæ Sartorii.

Cornelij Agrippæ.

Tertio de Mercurio cum Planetis alijs hæc obſerventur: 1 Benefici cum ☿ configurati in locis felicibus, adiuvant ingenium. 2 ☿ cum ♀ in ♉ Occidentalis, αὐτοδιδάκτους & Mathematicos facit, ſtupidos ſi ♀ abſit. Idem in ♊ præſtat & quidem feliciſſimi ingenii. 3 ☿ ♀ ☽ & ♌ coniuncti præſertim in aſcendente, faciunt oratores doctiſſimos. Talis ex parte fuit conſtitutio *Eraſmi Roterodami*, cuius iudicium graviſſimum, ingenium acutiſſimum, & oratio copioſiſſima, ex ſcriptis editis eruditiſſimis, omnibus nota eſt. Habuit enim ☿ cum ♀ in horoſcopo, in ſigno aereo ♎, & ♃ trigono radio ☿ & ♀ intuentem. 4 ☿ accedens ad ♄ radios felices, auget memoriam, patientiam laborum, & inventionem rerum ſecretarum. 5 ☿ accedens ad Iovem aut eius radios, auget ſapientiam. 6 Cui ☿ bene, ☽ male poſita eſt bene intelligit, ſed male deliberat. Aliis optimè, ſibi peſſime conſulit, 5 Aph. 172. 7 Valde eruditi ſunt, quibus ♄ ♀ ♃ ac ☽ Mercurium exquiſite reſpiciunt: vno ex his, non Saturno tamen nec ☽, in aſcendente exiſtente, & nullo alio Planeta in angulo nec ex his ipſis conſtituto. Omnis enim Planeta robuſtus in angulo, impedit ſapientiam, 6 Aph. 119. 8 ☿ Soli iunctus aptos facit ad negotia expedienda. Nam ſi quæ expedienda ſunt ſecreto, & cum autoritate & prudenter, merito à nato talem habente poſitum tractantur. Omnia enim præſtat ☿ ſub Sole, quia non videtur & Solis vi fulcitur, & q. prope regem eſt, Cardan. in com. ad text. 64. libr. 3 quadr. Ptol. 9 ☿ cum nodis ſubtilitatem præſtat magnam ingenii, feliciorem

De Mercurio cum aliis Planetis.

Eraſmi Roterodami.

tamen

Digitized by Google

tamen cum ♌ quam cum ☋ 3 Aph. 69.

Notandum quoque quod reliqui Planetæ adiuvent vim Mercurii. Nam ☿ plerumque eius Planetæ naturam aſſumit, cuius domum occupat, aut cui corpore vel radio partiliter ſociatur; ut etiam Card. contendat in com. ſuper text. 64 libr. 3 quad. Ptolemæum de ingenio non ex ☿ ipſo, ſed domino ☿ iudicare. Significat autem ♄ perſeverantiam, & efficit cautos ♃: probitatem & ſimplicitatem, & facit eruditos: ♂ fortitudinem & iram, & facit efficaces. ☉ gloriæ amorem & ambitionem, ſeu ſuperbiam, & efficit graves, ♀ amorem & luxum, & facit facundos, ☿ prudentiam & vafriciem, & facit promtos: ☽ inſtabilitatem, & comos facit, Card. in dicto loco com. ſui.

De Mercurio cum ſtellis fixis.

Quarto de ☿ cum ſtellis fixis notetur. 1 Quod ſtellæ fixæ, parvæ & lucidæ, ingenium præſtant. Vt enim magnum lumen nos impedit in ſtudiis, ſic & ſydera magna nunquam ingenium perſpicuum decernunt. 2 Fixa Mercurio proportionata ex illius natura, aut benefica ei coniuncta, natum ingenio & eruditione illuſtrem facit 6 Aph. 156. Delectatur autem ☿ ſignis aereis & ſiccis, ut ſunt ♊ ♌ ♎ & ♒, non humidis. 3 ☿ cum fixis felicibus de natura ♃ ♂ vel ☉, dat vulgarem eloquentiam, tum magis ſi magnæ fuerint: Cum ſyderibus ♄ ingenium profundum, & hebetem perſuadendi vim 7 Aph. 130. 4 Fixæ quæ ingenium lagiuntur, ſunt tres parvæ in rictu ♑, quæ pertinent nunc temporis ad initium ♒: Præcedens in dextro pede Serpentarii ad 15 grad. ♐, Caput Serpentarii ad 16 grad. ♐, præſertim ſi illis ☿ permiſceatur. 5 Fixæ Saturninæ & Ioviales cum ☿ faciunt ſtudioſos ſapientes, & induſtrios, Ioviales & Martiæ cum ☿ faciunt Medicos inſignes, Stad. cap. 9 de ſtellis fixis 6 Ex clarioribus ſtellis præfertur Spica ♍ cum ☿ aut ☽; Item cum domino horoſcopi. Vis namque dicendi, ſingulari ſuavitate coniuncta conferetur illi, inquit Card. genit. 14, qui vel ☽, vel aſcendens, vel dominum geniture cum ſpica ♍ habuerit. 7 ☿ in domibus ♄, ♑ & ♒, item ♎, & cum ſtellis Saturninis, memoriam adiuvat, raro eloquentiam. *In* ♂ vero domibus præſertim in ♈, facundum, Ptolem. 38 ſent. ſui centil. 8 ☽ quoque cum ſpica & Arcturo, hominem amænum & omni genere literarum & Muſicæ refertum decernit, Card. 3 Aph. 58.

Specialia de ſingulis Planetis.

Notanda & hic ſunt ſpecialia quædam de ſingulis Planetis. De ♄ quidem. 1 ♄ *memoriam præcipue adiuvat, & ideo felix eius conſtellatio felicem facit memoriam, infelix infelicem.* 2 ♄ *cum Orionis aut aurigæ humero dextro, in* 23 *&* 24 *grad.* ♊, *magnam diligentiam, perſeverantiam & ſedulitatem, ac inde nomen illuſtre præſtat,* 2 *Aph.* 100. 3 ♄ *Dominus aſcendentis cum* ♌ *callidum, catum valde, & conſilio tecto oſtendit, Card. gen.* 72 *Cum* ☿ *vero infidelem & avarum efficit.* 4 ♄ *cum ala Pegaſi in* 3 *gr.* ♈ *inſignem facit memoriam.* 5 ♄ *cum Antare in* 3 *grad.* ♐ *in* ⚹ ☿ *memoriam, ſtudium, & ingenium, profundum Veſalio dederunt, ut oſtendit Cardan. gen.* 93.

De Saturno.

De Iove.


De Iove. ♃ *habet ſapientiam, prudentiam & humanitatem, Ideo* 1 *in*

in locis ingenii, 1, 3, 9. 5, 11 domo feliciter poſitus ingenioſos, prudẽtes & humanos efficit. Huiuſmodi poſitus eſt in genituræ Sethi Calviſii Chronologi & Muſici Lipſenſis. *Habet enim Iovem in aſcendente & propria domo cum nodo aſcendente, qui etiam per ſe in horoſcopo conſtitutus ingenium ipſi præſtat; Et ☿ □ partili intuetur Iovem, ſed ita ut ♃ ſuperior illo ſit & dominus loci ☿, ſitque reſpectu ☿ ad dextram. Vnde vt miſericors, pius, honoratus eſt, primuſque inter fratres ratione Iovis; ita ob Mercurium ſtudiis numerandi & metiendi delectatur, quibus etiam præclare inſtructus, non modo ipſe ſibi, ſed & aliis commodat. In divitiis viveret, niſi nocturna geneſis cum ad victam ſibi quærendum adigeret, & ex aliorum munificentia utilitatem promitteret. 2 ♃ cum Orionis humero Mercurio iunctus facit artifices præſtantiſſimos, ingenio docilimo, Aſtrologos divinos, Stad. cap. 9 de ſtellis fixis. 3 ♃ Dominus aſcendentis ſolitarius & felix, facit ut natus diligat diſciplinas, 2 Aph. 65. 4 ♃ in ♍ aſcendens, mellifluum ſcribendi modum dedit* Bombo, *Cardan. gen. 79, quam in vit ♄ trigona irradiatio. Thema vero ipſum, ut à Cardano ponitur, quia in tempore & loco Iovis maxime fallit, correctius damus ex Garcæo; & ingenij acrimoniam, & eloquentiam receptioni mutuæ ♀ & ☿ ex domiciliis, & △ radio ☿ ad aſcendens, adſcribimus, quanquam & ♀ ☌ Soli in △ ☉ idem innuere videatur. 5 ♃ cum Sole in ⚹ ♄, ſi ☉ ſit dominus aſcendentis, facit Catonem memoria inſignem, Cardan. gen. 3.*

Geneſis Sethi Calviſii Chronologi.

Petri Bẽbi.

De



De ♂ De Marte, ♂ *ſignificat audaciam ad laborem, & contentiones: Non vero bene iungitur* ☿. *Nam iunctus, facit improbos & inverecundos, circa tamen artes induſtrios: unde plerumq; ſunt malorum morum: 5 Aphor. 168. At radio felici* ♂ *Mercurio copulatus, ſi Iovis teſtimonium accedit, facit acutos diſputatores, cum* ☋ *fraudulentos, deceptores.*

De ☉ Geneſis Fratris Cornelii, De Sole. 1 *Sol in aſcendente cum* ♌ *vel* ☋ *acutiſſimum præſtantiſsimũq; ingenium largitur, non fallaci regula: Card. genit.* 20, Fratris Cornelii *quam vel*

vel ideo huc adiungere volui, cum & infra c.13 de morbis eius mentionem faciam, vt appareat ingenium illis non denegari, qui omnes fere Planetas habent in ſignis aqueis, quæ ingenio alias adverſantur, modo reliqua recte ſe habeant, ſicut in hac geneſi, ☼ cum ☋ in aſcendente. 2 Sol. cum Mercurio combuſto, artes quidem negat, hiſtoriam & eloquentiam non prohibet. Iuriſconſulti enim & ſcribæ plerumq; habent Mercurium combuſtum coniunctum Soli, Card. ad text. 64 lib. 3 quad. Ptol.

De Venere.

De Venere. *Veneris donum eſt venuſtas. Ideo cum Mercurio feliciter configurata præſertim in prima domo præſtat alacritatem, & gratiam ſermonis & morum. Sic habuit conſtitutam* Eraſmus Roterodamus.

2 *♀ cum ſtellis pedum ♊, vel in collo ♉, poetas facit. Cum corde ♌ Muſicos & Poetas: Stad. cap. 9 de ſtellis fixis. 3 ♀ ſpicæ iuncta in horoſcopo magnam dicendi ſuavitatem, & cum felici radio ♂ Muſicos inſtrumentales inſignes facit. Luna in ♈, bonum ingenium ſed mutabile præſtat, 6 Aph. 7.*

De ſtellis fixis.

De ſtellis fixis per ſe. 1 Cingulum Orionis aſcendens, acuit ingenium, & facit induſtrios: Stad. ex Card. cap. 19. ſuppl. Alm. 2 Spica ♍ in aſcendente, leporē & religionē præſtat: Card. gē. 80. 3 Nati à 12 ad 20 gr. ♓ ingenioſi & ſubdoli fiunt propter triangulum in aſcendente: 5 Aph. 128. 4 Triangulum in occaſu, vafros & callidos facit. 5 Eruditis plerumq; aſcendunt hæc ex 4 ſignis, Card. gen. 3, ♉ ♋ ♌ & ♒; quibus merito addimus ♍ & ♊: Libra quoque multorum doctorum virorum aſcendens eſt, propter Spicam ♍ orientem.

De domibus ingenio maxime convenientibus.

De domibus. Domus quoque cœli pro ingenio conſiderari ſolent ſecundum Garc. cap. 9 de gen. præcipue 1, 3, 9, 5, 11. Tertia n. & 9 religionem, 11 & 5 converſationem, & 1 animam ſignificant. In his domibus quando ingenii ſignificatores ☿ ☽ ☊ & ☋ fuerint, augent ingenij ſignificatum. Vt ☿ in 9 aut 3, dat acutius ingenium, ac ſi eſſet in 7 vel 12 aut alibi. Huc refer geneſin Hieremiæ Setſeri Philoſ. & I. V. D. Profeſ. in Acad. qui Mercurium habet in 9 domo felici △ radio ☽ & ♂ illuſtratum, it. Iovem in 5 in ♐ ſigno proprio fortunatum in △ aſcendentis, cuius & cum Sole trigonocrator exiſtit: Quæ conſtitutio, cum & ſigna ignea & aerea cuſpides primarias teneant, ingenium ſingulare, dexteritatem in judicando, & doctrinam inſignem ipſi ſignificauit; qua & magnatum favorem ſibi conciliavit, vt ad cauſſas graviſſimas dijudicandas adhibeatur. Thema vide infra in ſequenti capite.

Geneſis Hieremiæ Setſeri. P. & I. D.

Item geneſin Calebi Trygophori Phil. Doct. & Prof. in Acad. Francofurt. Habet n. ſignificatores omnes ingenii in domibus convenientibus, *Lunam* cum ☋ in 9. ☿ cum ☊ in 3. Venerem quoque & ☿ coniunctos prope ſtellas Serpentarii in pede & capite ingenium decernentes in ♐ domo Ioviali, cum Sole horoſcopum ♎ ſignum Venereum ⚹ radio irradiantes. Qui poſitus ipſi ſuaviloquentiam cum morum elegantia & ſingulari modeſtia peperit. *Etſi* vero ☿ Retr. & cum ♀ combuſtus eſt: tamen ſupra memini Mercurium Retr. ingenium non negare, ſed tarditatem tantummodo afferre: quam tamen in hac genitura corrigunt reliqui Planetæ omnes, excepta ☽ in ſignis i-

Calebi Trygophori Philoſ. D.

Digitized by Google

gneis,qui inventioni acumen addunt. ☽ quoque in ♋ propria domo prope ☋, lumine adhuc plena ingenium acuit, ♀ denique velox curſu, iuxta Card. cap. 6 lib. 3 ſuppl. Almanah, combuſtionem minus timet aliis Planetis omnibus, quandoquidem humida eſt: imò cum Sole gratiam apud principes viros præſtat, & ab aliis commoda. Signa quoq; in his domibus ingenio faventia ſunt: 1 Saturnina ♒ ♑. 2 Iovialia ♐ & ♓. Prima tamen pars ſigni ♓ ad 12 vſque grad. impedit ingenium, ob ſtellas fixas Saturninas. 3 Venerea ♎, & ♉: Libra quoque melior eſt, quia aereum ſignum. Cardanus etiam in aſcendente ☊ & ☋ ingenium augere exiſtimat. At Planetæ reliqui in domibus ingenii propoſitis 1, 3, 9, 5 & 11 feliciter conſtituti, ingenium augent. Felices Planetæ in his domibus ſine felici poſitu ☿ aut ☽, aut ☊ & ☋, opinionem quidem & honorem eruditionis largiuntur, ſed ſolidam cognitionem non admittunt.

De tempe. ramentis. *De temperamentis. Phlegmaticum temperamentum* inimicum eſt ſtudiis,& facit tarda ingenia, Idem præſtat Melancholia aſinina. *Sanguinei* raro in ſtudiis perdurant,ſicut & cholerici, propter alacritatem naturalem, quæ non patitur frenum diſciplinæ. *Opt.vero ſtudiorũ temperamenta ſunt,quæ ex ſanguinea κρασει ad melancholiam declinant.* Vnde & Ariſtoteles dixit: Bona ingenia eſſe melancholica. *Cholerici* quoque, ſi accedat aliquid melancholiæ,ingenioſiſſimi ſunt.

De imbecillitate ingenii. De imbecillitate ingenii. 1 ☿ *infelix, h.e. peregrinus,cadens, in domo abiecta,combuſtus,ſub radiis,motu tardus, læſus partiliter a Marte aut ♄, radio □ vel ☍,ſignificat exile & ſtolidum ingenium, tardum in actionibus, ☿ n.celer motu promtitudinem;Retrog.tarditatem efficit; vt & ſupra monui: Et mali ſunt animi,quibus ♂ eſt in Mercurij □ radiatione: 2 Aphor. 32. 2 ☿ a Sole & Saturno valde afflictus, ſtultos facit, præſertim in ♉ ♓ & ♒. 3 ♂ coniunctus Mercurio induſtrios quidem, ſed infideles & contumaces efficit, 5 Aphor. 168. Cum corde vero ♒, crudeles,ſicarios, percuſſores, & in tertia domo fratricidas ſignificat: Stad. c. 9. de ſtellis fixis.Sed tamen idem ♂ Mercurio coniunctus cum felici teſtimonio Iovis, Sophiſtas acutos, & militaria ingenia feliciſſima efficit. 4 Si Mercurius in Martis conſtellatione, h.e.ſigno vel aſpectu fuerit,natus erit mali intellectus, ob nimiam ſiccitatem: Cardan. 7 Aphor. 151. 5 Quod ſi Venus cum Saturno fuerit, & ♂ & ☿ in loco ☽, natus erit ſtultus, Philoſophum ſe putans, 6 Aph. 113. 6 Quando ♄ cum Mercurio in aſcendente fuerit, & ♃ eis oppoſitus retrogradus in 7 loco, natus erit duri ſenſus: 6 Aph. 116. 7. ☿ prorſus a Luna ſeparatus, vt nullo prorſus eam aſpectu intueatur, imbecille notat ingenium, niſi aliquomodo ſit felix: Garc.cap.9 de iud.genit.*

De Mercurio in ſignis. *De Mercurio in ſignis* 1 ☿ in humidis ſignis, præſertim ♓, ſine Veneris aut radiis felicibus aliis: *Item* in cervice ♌, ſtupidos & ignavos facit. Stad. cap. 9. de ſtel.fixis. Facit etiam ☿ in ♓ impedimentum in lingua, & in ſermone abſurdum. Dicunt n. tales aliud, quam mente conceperunt. Idem evenit illis, quibus ♓ aſcendunt. 5 Aph. 8. 2 ☿ in ♓ cum Iovis aut Saturni felici teſtimonio, non deterret à literarum

rum

rum ſtudiis, licet propter varia impedimenta raro ſolidam eruditionem concedat. 3 Ne laudes ingenium illius, qui habet ☿ in ♉ vel ♍ Occidentalem, multo minus in ♑, quamvis egregium videatur, ſine *Ioue*, Luna, ♀, aut fixa ex horum natura, *6* Aph. *6*. 4 ☿ in ♉ ℞ aut combuſtus, vel in ♑ in 12 loco, à malignis partiliter damnatus, ſimplices & rudes efficit, quamvis eum ☽ aſpiciat 5 ☿ in ♒ Marti coniunctus in 8 vel 12 domo, mirifice lædit ingenium, adeo vt rude & ſimplex plane denotetur, ineptum ad ſtudia.

De Mercurio in domibus.

De Mercurio in domibus. ☿ in 7 ſignificat ſtudium, præpoſterum, niſi ſit dominus aſcendentis, ac tum in negotiis valde prudentem efficit: Gen. 43 Cardan. *In* 8 ſtultos, tardos & malicioſos facit. In 11 ſtudioſos voluptatum. In 12 latrones, Cardano præſertim, quando ibi ſimul eſt cum ☋, & cum mala conſtellatione Martis.

De Luna. Luna à Sole combuſta corpori & fortunæ nocet; Facit etiam cogitabundos & melancholicos. Aduritur n. cerebrum. Cardan. 2 Aph. 30. Quod ſi tamen ☿ feliciter ponatur, in ☌ ☼ & ☽, ingenio non officit, vt in genitura Eraſmi Roterodami, qui fuit ingenioſiſſimus ſed valetudinarius. 2 ☽, cum ſtellis ♒ à 4 gr. ad 10 ♓, vel aliis ſtellis Saturninis iuncta, modo ſit minuta lumine, & vicina combuſtioni, ſtupidos facit Cardano, qui ſtoliditate & temeritate inſignes ſunt: Stad. cap. 9 de ſtellis fixis. 3 Luna læſa, natum facit declinare a communi conſuetudine. Ideo tales dicuntur ſtulti; Mercurio læſo dicuntur hebetes tantum.

Primum exemplum.

In noſtro primo exemplo generoſi nati, *nulla inter ☿ & ☽ eſt connexio, niſi quod in vno eodemq; ſigno Saturnino, exaltatione ♂, ambo commorantur, ☿ in principio, ☽ in fine ♑. Eſt & Luna combuſta in ſuo detrimento, & admodum debilis, & infortunata. ☿ quoq; debilis, fortior tamen Luna; Vnde diſſidium rationis cum affectibus colligitur, in quo ratio nonnunquam, interdum etiam affectus dominantur, plurimum tamen affectus rectæ rationi ſubijciuntur. Bonitatis enim ingenij & iudicij ſigna ſunt, quod ☿ in ♑ ſigno Saturnino termino proprio, liber a combuſtione & radijs, & in ☌ cum Venere exiſtit, quæ & ipſa cum Mercurio in receptione ex exaltatione cum Marte, Martem ✶ radio intuetur infirmitatis vero ingenij ſigna ſunt, quod ☿ & ☽ in 6 domo hæreant, Luna infortunata & à Sole combuſta ſit; ☿ debilis, retrogradus, à Luna alienus, nullo radio eandem intuens. Sunt & excepto Ioue, qui eſt in ♎ ſigno aereo, Planetæ reliqui omnes in ſignis terreis & aqueis. Vnde ingenium nato non adeo fæcundum, memoria tamen firmior decernitur: Et licet quod ad ſtudia ratione etiam conditionis ſuæ natus ad defectum inclinet, quando & Martialibus rebus, equorum, amorumq; tractatione, quæq; igne elaborãtur magis gaudet, ob Martem ✶ radio Mercurium & ♀ intuentem: quia tamen ♀ Mercurio iungitur, comem, affabilem & benignum omnibus ſeſe præſtat.*

Alterum exemplum

In altero exemplo, *nato egregius rationalis facultatis animæ conſenſus cum reliquis potentijs promittitur; ex eo fundamento; quod ☿ & ☽ ſeſe △ radio ex ſignis aereis intueãtur. Ac licet Luna ratione loci in M.C. fortior eſſe videatur Mercurio, qui in 12 eſt loco: multo tamen potentior eſt ☿ quam Luna, vt*

Digitized by Google

ſupra cap.1 in collectione dignitat. eſſential. oſtendimus: Eſtq; ☿ in ſigno imperanti, ut breuium aſcenſionum, Luna mobadienti. Hinc ratio dominatur inferioribus potentijs, & affectus rationi rectæ obtemperat. Felix quoque ingenium nato decernitur, cum quod ☿ eſt ſalvus, extra combuſtionem, directus, velox, in propria domo, & Geniture dominus; tum quia radio △ Lunæ illuſtratur, nec longe abeſt △ ♃, quanquam ex fine diverſæ naturæ ſigni, ⚹ item ♄ ad ☿ in ☍ Iovis, quæ omnia ingenij & memoriæ bonitatem confirmant. Etſi ergo Luna decreſcens & à nodis ſejuncta, item □ radio ♀ ex ſigno terreo pulſata, ingenio aliquid nocumenti afferre, ſicut & ♄ in aqueo ſigno memoriam lædere ſtudet: Decernimus tamen, propter prævalentia teſtimonia felicis ingenij, & memoriæ, quã & ☋ in Saturinno ſigno roborat, nato ingenium bonum, ſtudijs artium & Philoſophiæ maxime accommodatum, in conſilijs dandis perſpicax & cautum, cujus opem amici, non tamen ſine diſpendio & curis nati utuntur, ob ♄ & ♃ oppoſitionem ex 5 & 11 domo: Memoriam tandem mediocrem, qua quæ didicit retinere & alijs communicare valet: Sanguineum temperamentum, converſationem crebram cum amicis, & hinc remiſſionem à ſtudiis innuit.

Caput IX.

De fortuna, & miſeria nati in genere, & in ſpecie de divitiis.

HActenus eam doctrinæ Aſtrologicæ partem abſolvimus, quæ de accidentibus ad ipſam nati eſſentiam, hoc eſt corpus, vel animam pertinentibus, indicare docet: nunc oſtendemus, qua ratione judicium ferendum ſit de reliquis accidentibus, quæ extrinſecus accedunt, & ſeparabilia ſunt à nati ſubſtantia, qualia ſunt divitiæ, facultates, agnati, ſorores, fratres, conſanguinei, affines, matrimonium. liberi, valetudo corporis, religio, itinera, honores, dignitates, amicitiæ & familiaritates, inimicitiæ, carceres & ſimilia.

De illis quæ extra nati ſubſtãtiam ſunt obſcurius iudicium fertur.

Obſervandum autem principio in genere eſt, de his omnibus, cum extra nati ſubſtantiam exiſtant, judicium obſcurius minuſque certum deſumi poſſe ex themate, quam de pleriſque præcedentibus, quæ hominem quam primum natum inſeparabiliter comitantur, ipſique ad finem uſque vitæ adhærent, & in his ipſis quoque diverſitatem quandam deprehendi. Quæ n. ex his arctiore cum vita hominis vinculo copulata ſunt, ut divitiæ, facultates, quibus ſuſtentatur vita: item morbi & corporis affectiones, cum horum etiam ſeminaria, in prima ſtatim conformatione homo partim ex vitio parentum & ſeminis, partim ex infauſto ſyderum poſitu, & cauſſis propinquioribus aliis contrahat, de his certius iudicium colligi poteſt, quam quæ extra ſubſtantiam nati, atque ab hac ſeparata protſus ſeorſim ſubſiſtunt; ut ſunt fratres, ſorores, coniunx, liberi, & ſimilia. Primum vero de divitiis docebimus, cum primæ domui ſecunda, gerens facultatem ſignificationem, ſtatim ſuccedat, & vitæ hu-

De divitiis quare hic agatur.

ma-æ

Digitized by Google

manæ conditio hunc ordinem monſtret, ut natus in lucem infans, ſtatim de medijs quærat, quorum ſubſidio vitam ſuſtentet, & aliquandiu protrahat.

Vt vero à generalioribus ad ſpecialiora progrediamur. Primum quidem de felicitate, infelicitate & mediocritate in genere, poſtea de divitiis in ſpecie agemus.

De felicitate.

1 *Cum tres, 4 aut plures Planetæ conſtituti reperiuntur in eſſentialibus ſuis dignitatibus, nempe domo propria, exaltatione, aut mutua eorum receptione, tum excellentem fortunam, & celeres ac proſperos ſucceſſus in rebus expediendis ſignificant. Iulius Firm. lib. 2 cap. 24, & Garc. cap. 24. lib. de jud. Genit.* Regulæ felicitatis.

Talis fuit conſtitutio in themate Potentiſſimi Regis Vngarici, *Matthiæ Hunniadis*. Habuit enim 4 Planetas in mutua receptione, ☉ in ♓ in exaltatione ♀, ♀ in ♈ exaltatione ☉. Mercurium in ♒ domo ♄, & ♄ in ♊ domo ☿: unde etſi initio variis calamitatibus preſſus fuit, tamen ex iis tandem ita emerſit, ut ex carcere, in quo apud Georgium Podiebracium Bohemiæ gubernatorem detinebatur, anno ætatis 15 Chriſti 1458 ad regiã dignitatem evectus, formidabilis fuerit non modo Friderico Auſtriaco Imperatori, verum etiam Turcis. Geneſis Matthiæ Hunniadis Regis Vngariæ.

Similis genitura fuit quoq; *Mauritij Electoris Saxoniæ*. Tres enim Planetæ ipſi in proprijs ſunt domibus ♀ in ♉, ♃ in ♐, ♄ in ♒ & ☉ in ♈ ſua exaltatione. Hinc inſigni felicitate vſus eſt in rebus uis peragendis, vt etiam ad Electoralem dignitatem peruenerit, & Carolum V Imperatorem ad Paſſavienſem in religione tranſactionem adegerit: Violentam tamen ipſi mortem ♂ natura maleficus, horoſcopi dominus & ſimul diſpoſitor ☉, in ſuo caſu Solem quadrato affligens. & deniq; ☿ 8 dominus in detrimento & caſu ſuo diſpoſitor ☽ exiſtens attulit. Anno namq; 1553 die nono Iulii ad pagum Peina prope Brunſuicum, in conflictu cum Alberto Marchione, tormẽto manuario ad illia traiectus biduo poſt vitam finiit, ætatis anno 33. Quibuſcunq; n. magnæ repente felicitates eveniunt, hos & detrimenta repente magna affligunt, 1 Aph. 6 Card. Huc quoque revocari poteſt genitura, ſupra propoſita Marcellini Cervini, qui Ricardi Cervini quæſtoris in agro Piceno filius, ſtudijs literarum adhibitus, primum Alexandri Farneſii Pædagogus, hinc Neocaſtrenſis Epiſcopus mox Cardinalis S. Crucis, tandẽq; Pontifex Rom. 226 Marcellus 2 dictus factus eſt, Anno Chriſti 1555, quo etiam anno poſt Pontificatum adeptum, ſtatim mortuus eſt, Huic enim ♀ & ☿ in domiciliis ſuis conſtituti, Item ♃ & ♂ ſeſe mutuo domicilio reſpicientes, & ☉ cum ☊ in M. C. fortunam conſtantem dignitates inſignes attulerunt. Mauritij Electoris Saxoniæ. Marcelli Cervini.

2 *Si luminaria & eorum diſpoſitores felices ſint; h. e. in domicilio exaltatione vel receptione mutua, in optimis cœli locis, nempe 10, 1, 11, 2 & 5 verſentur, fortunam & proſperos ſucceſſus in vita ſignificant, ſicut & ♃ & ♀ coniuncti in 1, 10 vel 2 domibus ſine aſpectu ♄ aut ♂ malo.*

Talis fuit genitura Auguſti Electoris Saxoniæ. Habuit enim Solem Auguſti Electoris Saxoniæ.

in

in propria domo ♌ in aſcendente fere iu ✶ Iovis, Lunam in corde cœli in exaltatione ſua & domo Veneris receptam ab eadem in exaltatione Iovis ♋.

3 *Stellæ fixę illuſtres quæ ſunt primæ magnitudinis; vt Regulus, Spica ♍, Arcturus, Orionis humerus dexter, Sirius, Procyos, Pleiades, Oculus ♉, &c. apud Planetas vel in angulis conſtituti, felicitatem quoque inſignem afferunt, quæ quidem conſtans vel diuturnior eſt, ſi beneficis; minus diuturna, ſi maleficis aſſocientur.*

4 *Quod ſi aſcendens, dominus eius, Item dominus nativitatis & luminaria felicia ſint, felicitas quoq; promittitur.*


5 Planetæ omnes aucti motu, valde felices denotant. Facile enim tales negotia ſua expediunt, 4 Aph. 148. 6 ☽ in △ ♃ cum ♌, ſignificat magnam vitæ felicitatem, 3 Aph. 58. 8 Cum ♃ potenti ſtellæ copulatur, aut Sol beneficæ; in oppoſito vero vel □ Luna fuerit, magna fortuna cum malo exitu nato decernitur, 3 Aph. 95.

De infelicitate. *Infelicitas iudicatur ex contrario. Primo enim tres, 4 vel plures Planetæ in ſuis detrimentis, caſu, aut prorſus peregrini, abſque mutua receptione ex dignitatibus eſſentialibus, infinita ſignificant impedimenta.*

Geneſis Ioannis Friderici Electoris Saxoniæ. *Exemplum eſt in geneſi Ioannis Friderici primi Electoris Saxoniæ. Habuit enim tres ſuperiores Planetas in ſuis detrimentis ♄ in ♋, ♃ in ♊, ♂ in ♉ & Venerem peregrinam in ♌ circa angulum occidentis: unde & à Carolo V captus. Electoratu abdicatus eſt; Viſa fuit naſcenti crux rubea in dorſo, quod omen Sacerdos quidam ita interpretatus eſt. Hic puer crucem geſtabit toti orbi manifeſtam.*

2 *Luminaria & eorum Almuten peregrina in caſu, detrimento, vel locis cæli calamitoſis, ut 6, 8, 12; It. ♃ & ♀ infelices, infelicitatem ſignificant. Huc refer Aphor. Cardan. Cui ♀ peſſime poſita eſt, is voluptatem in vita nunquam ſentiet, 4 Aphor. 87. Item cui Luna & ♃ valde infortunati fuerint, etiamſi reliqua ad libitum aptentur, erit tamen natus infeliciſſimus, 3 Aph. 11. Item; Quibuſcumque ♄ & ♂ in eadem ſunt parte ſigniferi, neceſſe eſt in eorum vita magna infortunia accidere, 2 Aph. 6. 3 ubi nulla fixa ſplendida, neq; in angulis, neq; cum Planetis fuerit, ſed omnes ſignificatores fuerint in locis cæli tenebricoſis, & vacuis. 4 ubi infelices ſunt 4 ſignificatores felicitatis, in 4 Regula nominati, vel omnes quoq; Planetæ tardi, & motu impediti, infelicitatem & impedimenta in vita ſignificant.*

Cum



Cum vero raræ ſint nativitates excellenter vel felices, vel infelices, (ſicut 7 Aph. 17 recte Card. monet: Impoſſibile eſt aliquem undaquaq; beatum eſſe) mediocritas indicabitur, & quidem ex his 4 Regulis; 1 Quando ſuperiorum ſignificatoris pars eſt in dignitatibus eſſentialibus bene affecta, pars extra dignitates male affecta. 2 Cum ſignificatores fuerint quidem in dignitatibus ſuis, verum in locis figuræ cæli abiectis. 3 Cum fuerint Planetæ ſine dignitatibus eſſentialibus, & tamen in locis figuræ felicibus. 4 Cum fixæ fuerint in angulis De mediocritate.

Digitized by Google

lis felicibus, ſed non apud Planetas.

Primum exemplum. Veluti in noſtro primo exemplo, *Felicitatis teſtimonia nulla ſunt; mediocritatis pauca. Nam nullus Planetarum in ſua eſt dignitate. præterquam quod ♀ & ♂ in mutua ſunt receptione ex exaltatione ♂ in ♓, ♀ in ♑; pleriq; quoque Planetæ excepto ☿ Retrogrado, veloces ſunt curſu, & mediocrem in rebus peragendis expeditionem promittunt. Infelicitatis vero teſtimonia plurima occurrunt. Sunt enim luminaria extra dignitates eſſentiales, Luna à Sole combuſta, ♄ ♀ & ☽ peregrini, & pleriq; Planetæ in ſexta domo. Vnde nato infelicitas decernitur, quæ infra conditionem competentem natum deprimit, ut propter ♃ & ♂ fortiſſimos in 4 domo neceſſariorum ad ſuſtentationem, & ſplendorem ipſi ſuppetat abundantia.*

Exemplum alterum. In altero exemplo *felicitatis evidentioris teſtimonia ſunt tres Planetæ ♂ ♀ & ☿ in proprijs ſuis domicilijs, Item ☽ culminans in △ Mercurij, & ☿ dominus genituræ fortis & mediocriter fortunatus. Mediocritatis ſunt, quod ſignificatores quidem in ſuis dignitatibus, at in loco figuræ abiecto 12 domo exiſtunt. Infelicitatis, quod ſignificatores nullis ſtipantur ſtellis ſplendidis, Et luminaria peregrina ſunt, imprimis Sol, qui & infortunatur ratione domus 12, in qua exiſtit. Accedit, quod loca principalia primæ & 10 domus, Item Planetæ omnes excepto Iove, in ſignis ſint breviũ aſcenſionũ, de quo ſitu talis legitur Aph. apud Card. Aph. 42. Qui in ſignis breviũ aſcẽſionũ loca habent principalia, obedient alijs vi vel ſponte. Vnde iudicamus cum potiora ſint teſtimonia felicitatis, natum maxima ex parte fortunatum eſſe in actionibus, & in dignitate vivere; Venus tamen combuſta, & ♃* Saturno *oppoſitus, opum iacturam quandam minatur: Serviet quoq; ſua ſponte alijs, licet ratione aſcendentis ſigni ♊ maſculini & imperantis, imperare poſſit vel debeat.*

De divitiis. Mentione divitiarum, *de quibus nunc agendum nobis eſt, Aſtrologi intelligunt in genere omne id, quod vel à parentibus nato relictum eſt, aut relinquitur; vel ab ipſo nato, induſtria propria conquiſitum, conſervatur, augetur, vel diſſipatur. Eſtq; hic locus unus ex præcipuis, de quo quemq; natum ſollicitum eſſe animadvertimus, cum quilibet ſcire cupiat ſuas fortunas, autoritatem & fidem. Nam quantum quiſq; ſua nummorum poſſidet arca; tantum habet & fidei. Conſiderari vero ſolent circa hunc locum plures circumſtantiæ, de quibus antequam agamus, ſignificatores in genere oſtendemus, quorum vulgo conſtituuntur novem.*

Significatores divitiarum novem.

Primus, domus ſecunda. Primus eſt domus ſecunda, *ſpacium nempe illud, quod à 5 gradu cuſpidem ſecundæ domus proxime antecedente, uſq; ad quintum gradum cuſpidem tertiæ domus præcedentem, numeratur. In huius examine conſideratur: Primo ſignum, quod eſt in cuſpide, & alterum ſi quod adſit, vel intercipitur. Hæc ſi fuerint boni & fortunati Planetæ divitias, ſi mali & infortunati, paupertatem ſignificabunt: Anton. de Montul. cap. 10 de iud. nativ. Poſtea aſpectus ad Planetas; qui ſi fuerint boni, bona; ſi mali, contrarium denotabunt. Denique preſentia fixarum. Eodem vero plane modo domus examinatur, quo ſupra cap. 1 huius membri partem fortunæ examinandam eſſe docuimus.*

In qua attenditur 1 Signum. 2 Aſpectus 3 Fixæ

Secundus dominus ſecundæ. Secnudus eſt Dominus ſecundæ: *ubi primum quæritur Dominus ſigni inchoantis ſecundam domum: Deinde dominus ſigni intercepti, ſeu inchoati in*

ſecunda;

ſecunda: Et explorantur eius fortitudines & debilitates, ſecundum præcepta cap.1 propoſita. Quando enim Dominus ſecundi loci, aut loci Iovis ad domin. aſcendentis pergit, & maxime ſi ille dominus aſcendentis ſit ♃, toto tempore vitæ ſuæ in divitiis acquirendis adeo felix erit natus, vt de eo homines admirentur: Cardan. 5 Aph. 83. Quod ſi verò dominus ſecundæ alienus ſit à domino primæ, labor inutilis, & defatigatio inanis, in re augenda, nato ſignificatur: Haly part.4 cap.12. Quod ſi etiam ♃ cum domino ſecundæ ſit, diuitiæ decernuntur: Card. cap.22 ſuppl. Alm. Dominus ſecundæ combuſtus & dominus ⊗ male diſpoſitus, extremam paupertatem indicant, Schon. c.9. de iud. gen.

Tertius ſunt Planetæ in ſecunda, *de quibus obſerventur hæ regulæ.* Tertius

1 Vbi Planetæ in ſecunda domo fuerint, plurimum valent præſentia corporali, & plus quidem, quam ſi radio aliquo ſecundam domum intueantur. Evidentiores autem effectus edit, qui initio ſecundæ domus eſt vicinior. 2 Fortunæ in ſecunda, dant divitias & felicitatem, præcipue ♃ 5 Aph.22. ♃ enim in ſecunda diuitias & omne genus felicitatis ſignificat, Card. cap.1 libelli de iud. Genit. *Exempli loco nobis eſſe poteſt genitura D. Ioannis Heidenrichij, quem ♃ in ſecunda in △ ☉ domini aſcendentis, Divitijs, auro, gemmiſq; micantibus auxit.* Planetæ in ſecunda. Regulæ de Planetis in ſecunda. Geneſis D. Ioannis Heidenrichii.

Sic ♀ in ſecunda divitias & gratiam, & omne genus felicitatis ſignificat, Card. cap. 1 libel. de iud. Gen. ♃ & ☉ in ſecunda, ſplendidum efficiunt, 5 Aphor. 24. ☊ quoque in 2 Schone°o cap. 9 Haly part. 4 cap.12 augmentum ſubſtantiæ, & bonam fortunam denotat. 3 Infortunæ præſertim infelices, malum ſtatum circa bona ſignificant: ♄ quidem paupertatem. Namque in ſecunda indigere natum facit, etiam propriis alimentis diffidentem, in quibuſdam avarum, & generaliter infortunatum. Card. cap. 1 de iud. genit. ♂ vero diſſipationem & profuſionem ſignificat. Hinc ad egeſtatem reducit, & periculis obiicit: Cardan. ibidem. Qui Martem in ſecunda habet, caveat à mercatura 6 Aph. 146. 4 ☉ in 2 ex liberalitate prodigum facit, ſeu magnificis apparatibus divitias diſſipat: Card. cap.1 lib. de iud. Gen. 5 ☿ in 2 malis artibus divitias largitur: Card. ibidem. 6 ☽ in 2 varie fluctuantes facultates ſignificat, pro vt ipſa quoque facie variabilis eſt: Card. ibidem. 7 ☉ & ♂, Item ☋ in ſecunda peregrini, ſignificant hominem effundere ſuam ſubſtantiam, 3 Aph. :68. 8 Divitiarum auctio per Saturnum fit ſenſim, repente per Martem, modica ex vtroque 6 Aph.44.

Quartus eſt Iupiter. *Tantam enim divitiarum ſignificationem habet, vt ſine eius teſtimonio eſſe non poſſint. Non enim proderit nato ſubſtantia, denotata ex exiſtentia domini domus ſubſtantiæ fortis, etiam in aſcendente, vel alio bono cœli loco, niſi à Iove vel ♀ habuerit teſtimonium. ♃ enim benefacit nato de ſua ſubſtantia. ♀ vero parit commoda ex comedendo, bibendo, ludendo cum mulieribus. At cum ♀ vel ♃ non aſpexerint ſecundam vel ſignificatores ſubſtantiæ, natus cuſtodit ſubſtantiam nec de ea commodum accipiet, erit parcus. Haly cap.12 part.4.* Quartus eſt Iupiter.

De eo ergo hæ notentur regulæ: 1 Nunquam erit pauper & inops, cuius nativitatis dominus fuerit ♃, Almanſ. prop. 19. 2 Semper Regulæ de Iovis conſtitutione.

Iupiter potens ingenitura,bonum ingens pollicetur, 5 Aphor. 14. 3 Ille non erit omnino infelix,cui loca principalia fuerint omnia in diguitatibus Iovis,3 Aph.169.4 Ille pauper non erit, cui dominus locorum erraticarum eſt ♃.Cui vero Saturnus,vel dives non fiet, vel relictis non vtetur:2 Aphor.62. 5 ♄ & ♃ ex ſuperioribus Planetis fortunam principaliter adminiſtrant. Cui ergo ambo infelices fuerint, vix habebit in vita dignum laboribus ſuis. In cuius vero nativitate, ex domibus ſuis,aut exaltatione, in angulis trino ſe reſpexerint, illum natum denotant divitem,& bonę fortunę. Idem de ♀ in ♉,& ♄ in ♎ ex nativitate diurna pronunciant Aſtrologi.Quod ſi etiam ♃ habeat aliquam dignitatem, potẽtiam aut teſtimonium,non poterit natus eſſe multum pauper:Haly part. 4 cap.12. 6 ♃ retrogradus non dat diuitias,niſi in fine vitæ:Quod ſi cum hoc fuerit impeditus,cum ſuo domino,nunquam. Idem ſignificat combuſtus cum ſuo domino: 6 Aph. 153. 6 ☋ cum Iove nunquam ditat: 2 Aph. 4. 8 ♃ in ♍ peregrinus & cadens in 12, paupertatem ſignificat. Si vero dominus eius ☿ validus extiterit,natus initio pauper,ſucceſſu vero temporis ditabitur.9 Cum ♃ fuerit in ſexto loco ℞, & dominus ſecundi loci infortuna, peregrina, nec fixa adiuverit, natus erit pauper: 2 Aph. 141.10 Cui ♃ combuſtus eſt in ♌,vir me nunquam nec pauper nec diues erit:6 Aphor.154. 11 ♃ combuſtus & ☿ in □ Saturni, dant inopiam & labores:Genit.3 Card.12 ♃ in ♈,& ☉ in ♋: aut ♃ in ♈, ☉ in ♐, aut ☉ in ♐, ♃ in ♌: aut ♃ in ♎, ♄ in ♋: quæ felix eſt receptio ſingulorum, aut ex domo, aut exaltatione, in iiſdem partibus, natus erit ditiſſimus, ex principibus,vel publico exercitio,Card,cap.10. lib. de jud.genit.13. cum ♃ & ☽ in eadem parte fuerint ad abſidem aſcendentes, erit natus in divitiis feliciſſimus: 5 Aphor. 95. Tres fortunæ ♃ ♀ & ☽, vel ♃ ☽ & ☊ in bono cæli loco feliciter junctæ, egregias opes ex amicitia principum aut orborum ſignificant: Card. in com. ſuper 2 cap. libr. 4 quadr. Ptol. vide & genit. eiuſdem 30. 15 Oppoſitio ♀ & ♃ etiam bona eſt, & lucrum ſignificat: Genit.69. 16 ♃ in Arietis 7 partibus primis, magna bona præſtat mundo & nato, 2 Aph.64. 17 ♀ in Cazuni ☉, ingentes divitias largitur: 3 Aph. 49. Idem præſtat & ☽ in corde ☉: Anton. de Montulmo cap.10 lib. de jud. nativ. 18 ♃ ſolus divitias regis dare non poteſt,niſi alterius luminaris teſtimonium acceſſerit:5 Aph.18.

Quintus eſt pars fortunæ.

Quintus eſt pars fortunæ. *Hanc licet Card. cap. 22 ſuppl. Alm. & alijs quibuſdam in locis reyciat, & divitiarum ſignificationem tantum Iovi, & domino ſecundæ domus tribuat: tamen Ptolemæus eam magnifacit cap. 2 lib.4 quadr.& experientia approbat uſitata Ptol.præcepta. Examinatur autem eodem modo, quo ſup. in 1 cap. expoſuimus.*

Regulę partis fortunæ.

Et de ea hæc tradit Haly par.4 cap. 12. 1 Si ⊗ fuerit potens, & fortunata in bono loco, & aſpexerint eam domini triplicitatum ſuarũ, de bonis & fortibus locis; & ſignificatur quod natus erit acquiſitor ſubſtantiæ, dives, potens, abundans, felix. Sed ſi aliquod infortuniorum damnantium de ☍ vel □ eam ita aſpexerit, permutabitur nati ſtatus, & feret modo indigentiam, modo abundantiam, & accident ei la-

bores

bores intuenda ſubſtantia.

2 Si ⊗ fuerit in termino infortunii, & aſpexerit eam dominus eius de bono & fortunato loco, & infortunia non læſerint eam, nec dominum eius, ſignificabitur quod natus ſe immiſcet vilibus rebus pro lucrando, vilipendens ſe, lucrabitur tamen, & erit eius quod lucrabitur cuſtos.

3 Si ⊗ fuerint in domo ſubſtantiæ, infortuniis non aſpicientibus eam, nec proiicientibus ſuper ipſam ſuos radios, & dominus domus eius aſpexerit eam de bono loco, & in bono ſtatu, forti, claro, & libero ab infortuniis male afficientibus, ſignificabitur quod natus erit dives, & quod ad eum pervenient divitię ſine moleſtia & labore. Sed ſi dominus domus eius non aſpexerit eam, verum luminaria vel eam, vel eius dominum intueantur ſine aſpectu & læſione infortuniorum, erit natus fortunatus & bonæ vitæ, ſubſtantiam & divitias à rege congregabit, & à nobilibus habentibus dominium. At ſi nec dominus domus eius, nec aliquod luminarium eam aſpexerint, erit modicæ ſubſtantiæ, debilis vitæ, ex labore ſui corporis parabit victum ſibi, nec amplius parabit, quam queque die conſumet. Et ſi ibi fuerit infortunata & debilis, ac ſub radiis Solis, vel in radiis infortuniorum, erit pauper multum, nec habebit unde vivat, niſi ex Eleemoſynis, in quibus tamen colligendis quoque infelix erit.

4 Si ⊗ & almuten aſcendentis fuerit in 4, ſignificant durabilem fortunam. Et ſi fuerit cum domino itineris, erit fortuna eius in itineribus. Similiter ſi ⊗ & ejus dominus fuerint in quarta domo, vel alter eorum in quarta, ſignificabitur quod nati fortuna proveniet à theſauris, vel cuſtodia theſaurorum. Sed ſi fuerint in 12 vel 10, ſignificabitur quod natus habeat dominium ſuper captivos, & in carceres conjectos.

5 ⊗ in Oriente, & dominus eius eam reſpiciens, ſignificat natum divitem & potentem in bonis fortunæ.

Sextus ſignificator eſt dominus ⊗, *ſeu ſigni in quo ⊗ exiſtit, qui inſtar aliorum Planetarum examinari ſolet.* Sextus, dominus partis fortunæ. Regulæ.

De hoc notentur hæ duæ regulæ: 1 Dominus ⊗ fortunatus, ac in bono cæli loco, 1, 9 vel 11 conſtitutus, feliciter aſpiciens ⊗, divitem & felicem facit, præſertim accedente Iovis felici radio. Infortunatus vero, ac in abjecto cœli loco, ⊗ non aſpiciens, Iove peregrino exiſtente, vel partem fortunæ non irradiante, contrarium facit. 2 Dominus ⊗ receptus à luminaribus, altero eorum in 1 aut 2 exiſtente, auget divitias. Alienus vero prorſus à luminaribus, & in locis abiectis, minuit facultates.

Septimus ſunt ſtellæ fixæ egregiæ, *præcedentibus ſignificatoribus conjunctæ, vel copulatæ.* Septimus ſtellæ fixæ illuſtres ſignificatoribus reliquis iunctæ.

Nam 1 ſtellæ fixæ regiæ, luminaribus aut ſignificatoribus beneficis, ut ♃ ♀ vel ⊗ permixtæ, divitias & honores inſigniter augent: Stad. cap. 9 tab. Berg. Stellæ vero ad divitias & honores pertinentes præcipuę ſunt: Regulus, Spica, quæ religioſas divitias dat; Item Arcturus, Lyra,


vultur volans, Dexter humerus Orionis, & cauda Cygni cum Iove. Hæ dant dona grandia,& ex paupertate elevant ad ſublimitatem,quod non faciunt Planetæ 7: Almanſ.prop. 27. 2 Dominus ⁘ bene affectus, cum ſtella fixa regia,in bono cœli loco,vel in ſua dignitate eſſentiali,ut domo, vel exaltatione, coniunctus beneficis, aut alteri luminari, vel in mutua receptione, ex iiſdem dignitatibus, magnam divitiarum copiam decernit. 3 Fidicula in 2 domo,Iovi,♀, vel ⁘ permixta,immenſas promittit divitias.Sic dexter humerus Orionis aut aurigæ cum Iove, amplam facultatum acceſſionem denotat. 4 Spica ♍ vel regulus cum ⁘, idem præſtant quæ ♃, ſed tenuius. 5 Arcturus cum Iove,divitiarum affluentiam cum dignitatis excellentia promittit. Idem præſtat Spica ♍ cum eodem,& inſuper Eccleſiaſticam dignitatem præſignificat; Stad. cap. 9 tabul.Berg. Et Garc.cap. 12 lib. de jud. Genit. At ♄ cum Arcturo, rerum profligationem,cum ſpica ♍ mendicitatem minatur. 6 Caput Meduſæ cum Iove culminans,vitæ & necis poteſtatem in alios largitur:Eadem quoque cum Sole,ſi à Iove adjuvetur,decernit. At cum ſorte,divitiarum confiſcationem aut rerum diſſipationem ſignificat: Stad. Ibidem. Breviter, Ioviales & Venereæ ſtellæ in Solis ſatellitio, vel ☉ comitatu, dignitatem & facultatem accumulant. Saturniæ Solem ſtipantes, variis miſeriis implicant, & gravius premunt. Ioviales cum Marte, prodigales & decoctores,ſi ☿ permiſceatur,aleatores denotant.

Octavus domus 4. Octavus eſt domus quarta. *Hanc ideo conſideramus, quia ſignificat terram communem matrem,& parentes: unde patrimonij, fructuum terræ,& metallorum judicia inde petuntur. Albubater cap. 136 & 138 quoſdam de hac domo Aphor.recitat, ex quibus Cyprianus regulas duas memorabiles de fortuna metallica deſcripſit,quas cap. 23 Garcæus, & inde Franciſc. Iunct. in c. 1. li. 4. Ptol.recenſet.*

Regulæ. 1 Saturnus dominus quartæ in quarta domo conſtitutus,fortis & fortunatus,in domicilio nempe proprio,vel exaltatione, directus, velox motu, in aſpectu felici fortunarum, opum & divitiarum affluentiam, ex fodinarum metallicarum cultura ſignificat. Ac talis fuit conſtitutio

Gen. Max. primi Imp. in genitura Maximiliani primi Imperatoris. Nam ♄ in ♑ ac domo quarta fuit directus, velox motu, in △ ♃, nec à Marte læſus. Vnde ex fodinis metallicis inſignem fortunam reportavit, qua etiam potentiam ſuam multum auxit. Talem quoque fuiſſe poſitum narrat Cyprianus

Iacobi Fuggari ſen. in themate Iacobi Fuggari ſenioris, qui floruit imperante Maximiliano. Nam hic cum Generoſis Dom. Turzonibus facta ſocietate, ex auri venis metallicis in Vngaria, immenſos fructus aliquot annis continuis percepit, ut etiam huius viri fortuna ad omnem eius familiæ poſteritatem ſeſe extenderit. Cautio tamen quædam traditur à Cardano 4 Aphoriſ. 136. quæ obſervanda eſt: ♄ in quarto loco, in ſigno fixo, maxime in ♉ vel ♒ firmam quidem ſignificat fortunã, ſed malum plerumque finem. Nam malitia eius frangitur quidem, ſed non tollitur. 2 Dominus quartæ domus receptus ex dignitate eſſentiali



tiali ab altero luminari, aut alterius luminaris diſpoſitore, itidem inſignē fortunam metallicam ſignificat. Talis fuit conſtitutio Ioan. Roſenbergi Auguſtani, cui ♄ eſt in 4 domo, & altitud. ſua, & ☿ dominus quartæ receptus à Venere alterius luminaris diſpoſitore: Quæ conſtitutio ipſi amplam ex fodinis metallicis fortunam decrevit, quę tamen ob ♄ retrogradum tardius ipſum extulit. 3 ♃ in domo quarta patrimonium auget, teſte Card. cap. 1 de jud. Genit. *Io. Roſenberg. Aug.*

Nonus

Nonus ſignificator ſunt ſignificatores dignitatum.

Nonus ſignificator ſunt qui extraordinarie opes afferunt, *cuiuſmodi ſunt ſignificatores dignitatum. Quia enim excellens dignitas raro eſt ſine divitijs: idcirco ſignificatores, qui per ſe magnos honores, & generalem vitæ felicitatem denotant, divitias etiam, ſed per accidens ſignificare videntur.*

Regulæ.

Primo igitur cum apparet ſignificatio, ſine qua non poſſunt eſſe divitiæ, ut regnum, & magiſtratus, & ſacerdotium: tunc prædices divitias, ut cum luminaria fortunatis fixis copulantur Card. cap. 10 lib. de jud. gẽ. 2 Luminaria dant manifeſtas & ſplendidas divitias. Orientales Planetę celerius & manifeſtius, ſetius & occultius occidentales: *6* Aph.49. 3 Luminaria coniuncta, faciunt fortunatum in acquiſitione ſubſtantiæ. Talibus enim ⊗ eſt in horoſcopo. Sic ſi luminaria ſint oppoſita inter ſe, natus ſimiliter erit fortunatus, quia pars fortunæ illis eſt in 7 domo; unde ex coniugis diteſcunt: Leupold. tract. 7. Huc & ad præcedentes regulas de 2 domo; *I*ove & ♀ traditas, referri poteſt *genitura* Matthæi Cunonis Ordinarii & Antiſtitis Iuris in Academia Francofurtana, in qua ♃ dominus 2 domus in ſua exaltatione, in octava domo oppoſitus ſecundæ, in ✶ ☿ & △ platico ♀: & ♀ in mutua receptione ex domicilio cum Marte, ſecundam ✶ intuens: Sol Mercurio junctus in M. C. ſecundam △ radio aſpiciens, ⊗ deniq; in 7 luminatib. ſibi oppoſitis: Virum ingenio & doctrina inſignem, dignitatibus & divitiis ex de mortuorum hæreditatibus & propria induſtria acquiſitis multum auxerunt & ſpica ♍ cuſpidem 11 obtinens, carum & acceptum viris principibus fecit.

Gen. Matt. Cunonis Ordinarii Iuris.

4 Luna divitias & famam ſignificat: *E*a in aſcendente felix, magnam & perpetuam felicitatem deſignat, Gen. 49. 5 Luna cum nodo in horoſcopo, perpetuum fortunæ augmentum facit, Gen. 12. *6* ☉ in exaltatione ſua exiſtens, & Lunam △ aſpectu aſpiciens, & ambo a infortunis libera, natum divitem denotant, ac bonis ſemper abundantem, nec non vitam ornatam ducentem, præſertim in nativitate diurna. Albub. cap. 135 7 Quando ☉ fuerit ab 8 ad ſextam, & tres ſuperiores à prima ad ſecundam, natus cum maximis impedimentis ſemper aſcendet, eritq; in perpetuo fortunæ augmento. Quod ſi ☉ in 8, & tres ſuperiores quoque in 8 vel 7 extiterint, natus ab initio magnis felicitatibus gaudens, ſemper temporis ſucceſſu declinabit, donec miſer evadat: 5 Aph. 107. 8 ☉ in ♌ erigit hominem nec ſinit mendicare: 5 Aph. 33. *9* Cum ☽ in ♋ fuerit in corde cœli, ſignificabitur nati fortuna inconſtans: 2 Aph. 143. 10 Cum ♃ in oppoſito ♀ in tertio loco fuerit, reſpiciens Lunam trigono vel ✶, natus lucrabitur ex itineribus: 2 Aph. *79.* 11 ♃ in 2 & *L*una in 1; aut in 1 ♃ in ſua dignitate, & ☽ in 2 in ſua dignitate, ſimiliter divitias præſtant; *6* Aph. 48. 12 Quando ♄ in nativitate diurna in 8 domo fuerit, & aliqua ex fortunis cum bono aſpectu eum aſpexerit, natus ex mortuis pecuniã conſequetur: Albub. cap. 137. 13 Quando dominus 8 domus in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in M. C. fortunatus fuerit, natus fortunam bonam habebit, & pecuniam ex mortuis conſequetur; Albub. ibidem. 14 Quando dominus ⊗ in 8 domo fuerit, & dominus aſcendentis ipſũ

aſpexe-

aſpexerit,natus ex rebus mortuorum vivet: *Idem* cap. 137. 15 Quando ♄ in bono loco cœli, ac in dignitate ſua domo vel exaltatione fuerit, & aſcendés trino radio aſpexerit,natus ex terris,hortis,vel agris erit dives. 16 Quando ♃ & ♀ infortunati in malis locis fuerint, & inſuper ⁘ malo infortunarum radio petita diſpoſitorem infortunatum habuerit, infelicem & pauperem natum judicare non dubitabis. Albub. cap. 143. 17 ☽ cum ♄ coniuncta in aliquo angulorum, etiamſi rex fuerit, ad inopiam redigetur. Idem cap. 148 & ex eo Card. *6* Aph. 144. Sic □ & ☍ ♄ cum ☽ ſunt infelices. 18 Cum infortunæ in angulis, fortunæ in ſuccedentibus: aut Luna combuſta & dominus loci eius felix: aut locus ☌ ſeu oppoſitionis ab infortunis oppreſſus & cadens, & dominus eius fortuna potens; vel ♃ cadens,& dominus loci eius felix ac potens: natus ex infima fortuna,& in iuventa miſer,ad bonum ſtatum perveniet. *I*dem in cõtrariis:*6* Aph. 142. 19 Cui ☽ eſt in loco Iovis,ſi ♃ non omnino ſit infelix, bonum promittit:*6* Aph. 143.

Cæterum monſtratis ſignificatoribus omnibus ordine, nunc vt in noſtris exemplis ſeſe habeant, oſtendendum.

In primo ergo exemplo: 1 ☊ *ſecundã domum tenet, cui fortitudinis teſtimonia 4 dantur: Fovetur & radio ⚹ ♃ trigonocratoris ex 4 domo teſtimoniis tribus: Nec ulli mali malorum ſunt radii ad ſecundam, præter □ ♄ platicum, qui ut & ☋ præſens, tria teſtimonia debilitatis detrahit. Occupat & ſecundam ♍ domus ☿, quam reſpicit idem ex 6 domo △ radio. 2 Domini ſecundæ ☉ primarius, ☿ ſecundarius, infeliciter diſponuntur; ut in examine primi Capitis oſtenſum. 3 Nullus Planetarum in 2 eſt domo, ☋ vero detrimentum affert. 4 ♃ robuſtiſsimus eſt in geneſi, in □ tamen luminarium. 5 Vtraq; pars fortunæ horoſcopum tenet, & eundem fortunat in ſigno fotunato ☊: Nullis tamen radiis fovetur. 6 Dominus utriuſq; ⁘ ☉ debilis eſt in cadenti domo ſexta. 7 non adſtipulantur fixæ regiæ ſignificatoribus: 8 eſt domus quarta mediocriter felix præſentia ♃, & benifici Planetæ ſigno. Miſcet tamen ſuccedens ſignum ♒, in quo eſt ♄, aliquid veneni, utut inter ♄ & ♂ trigonus ſit. 9 Extraordinarii ſignificatores ſunt: 1 luminaria coniuncta, quæ mediocritatem ſpondent, quia in ſexta ſunt domo. 2 Omnes Planetæ infra terram, excepto Marte, qui infelicitatem minantur.* Primum exemplum.

In altero exemplo *quia ♋ ſecndam domum occupat, cui fortitudinis teſtimonia 4 competunt: Eſt & in aſpectu ⚹ ♀, cui 3 tribuuntur, & ⚹ ☉, cui 1 Eſt præterea ☊ præſens, quod 3 fortitud. teſtim. largitur, nulliſq; petitur malis radius; cenſetur ſecunda domus felix & fauſta 11 teſtimoniis. Deinde domina ſecundæ ☽ fortis eſt, in bono cœli loco utut □ radio ♀ dextro partili petatur ex 12 domo □ item ☉ platico ex eadẽ. Nec eſt aliena domina ſecunda a primæ domino ☿, quando eum ex trigono radio ſiniſtro aſpicit. Tertio nullus quidem Planetarum in ſecunda domo ſubiſtantiæ reperitur, ☊ tamen eam fortunat ſua præſentia. Quarto ♃ nullam communionem cum 2 domo, ut nec domina eius Luna habet; ſicuti ♂ Retrograd.eſt,peregrinus & cadens: Horoſcopi tamen dominum ☿, in 12 domo conſtitutum, △ platico dextro, intuetur: unde magis debilis & infortunatus quam mediocris cenſetur.* Exemplũ alterum.

tur. 5 ⁘ ea, quæ à Sole ad ☽ proiicitur, in ♓ ratione ſigni fortitudinis teſtimonia habet 5; in ⚹ ♀ 3, In 11 domo 4: Et ſic ſatis bene poſita felix eſt 12 teſtimoniis. At nec Dominus triplicitatis ♂, nec dominus domus ♃, ſed ſola domina exaltationis ♀ eam reſpicit luminaribus longius remotis. Ea vero quæ à ☽ ad Solem exurgit, utut ratione ſigni ♍ teſtimonia habeat fortitud. 2, ratione domus 3: Oppoſitio tamen ♄ eam 4 teſtimoniis debilitatis viciſſim dejicit, & in mediocritate ſubſiſtere cogit. Sol poſtea △ radio eam fulcit: Domina vero triplicitatis ♀ longius removetur ab ea. Vnde vtraq; ⁘ mediocriter diſpoſita eſt, & ad felicitatem magis inclinat. 6 Prioris ⁘ dominus ♃ maxime debilis eſt in themate. Poſterioris vero ☿ robuſtiſſimus. Vnde quia ☿ Lunam in M.C. poſitam △ dextro irradiat, debilitas prioris ad mediocritatem reducitur. 7 Stellæ fixæ regiæ nullæ ſignificatoribus ſuffragantur. 8 Domus quarta quoq; vacua eſt ſtellis, niſi quod ♀ & ☉ □ in eam habent radium, ☽ oppoſitum. Nec Sol dominus quartæ felix eſt in themate, vt patet ex examine 1 capit. 9 Extraordinarij ſignificatores ſunt: 1 ♀ mediocriter diſpoſita ſub radiis tamen Solaribus, ♃ infortunatus & in oppoſito ♄. 2 Omnes Planetæ ſupra terram, excepto Iove, qua conſtitutio mediocritatem ſpondet. 3 neutrum luminare à maleficis partiliter læſum.

Quomodo colligẽda ſint teſtimonia.

Collectio autem teſtimoniorum hoc modo fiat. *Diſponantur 1 quatuor claſſes, quarum prima ſit fortium regularium; ſecunda fortium extraordinariorum; tertia mediocrium tam regularium quam extraordinariorum; quarta imbecillium. Poſtea ſinguli ſignificatores pro vt natura eorum exigit, inconvenientes claſſes referantur; Eorumq; collectio fiat, quæ recte inſtituta, vere & dextre iudicabitur.*

Primum exemplum.

Et apparet in noſtro primo exemplo hanc eſſe ſignificatorum diſpoſitionem.

Fortes regulares.	Fortes extraord.	Mediocres	Imbecilles
Domus 2 ♌ *⚹ ♃ ad ſecundam.* *♃ in geneſi fortunat.* *vtraq; ⁘ in horoſcopo.* *Domus 4 felix ♃ præſentia.* *Teſtim. 5.*		*□ ♃ ad ☉ & ☽.* *Luminaria ☌.* 2	*□ ♄ platicus ad 2 domum.* *☋ in ſecunda.* *Domini 2, ☉ & ☿ infelices.* *Vtriusq; ⁘ dominus ☉.* *Nullæ fixæ cum ſignificatoribus.* *♄ in domo 4 in ♒.* *Omnes Planetæ infra terram excepto ♂.* 7

In al-

Digitized by Google

In altera vero hanc

Alterum exemplum.

Dom⁹ 2 ♋ i term. ♂. ⚹ ♀ ad domum 2. ☊ in 2. Domina ſecũdę Luna. 4	*♀ in propria domo ſub radijs tamen ☉. & in 12 domo.* 1	*⚹ ☉ ad domum 2. ☽ in □ ♀ & ☉. Domina 2 ☽ in △ ☿. △ ♃ & ☿ platicus. Vtraq; ∴ mediocris. Domini ∴ mediocres Oẽs fere Planetæ excepto ♃ ſupra terrã. Neutrum luminare à malis læſum.* 8	*♃ nullam communionem habẽs cũ 2, & ſimul in genitura infortunatus. Luna domina 2 non conſentiens Iovi. Nulla fixa cum ſignificatoribus. ☉ dñs 4 infelix. ☍ ♃ & ♄.* 5

Tandem collectis ſignificatoribus ad quinq; queſtiones iudicium quæratur. 1 An natus ſit futurus dives, an pauper, an mediocris. Item an ſplendidæ ſint futuræ divitiæ, an obſcuræ. 2 Vnde, vel ex qua cauſſa efficiente, divitiæ, paupertas, vel ſplendor provenient. 3 An licitæ vel illicitæ ſint futuræ divitiæ. 4 An durabiles: Et 5 quo tempore divitiæ, vel paupertas nato contingent.

De prima quæſtione

An natus ſit futurus dives?

Regula Generalis: Divitias ſignificant fortes ſignificatores. Detrimenta vero & paupertatem imbecilles. Mediocres inclinant ad partem, cui magis favent, nihil tamen donant peculiare. Divitiarũ Paupertatis. Et mediocritatis ſignificatores

Hinc 1 Omnes ſignificatores fortes, ſummè divites ſignificant, omnium rerum copia affluentes, nullius rei egentes.

2 Omnes imbecilles, deſignant extra controverſiam extreme pauperes & mendicos, in ſumma egeſtate conſtitutos.

3 Omnes ſignificatores mediocres, nec pauperes omnino, nec divites denotant. Vel vbi tot ſunt teſtimonia fortunæ, quot paupertatis. mediocritas promittitur.

4 Vbi vero fortes vincunt imbecilles, ibi detrimenta quidem ſentiunt nati, ſed tamen reſpirant.

5 Vbi imbecillitatis teſtimonia vincunt, magis pauper eſt quam dives: & quanquam interdum aliquid lucratur, tamen nihil proficit.

6 Splendor denique divitiarum ſignificatur, quando luminaria cum fixis regiis bene ſunt collocata aut quando fortunæ cum Regulo & ſpica exiſtunt, aut illæ ipſæ fortunæ in bonis locis feliciter ponuntur, fortunarum radiis illuſtrantur aut coniunguntur. Inprimis vero ♃ maximam in decernendis divitiis vim habet.

Veluti in primo exemplo, plura quidem ſunt teſtimonia debilitatis quam fortitudinis: quædam quoq; mediocritatis. ſed manifeſtiora sũt fortitudinis. Vnde nato, pro generis conditione, mediocris ſtatus in divitijs ſignificatur. Domus enim ſecunda fortunata per ſe, & ⚹ radio Iovis fortiſſimi in genitura Planetæ illuſtrata: Item vtraq; ∴ horoſcopum includens, nullius rei indigentem na- Primum exemplum.

tum facit. Etſi ergo ☋ in ſecunda domo, & igneo ſigno, inſigne damnum & indigentiam denotat: Domini etiam ſecundę & vtriuſq; ⁛ infelices, (præſertim cum & nullæ fixæ ſignificatores ſtipent) & omnes Planetæ infra terram exiſtentes ſtatum nati minus ſplendidum, imo laborioſum humilem, & infra conditionem generis abiectum ſignificant: tamen ♃ trigonocrator ſecundæ in 4 domo patrimonium auxit, & ex hæreditate ſufficientia adminiſtravit.

Exemplũ alterum. In altero exemplo, *quia potiora ſunt teſtimonia debilium quam fortiũ, plurima vero mediocriũ, ſignificatur nati divitias à mediocritate ad defectum aliquo modo declinaturas: cum quia ſignificatores fortes nonnullos habent admixtas imbecillitates (Eſt enim initiũ domus ſecundæ in termino ♂. Eſt & domina ſecundæ ☽ inconſtans in largiendis diuitijs) tum quia debiles ſignificatores nullis fulciuntur & recreantur fomentis. ♃ enim in geneſi maxime infortunatus eſt, nec cum ſecunda domo, aut ſignificatoribus alijs connexionem manifeſtam habet. Sol dominus quartæ debilis eſt, & in abiecto cœli loco: Et ☿ dominus primæ alienus eſt à Sole. Neceſſaria tamen ipſi plurimum non deſunt, quando & ♀ altera fortuna in propria domo exiſtit, & nato de ſua ſubſtantia benefacit: Id vero etiam quod largitur, ob Solis radios, ſub quibus hæret, viciſſim abſumit. Detrimenta, quæ accidunt, violenta non ſunt, quia non à maleficis, ſed beneficorum debilitate, inconſtantia ☽ & ſecundæ ſigno dependent. ⁛ vtraq; quæ bona exhibet, in amicis & liberis deperdit, ob ☍ ♄ & ♃ ex quinta & vndecima.*

De ſecunda quæſtione

Vnde divitias, acquiſiturus ſit natus?

Divitias ſignificant & conferunt nato, ſicut dictum, illi tantum Planetę, qui ſunt fortes & fortunati. Sic conferunt nato quoq; aliquid de bonis fortunæ mediocres ſignificatores. Paupertatem vero deſignant imbecilles, & qui mediocres oppugnant: Accipitur autem ſignificatio divitiarum & paupertatis iuxta Leovitiũ; 1 a Planetarum natura. 2 a ſignis, in quibus ſignificatores exiſtunt. 3 a domibus, in quibus reperiuntur ſignificatores. 4 à partili ad ipſos radio, vel bono vel malo. 5 a fixarum, quibus iuncti ſunt ſignificatores, natura. *Spica enim ♍ Eccleſiaſtica: Regulus politica magis ſignificat. Sic Saturninæ ſtellæ terram ſignificant. Ioviales officia & dignitates. Martiales præfecturas militares, &c.*

Paupertatis & divitiarum ſignificatio accipitur ex 5 ſignificatorib⁹.

Porro Planetæ, ſigna & domus, in divitiarum & egeſtatis iudicio duo ſemper ſignificant; Res & Perſonas. Ideo hic quæritur à quibus rebus & perſonis expectandæ ſint diuitię aut paupertas. Quæ vt ordine conſiderentur, initio Planetarum naturas videbimus ex Cypriano Leovitio, & Antonio Montulmo cap. 10.

Primo ex planetarũ natura.

♄ ♄ igitur ſignificat res terreas ipſamq; terram, & quæ ex terra eruũtur ac creſcunt: Hinc agriculturam, metallicas fodinas, defoſſas pecunias ſeu theſauros abſconditos & mortuorum bona denotat, hæreditates itẽ & præbendas, opificia terreſtria, ſordida, & impura ex luto, calce, lapide; tenacitatem, labores duros, ædificationes, navigationes, carceres & ſimi-

la.

lia.Perſonas item quæ hæc tractant,nautas, architectos, ruſticos, foſſores,lapicidas,ſutores,figulos,coriarios, monachos, ſenes ſuſpicaces, taciturnos,ſolitarios.

♃ ſignificat res religioſas & iura, nempe officia Eccleſiaſtica & prætoria,aulica,commendationes, religionem, beneficia regum. Perſonas item religioſas,autoritate præſtantes,doctas,ius dicentes, prefectos provinciarum & civitatum, ſenatores, Epiſcopos prælatos, nobiles, & mares potius quam fœminas. ♃

♂ ſignificat ignem,iram,militiam,exercitus,bella,rixas,impoſturas,fabrilia,Chymica, ferrum, equos. Perſonas item quæ ignita, violenta & militaria tractant,vt fuſores,fabros, bombardarios, milites, Capitaneos,duces,Alchymiſtas,homines rixoſos,Advocatos in iudicijs,Chirurgos,latrones. ♂.

☉ ſignificat publica officia, & vocationes in gubernatione politica,imperia & Magiſtratus,honores,ſtipendia politica,magnanimitatẽ. Perſonas item in magiſtratu exiſtentes, honoris amantes, magnanimos,Reges,Principes,Comites autoritate valentes. ☉

♀ ſignificat voluptuaria, muliebria, amorem, miſericordiam, comitatem, dona à mulieribus,coniugia, dotes, ornamenta, textoriam artem,res precioſas,Muſicam,libidinem & luxum. Perſonas item comitas, affabiles, lætas, miſericordes, mulieroſas, matrem, coniugem, amicam,Muſicos,Poetas,pictores,lapidum precioſorum elaboratores,limbolarios,gemmarios. ♀

☿ ſignificat ſtudia liberalia,Philoſophiam,Matheſin,ſcripta & numeros,divinationes,mercaturas,legationes.Parſonas item politicas, doctas,numeros & ſcripturam tractantes,Mathematicos,Geometras, Philoſophos,Oratores,Mercatores,& artifices ingenioſos. ☿

☽ ſignificat aquam,& variæ mobilia,vt piſcationes,navigationes, cocturam cereviſię,aluminis,nitri,ſalis,legationes,peregrinationes,item ſtudium hiſtoriarum Perſonas inconſtantes, curſores, aquas tractantes, reginas,viduas,plebem,nautas, legatos, piſcatores. Significat quoque matrem,matriſque familiam interdum. ☽

Quod ſi copulentur invicem Planetæ: Eſt Saturni cum Iove cõſtitutio propria ad hæreditates conſequendas;*Inde* ♄ & ♀: vltimo ♄ & ☽: *6* Aph.45.Sic *Iovis* ac ♀ conſtitutio, ex ſacerdotio divitias præſtat. Idem promittunt fixæ quæ de natura horum Planetarum ſunt:*6* Aph.46. De Planetis copulatis.

Secundo ſignorum naturam perpendemus. Secundo ex ſignorũ natura.

Ignea enim ſignificant vtilitatem ex iis,quæ fiunt per ignem, aut per contentiones & rapinas. *Terrea* ex rerum è terra naſcentium vbertate. *Aerea* ex molis ventorum, ex beneficiis magiſtratus, & donationibus;qu a lęge voce tanquam vento donantur. *Aquatica* ex aquis, molis aquaticis,piſcinis, navigationibus. Sic *Saturnina* ex terra, frumentis, metallo & vſura divitias præſtant. *Iovialia* ex officiis publicis aut Eccleſiaſticis. *Martialia* ex rixis, contentionibus, rapinis & igne coctis: *Solaria* à regibus,principibus & donis eorundem. *Venerea* ex mulieribus

& donationibus. *Mercurialia* ex ingenio, mercatura, induſtria propria; ☽ ex legationibus, itineribus.

Tertio conſiderabimus & naturam domorum.

Tertio ex domorum natura.

Prima enim & 2 domus ſignificant propriam nati induſtriam & laborem: tertia fratres, conſanguineos, itinera brevia, 4 parentes, maiores & terram quæ omnium mater eſt, patrimonium, agros, metallicas fodinas, 5 liberos, liberorum inſtitutionem, curam & tutelam, munera, donationes, convivia, voluptates, item converſationem cum ætate puerili. 6 Morbos, ægrotos, medicinam, ſervos, parva animalia, apes, columbas, Gallinas, anſeres, ſues. 7 Coniugium, mulieres, ſocietates, contentiones forenſes, apertos hoſtes, rapinas, ſeditiones. 8 Mortuos, teſtamenta, legata, hæreditates, incantationes, veneficia. 9 Religionem, divinationem, ſomnia, itinera majora, legationes. 10 Statum vitæ ſeu vocationis, cujuſque officium honoratum, artem quā homo tractat, magiſtratus publicos: ſeorſim quoq; matrē. 11 Favores hominum promotiones amicorū & notorum commendationes. 12 Ærumnas, labores, paupertatē, carcerem; occultos inimicos, meretrices, animalia magna, equos, boves, vaccas.

Modus iudicandi.

Iudicaturus itaque conſidera ſignificatores divitias pollicentes, & ex natura cum eorum, tum domiciliorum in quibus verſantur, iudica de medijs, quibus vel acquiſiturus vel amiſſurus eſt natus ſubſtantiam. Veluti dominus ſecundę in ſecunda divitias ſignificat ex reditibus & officio proprio, in tertia à conſanguineis vel itineribus. Omnis igitur Planeta in domo ſua bonum aliquid aut malum oſtendit: 5 Aph. 4.

Exemplū noſtrum primum.

In noſtro exemplo, primo *domus 2 ♌ in ⚹ Iovis, & ♃ fortis & fortunatus in quarta, facultates nato largiuntur ex hęreditate inſignes & ſtabiles prę ſertim cum & utraq; ∴ horoſcopum teneat; ut propria induſtria nihil acquirat natus, id quod oſtendit dominus ſecundę ☉ infortunatus in ſexta. Etſi vero Saturni □ ad ſecundam domum hęreditatem nonnihil affligit, & ☋ in ſecunda ſigno ♌ igneo, detrimenta ab igne minatur: ♄ quoque in fine quartæ peregrinus in ♏ Martiali ſigno, contentionibus in iudicio de patrim. bonis aliquid abſumit; Ad defectum tamen natus non deveniet. Iove exiſtente feliciſſimo in genitura. Vices quaſdam fortunæ & infortunij luminaria conuncta & omnes fere Planetę ſub terra oſtendunt. Cumq; luminaria inprimis ☉ primæ & ſecundæ domus ac ∴ almuten, in ſexta infortunentur, ægrotorum cauſſa multos ſumtus fecit, ſervi quoq; infideles multa abſtulerunt. Dignum enim laude & celebratione eſt, quod Generoſus noſter infirmis & ex morbis decumbentibus tam mediocris fortunæ hominibus quam pauperibus conſilio & medicamentis, quæ arte Chymica maximis ſumtibus & ipſe parat & parari curat, ultro ſuccurrat.*

Alterum exemplū.

In altero exemplo, *quia largiores bonorum ſunt tantum domus ſecunda, quę eſt in ſigno ♋ cui præeſt ☽, exiſtens in domo decima. Item ⚹ ♀ ad ſecundā ex ſigno fixo terreo, ♉ in ſecunda, & ♀ in propria domo. Idcirco promittuntur nato bona principaliter ex propria induſtria, itineribus, legationib. arte quam tractat, ſeu officio honorato. Habet quoq; quędam ex fœminis, quę nato de ſua ſubſtantia aliquid conferunt ad bona immobilia, cū ☽ & ♀ ſunt in ſignis fixis,*

fixis,♀ præſertim in ♉ terreo ſigno: ☆ inprimis, quę in quinta domo ☿ ♍ ex inſtitutione Iuventutis,ſtudijs liberalibus; & ſtipendio publico neceſſaria ſuppeditat: Altera in exaltatione ♀ in 11, favorem hominum,& dotes ac dona à mulieribus affert,per vices tamen interdum aliquid largiendo, interdum detrahendo,quando à mediocribus iſta ſignificantur. Detrimenta quæ metuenda à liberis,& quibuſdam amicis,oriuntur ob Iovem ... infortunatum,& ♄ oppoſitum: Et quę ex immobilibus expectanda ... ☆ dominus 4 in duodecima infelix,viciſſim abſumit & perdit.

De tertia quæſtione.

An licite vel illicite natus ſit acquiſiturus divitias.

Iudicium hoc,ex ſententia Cypriani & Garcæi,accipitur ex 4 locis, 1 Ex natura Planetæ ſignificatoris,qui aut beneficus,aut maleficus, aut indifferens eſt. 2 Ex ſigno quod occupat,aut malefico, aut benefico. 3 Ex robore Planetæ, qui aut firmus,aut infirmus,combuſtus aut Retrograd.eſt. 4 Ex aſpectu ad ſignificatores bono vel malo. Media quibus acquiruntur divitiæ judicantur ex 4 ſignific.

Primo ergo Benefici natura inſignis beneficorum, & prorſus non participantes cum maleficis radio,ſignificant licita media. Quod ſi ſint retrogradi vel combuſti,miſcent quædam illicita. 2 Malefici in maleficorum ſignis, & non participantes cum beneficis radio, illicita media notant. Augetur malitia, ſi inſuper ſint retrogradi, vel combuſti. 3 Benefici in maleficorum & contra malefici in beneficorum dignitatibus,miſcent illicita licitis,& contra.Quod & Cardan. in com.ſuper text. 7 libr. 4 quadr. Ptolem. innuit inquiens. Maximæ opes parabuntur, ſi valde ac benè diſpoſiti fuerint malefici, cum favore beneficorum: quia tum & jure & injuria diteſcunt. 4 Quod ſi beneficus in maleficorum, aut viceverſa maleficus in beneficorum dignitatibus ſimul retrogradus aut combuſtus fuerit, duplicatur malitia in hoc negotio, & magis illicitis quam licitis modis hoc modo nati,divitias congregabunt. 5 Eodem modo benefici in maleficorum, & malefici in beneficorum radio, participant cum eorum natura. 6 Mediocres iudicantur ſecundum eos Planetas,ad quorum naturam maxime accedunt. Videndum vero quorum teſtimonia vincant,& iuxta ea pronunciandum eſt. Regulæ

Veluti in noſtro primo exemplo *principalis quidem ſignificator ſubſtantiæ ☆ debilis eſt, & in ſigno ♑ malefic. ♄ conſtitutus,ſicuti & ☿ eidē ſuccedens ſimili modo diſpoſitus eſt,& inſuper retrogradus. Vnde illicitis medijs natum quæſiturum divitias hęc omnia notant, quod & ☋ innuere & confirmare videtur. Aſt cum divitię nato ex illis ſignificatoribus non dependeant, quod in præcedenti quæſtione monnimus, ſed ex Iove præcipue, qui in domo ♀ exiſtens trigonocrator eſt aſcendentis,ſecundæ domus, & utriuſque partis fortunæ, & in geneſi fortiſſimus, ſignificatur natum legitime bona ſua acquiſiturum & poſſeſſurum.* primum exemplum.

In altero exemplo *ſignificatrix pręcipua divitiarum eſt Luna 2 domus domina, ſatis fortis in themate, & in M.C. Item ☊ in ſecunda de natura Iovis in exaltatione eiuſdem; quæ ſignificant legitimis medijs natum uſurum,* Alterum exempl.

quibus

Digitized by Google

quibus ſe ſuoſque ſuſtentet, & ſubſtantiam acquirat. Etſi vero Luna in dignitate ♄ malefici Planetæ, □ ♀ petita, illegitima quædam miſcet, lenitur tamen mala hæc ſignificatio, cum quia ♄ in domo eſt ♃ & exaltatione ♀ beneficorum Planetarum, tum quia ♀ in domo eſt propria & exaltatione ☽, combuſta tamen.

De quarta quæſtione

An durabiles futuræ ſint divitiæ?

Duratio divitiarũ ex principali ſignificatore ſumitur.

Quandoquidem non raro accidere ſolet, ut ex ditiſſimis pauperes fiant: Idcirco merito quæritur, an quæ ſignificantur divitiæ, etiam conſtantes futuræ ſint. Sumitur autem hoc judicium à principali ſignificatore divitiarum, qui ante omnia in hac quæſtione eligendus eſt.

Principal. ſignificat. quis ſit.

Porro dicitur principali ſignificator *iuxta Cypr. & Garc. cap. 22 de jud. Genit. 1 qui in ſecunda domo hæret, & ſi plures adfuerint, qui fortior fuerit. 2 Si nullus eſt in ſecunda, accipitur qui plus dominij ſibi vendicat in reliquos ſignificatores; ita ut eius ſignificatum ſæpius repetatur: quod fit ſi & ſecundæ, & ⁙, & ♃, & ſic pluribus dominetur. 3 Si nullus ſæpius quam ſemel adhibetur, quæratur Almuten omnium ſignificatorum ſimul, h.e. Planeta, qui plures dignitates habet in locis ſignificatorum divitiarum. Et tandem judicetur iuxta has regulas.*

Reg judic.

1 Si principalis ſignificator beneficus eſt & fortis, durant divitiæ perpetuo ſine impedimento. 2 Si debilis, durant cum difficultate, ut jam amittat, jam recuperet. 3 Si maleficus eſt fortis, durant etſi cum difficultate. 4 Si maleficus & imbecillis, non durant, ſed evertuntur. 5 Si medioeres, videndum in quam partem declinent, ſeu quorum Planetarum naturam aſſumant. Ex illorum enim virtute judicium merito fertur.

Huc pertinent regulæ de maleficis in 2 domo, de ♄ cum ☽, & ſimiles, quarum aliquas ſupra tradidimus: Item hæ ex Schonero lib. 1 cap. 9. 1 Si aliquis malorum aſpexerit ſignificatorem ſuſtantiæ, & ambo fuerint retrogradi, cadentes, peregrini, in ſignis contrariæ naturæ; natus erit perpetuo pauper & egenus. 2 Dominus 2 in ſeptima, ſi ſeptimam domum occupaverint, ♈, ♌, ♑, ♒, denotant nato bona ablatum iri per inimicos ſeu hoſtes, vel etiam per ſocios, amaſiam, uxorem, alioſque amicos, niſi dominus aſcendentis fuerit in △ vel ✶ radio cum domino 7. vel in aliis etiã aſpectibus cum receptione. 3 ♄ ♂ & ☋ mali ſunt in ſecunda. Et peius erit domino ſecundæ combuſto, & ⁙ damnata. Nam exilium & confiſcationem bonorum ſignificant. 4 Quando Luna Saturno juncta fuerit in angulo, etiamſi rex fuerit ad inopiam redigetur, 6 Aph. 44. 5 Si ſint luminaria in angulo, & applicent Planetis in angulis, natus permanebit in divitiis ut genitus eſt. Si vero luminaria in angulis fuerint, & applicent Planetis cadentibus, natus imminuet ſubſtantiam progenitorum. Quod ſi luminaria cadant, & applicent Planetis in angulis, natus ex humili loco in altum extolletur. 6 Oculus ♉, Cor ♌ & caput Meduſæ

cum

cum ⁙, aut domino eius coniuncta, amiſſionem ſubſtãtię & divitiarum, ac paupertatem minantur, Stad. in Ephem. pag. 58.7 Avarus erit, Schon. in antea citato loco, qui ex infortunis vel ex domibus infortunarum ſignificatum divitiarum habuerit, aut qui habuerit ♄ & ♂ coniunctos in 7 vel 12; aut ⁙ cum ♄. Non erit avarus, qui ex ☉ vel ☽ ſignificatum divitiarum habuerit.

In noſtro primo exemplo, nullus quidem Planetarum, præter ☋ referentẽ naturam malefici Planetæ, ſecundam domum occupat: At ♃ trigonocrator principalis ſecundæ & primæ, item utriuſq; ⁙ fortiſſimus in themate, natum in divitijs conſtantem ad finem uſq; vitæ futurum oſtendit. □ luminarium ad Iovem, aliquid ſed exigui momenti, detrahit.

primum exemplum.

In altero exemplo *nullus quoq; Planetarum præter ☊ eſt in 2 domo, referens naturam benigni Planetæ: Luna tamen domina 2, cum in cuſpide 10 domus, quæ eſt dignitatum Venerem, & ☉ quadrato, Mercurium vero △ radio intueatur, ſignificatrix principalis conſtitui poterit, quæ quia in themate ſatis fortis eſt, in mediocri ſtatu manſurum nati minuit.*

Alterum exemplum.

De quinta quæſtione.

De tempore incrementi vel decrementi divitiarum.

Hæc quæſtio aut in genere aut in ſpecie ſolvitur. Generale tempus judicatur Cypriano & Garcæo, ex poſitu ſignificatorum pręcipuorum in thematis cœli 4 quartis. Si namq; conſtituti fuerint in prima quarta, inter horoſcopum & domum 10 ſignificantur divitiæ adventuræ in iuventute, ſeu florente ætate. Si in ſecunda quarta, inter M.C. & occaſum, in virili ætate. Si in 3 quarta, inter occaſum & imum cœli, in ſenectute. Si in quarta ultima inter imũ cœli & ortum, ſignificantur divitiæ circa finem vitæ. Quod ſi per omnes 4 quadrantes diſperſi fuerint ſignificatores, occaſiones acquirendarum facultatum & augendæ ſupellectilis per totam vitam ſeſe offerent. Card. in com. ſuper text. 7 lib. 4 quadr. Ptolem. ſic diſtribuit tempora; Planetæ inquit in angulis Iuventutem ſignificant, & in centris ac cuſpidibus angulorum, ſtatim dant divitias. In ſuccedentibus, media ætate: In cadentibus, ſero & in ſenectute. Largiuntur etiã ſignificatores divitiarum in parte Orientali conſtituti in ſignis Orientalibus, orientales à Sole, in angulis & pleni lumine, cito & in iuventute opes: Occidentales à Sole, minuti lumine & in cadentibus, tardius & in ſenecta. Sic veloces motu ac directi, veloces ſignificant eventus, Tardi & retrogradi, tardos. Et Genit. 92 Card. docet: Cum ♃ ceciderit, & dominus loci Iovis validus extiterit, natus pauper ab initio exiſtens ſucceſſu temporis ditabitur.

Temp. general. divitiar. ſumitur ex quartis quatuor
1
2
3
4

Ex his circumſtantijs generale aliquod tempus depromi ſolet. Adhibenda autem eſt prudentia; Quia divitiæ, quæ ex arte obvenire debent, non decernuntur à pueritia, ſed ab ætate iuvenili. Sic divitiæ à dote, non obveniunt in infantia, aut ultima ſenecta, ſed juventute & virili ætate.

Veluti in primo noſtro exemplo *♃ quidem Orientalis eſt à Sole. Eſt & ⁙ utraq; in cuſpide fere primæ domus, quæ ſignificant nato hæreditatis paternæ*

exemplum primum.

ternæ

ternæ in iuventute adeptionem: At maxima divitiarum acceſſio eidem contigit in ſenectute,ob ſignificatores præcipuos inter 7 & 4 domum.nõ tamen ſine diſpendio quodam,& amiſſione bonorum per ignem, ob ☋ in 2 domo.

Exemplũ alterum.

In altero exemplo cum ſignificatores præcipui divitiarum ſint inter 1 & 10 domum,& Luna in angulo decimæ,oſtenſa ſunt nato in iuventute media, quibus ad facultates emergere potuerit. Virilis ætas minus commoda fuit ob ſignificatores remotos,& maleficorum ſigna, quæ tenent 9 & 8 domum, item ☋ in octava. Sic nec prima ſenectus accommodata eſt collectioni divitiarum, ob radios oppoſitos ſignificatorum, & Iovem debilem ac ℞ in quinto loco. Circa finem tamen vitæ ſpes quædam affulget augendarum opum; quando & ☊ in ſecunda,& ſignificatores in cadentibus domicilijs, & deniq; ☿ in △ ☽ occidentalis eſt à Sole.

Speciale tempus ſumitur ex directionibus.

Speciale v.tempus tutiſſime ex directionibus ſumitur. Ptolem.quidem dirigit ⊕ ad corpora fortunarum vel infortunarum. Alii dirigunt ♃ ut generalem ſignificatorem. Cardan.3 Aphor.39 vult dirigendos eſſe Planetas, & fixas, & radios Planetarum ad ſecundam domum pro divitiis. Optimum vero eſt ſignificatorem præcipuum dirigere ad beneficos promiſſores & eorum radios,& contra;ita tamen ut non negligantur ſignificatores honorum.Item directiones aſcendentis & Lunæ.Nam ex his omnibus diligenter per directionem conſideratis:Si inciderint ſignificatores in felices radios ♃,♀,vel fixarum felicium,aut in corpora quoque earundem, pronunciari poterit felix ſtatus nati,& incrementum divitiarum. ♄ etiam, ſignificare poteſt divitias. Nam felix & fortunatus corpore vel radio, divitias & reditus ex agris præſtat. Si vero inciderint in infelices vel infelicium ſtellarum radios, inprimis ſi iidem proprii ſignificatores non ſint, detrimenta afferunt.

Caput X.

De Fratribus, & Sororibus nati.

Difficile quidem, & incertum eſt iudicium, quod de fratribus & ſororibus nati ex themate petitur,cum fratres ac ſorores extra nati ſubſtantiam exiſtant, atq; ab hac prorſus ſeparari, ſubſtantiæ nati nihil decedenti poſſint:maior tamen eius iudicij certitudo tum eſt, cum ex primogeniti nativitate iudicium ſumitur. Nos ne omnia, quæ paſſim aſtrologi ſine veris rationibus in conditione fratrum tradunt,perſequamur, generaliter hic ſolummodo videbimus. Primo vtrum natus ſit futurus ſine fratribus vel ſororibns, 2 quę ſit conditio eorum, & 3 utrum ſint conſenſuri cum eo, an vero ab eodem diſſenſuri. *Initio vero ſignificatores conſiderandi ſunt,quorum à Leovitio & Garcæo cap.17 conſtituuntur 4. Primo 3 domus quæ à gr.5 proxime antecedente hanc domum, uſque ad 5 gr. proxime antecedentem ſequentem domum ſeſe extendit. 2 Dominus 3 domus,non tantum qui emergenti ſigno,ſed & intercepto dominatur. 3 ♂ qui ſemper generalis eſt ſignificator fratrum, ut ☽ ſororum. 4 Planeta vel Planetæ in tertia domo collocati.*

Quæſtiones tres in hac materia tractãtur.

Significatores fratrum & ſororum 4.

Vt

Digitized by Google

Vt nunc ſciatur, an natus ſit habiturus fratres vel ſorores, *conſiderandum eſt initio in ſignificatoribus; num 1 ſint fœcundi vel ſteriles. 2 An conſtituantur in ſignis fœcundis vel ſterilibus. 3 An ſint maſculini vel fœminini, aut in ſignis maſculinis vel femininis.* — An natus ſit habiturus fratr.

Sunt a. natura *fecundi*. Planetæ ♃ & ♀, quibus addi poteſt ☊, cum ſit de natura ♃ & ♀: *Steriles* v. ſunt ♄ & ♂, quibus ſimiliter jungi poteſt ☋. *Luminaria mediocritatem quandam obtinent*, ita ut ☉ magis ad ſterilitatem accedat, propter ſiccitatis exceſſum: ☽ propter humiditatem magis ſit fæcunda quam ſterilis. ☿ indifferens eſt, fæcundus cum fæcundis, ſterilis cum ſterilibus. Conſideratura, eius conditio dupliciter: 1 ☿ aſſumit eius Planetæ naturam cui aſpectu configuratur, in quo ſemper potior aſpectus præferendus eſt imbecilliori, ut ☌ trigono, & hic ſextili, ⚹ viciſſim quadrato, & quadratus oppoſito. Præfertur quoq; partilis platico, quod notiſſimum ex ſuperioribus. 2 Aſſumit ☿ naturam eius Planetæ, in cuius eſſentiali dignitate verſatur Cum ergo iam conſtet ☿ duorum Planetarũ naturas aſſumere poſſe; Primo quidem eius, cui ſociatur per aſpectum, 2 eius, in cuius dignitatibus eſſentialibus commoratur; ſciendum in hoc caſu, coniunctionem plus valere dignitatibus eſſentialibus. Ipſas a. dignitates eſſentiales reliquos aſpectus anteire. — Fæcundi planetæ Steriles indifferentes.

Ad naturam ſignorum quod attinet, ♈ ob domicilium ♂ & exaltationem ☉ magis infecundus & ſterilis eſt, & ideo paucorum liberorum, ♉ quia domicilium ♀ & exaltatio ☽, magis fæcundus quam ſterilis eſt. ♊ ſteriles ſunt ſimpliciter, ob ☿ domicilium, ♋ fæcundus eſt ob exaltationem ♃ & quia aqueum ſignum. ♌ & ♍ ſigna ſterilia ſunt, cum ex ſignatura, tum ob domicilia ☉ & ☿, ♎ mediocris eſt, magis tamen fæcunda quam ſterilis, quia domus ♀. ♏ fæcundus, quia aqueum ſignum, quanquã aliquid detrahat ♂ dominus ſigni, ♐ fæcundus quidem cenſetur ob dominium Iovis, quia tamen igneum eſt ſignum, & aliquid etiam detrahit ☋, mediocris habetur, ♑ & ♒ paucorum liberorum ſunt; ♓ fecundum & multorum liberorum ſignum ſtatuitur. Eſt enim domicilium ♃ & exaltatio ♀. — De natura ſignor.

Poſtea teſtimonia ſingulorum & Planetarum & ſignorum hoc modo colligenda ſunt. Primum ſcribantur ad uſum tituli, ſterilis, fæcundus et mediocris. Deinde ſingulis ſubijciantur ſua teſtimonia hac ratione. Fæcundus *Planeta in fæcundo ſigno bis ponitur. Primo enim eius ſignum, ſecundo Planeta ponitur. Sic ſterilis in ſterili ſigno eodem modo bis repetitur. Fæcundus autem in ſterili, aut ſterilis in fæcundo, ſemel ponitur in mediocrium claſſe. Aſpectus in tertia decimo Planetæ naturam retinent Signa per ſe æſtimantur, ut factum eſt in iudicio temperamenti. Pronunciatur vero iuxta vincentem numerum.* — Collectio teſtimoniorum.

Si nunc omnes ſignificatores vel maior eorum pars fæcundi ſunt, ſignificant multos fratres & ſorores. Contra omnes vel maior eorum pars ſterilis, ſignificant paucos fratres & ſorores, aut nullos. Sic maſculini Planetæ & ſigna, fratres: Fæminei ſorores ſignificant. Significat & ♄ in oriente maiores fratres, id eſt, qui ante ipſum ſunt nati; ♂ in occidente minores. — Regulę iudicii.

Ptolemæus tamen cap. 5 ſeu text. 17 libr. 3 quadr. ſtatuit de uterinis — Ptol. ſent.

rinis tantum fratribus & ſororibus poſſe iudicari: ideoque iudicium de fratribus ad matrem ſimul refert, vt rivos ad fontem. & ſignificatores conſtituit. 1 Medium cœli, deinde ♀ de die, Lunam de nocte. Quod ſi beneficæ illis locis configurentur, augent fratres pro multitudine ſtellarum configuratarum & ſignorum vel vniformium, vel bicorporeorum. Maleficæ vero elevatæ, aut ex diametro oppoſitæ, paucitatem fratrum ſignificant, & maxime ſi vna Solem comprehendant.

Aphoriſmi ſpeciales de numero fratrũ

Notentur autem & hi ſpeciales Aphoriſmi, 1 Nemo numerum fratrum nimium accuratè & ſingulatim, vltra quam fieri poteſt, ſecundum præcepta Aſtrologica ſobria exploret: Ptol. in antea citato loco. Namq; vt recte monet ad text. 16 præcedent. Card. neq; in fratrum, neque parentum, neq; filiorum, neq; ſexus, ne q; numeri neq; monſtrorum iudicio, nimium animoſos nos eſſe convenit; præſertim cum in regionibus noſtris, quæ plurimum à Tropico ♋ diſtant, ſtellæ zodiaci minus habeant efficaciæ, & veritatem quaſi vmbratilem: adeo vt ſi quis fidere velit multũ, magnos ſit cõmiſſurus errores. 2 Numerũ fratrũ ſume ex ſigno 3 domus. Nam ſi fuerit ex ſignis plurium filiorum, & dominus eius ſimiliter, dic plures fratres futuros: Si paucorum, & dominus eius ſimiliter, dic paucos: Schon. c. 3 lib. 1 de iud. Genit. 3 Numerum quoq; fratrum ſcies, à diſtantia domini triplicitatis domus 3 ab aſcendente, ſi fuerit ſupra terram, aut ab aſcendente ad ipſum dominum triplicitatis, ſi fuerit ſub terra, dando cuilibet ſigno vnum, duplici v. ſigno duos: Schon. ibidem & 6 Aph. 150. Card. 4 Nativitates fratrum plerumque habent aſcendens vnum, quia locus filiorum in parentib. vnus ſæpe exiſtit: 5 Aph. 2. 5 ♄ in 3, fratres denegat Genit. 71 Card. 6 Aſcendens nati ſi fuerit 3 gr. ♏ natus ex ſua matre nõ habebit fratres. Schon. in citato antea loco. 7. Quot Planetæ aſpiciunt 3 domum, vel dominum eius, ex ſignis maſculinis, tot natus fratres habebit Si fuerit in ſignis fæmininis, tot ſorores. Et ſi aſpexerint ſe bono aſpectu, vivent; ſi malo, morientur, Schon. ibid. 8 Mars combuſtus ſignificat paucitatem fratrum, & minorum mortem. 9 Dominus domus fratrum combuſtus, vel ☉ in domo fratru, aut in oppoſito Iovis, ſignificat paucos fratres, & quod deſtruentur & diſpergentur. 10 ♄ vel ♃ in 1 domo facit aut primum, aut honoratiſſimum inter fratres. 11 ♄ vel ☉ in aliquo angulorum in ſua dignitate, vel ſi dominus aſcendentis eſt aliquis trium ſuperiorum, & eſt in tertia; vel dominus tertiæ domus eſt aliquis inferiorum in aſcendente, ſignificat primogenitum, vel præcipuum. 12 Dominus domus fratrum in aſcendente, ſignificat primogenitum, vel ſolitarium, Schon.

Primum exemplum.

Veluti in primo exẽplo ſignificatores fratrum & ſororũ hoc modo ſe habent.

Fæcundus *eſt*	Mediocres *ſunt*	Steriles
△ ♀ *ad tertiam.*	♂ *in* ♓	☽ *in* ♑ *in* ☌ ☉.
	☌ ♀ & ☿	*Domus tertia in* ♍.
	△ ☽.	*Dominus tertiæ* ☿ ℞.
		△ ☉ *ad tertiam.*
		☍ ♂.
		⚹ ♄.

Quia

Digitized by Google

Quia ergo teſtimonia ſterilia præpollent, nulli fratres, ſed ſorores aliquot, & numero quidem tres nato ſignificantur, ex △ ♀, △ ☽, & ☌ ♀ ☿, quarum vna etiam ſat diu vixit, cum à bono aſpectu deſignata fuerit, reliquæ in pueritia obierunt. ♂ in ♓ & 9 domo, fratres nullos dedit, quia oppoſito radio tertiam petit. Ac quod ☌ ♀ & ☿, vel etiam △ ☽ effecerunt, id ſtatim etiam perdiderunt, cum in 6 domo ægritudinum illi ſignificatores exiſtant.

Alterum exemplū.

In altero exemplo	Fæcundi *ſunt*	Mediocres	Steriles
	Domus tertia ♋	☽ *in* ♒	♂ *in* ♈
	Domus tertia ☽		△ ♄
	⚹ ♃		□ ♂
			⚹ ☿

Vnde quia præcipui ſignificatores ſunt fœcundi, ☽ quoq; in M. C. mediocris, & radiu tantum quorundam ad tertiam domum ſteriles, qui hoc ipſum impedire nequeunt, quod fœcundi operantur, ſignificatur natum aliquot vterinos fratres & ſorores habere. Ac ſorores quidem quatuor, cum Luna abſit 4 integris ſignis ab horoſcopo. Fratres vero nato ipſo connumerato tres, quando & tribus ſignis & horoſcopus diſtat à Ioue. Nam & ♋ fœmininum ſignum cū Luna domina, ſorores plures. Luna vero in ſigno maſculino, & ♃ in fœminino fratres pauciores notant.

De conditione & fortuna fratrum.

Deinde pro fortuna fratrum dijudicanda, conſiderandă eſt fortitudo ſignificatorum, an fortes vel debiles ſint. Si enim omnes ſignificatores vel maior eorum pars, fuerint potentes, in bonis cœli locis, beneficis configurati, felicem ſtatum fratrum ſignificant, ita vt longa ipſis vita, honores, gratia apud magnates, & diuitiæ decernantur: Vnde & ad natum commoditas ſit peruentura. Contra ſi imbecilles ſint in abiectis cœli locis, ſignificant obſcuros, ignobiles, & infelices fratres. Si partim potentes, partim debiles ſint, aliquibus fratribus mediocritas, aliquibus periculum portenditur, pro vt fortes, debiles, vel è conuerſo debiles fortes vincunt.

De Marte

Inprimis vero quia ♂ eſt ſignificator fratrum: Idcirco fortis & in dignitatib. ſuis, proſperitatem, potentiam ac fortunam fratribus denotat: Si fuerit cadens a domo vel exaltatione, contrarium portendit: Haly part 4 c. 13. Schon. quoq; lib. 2 c. 4 in ſignificatis Planetarum in 12 cœli locis, de ☊ & ☋ hoc monet. Caput in tertia facit nobiles & fortunatos fratres, & natum eſſe deterioris conditionis quam fratres ſuos, dat exaltationem in reb. Eccleſiaſticis, facit prælatos, timentes DEVM, & dat bonam fortunam in profectionibus paruis. ☋ vero ſignificat deſtructionem fratrum & ſororum, & natum eſſe meliorem ſuis fratribus, habebitque lites cum conſanguineis vicinis, & infortunam in breuibus itineribus.

De ☊ & ☋

De Luna

Notandum autem, quod ſi Luna ſit fortior Marte, maior fortuna ſororibus: Marte vero fortunatiore ipſa Luna, maior fortuna fratribus decernatur. Si æquales ſint, æqualia vtrique ſexui ſignificentur.

Sic ſi dominus 3 ſit coniunctus malis corpore vel aſpectu malo, ſignificabitur mors fratrum. Dominus vero 3 in ſocietate fortunarum, dat fratribus gaudium & felicitatem. Sic vbi ſigna 3 & 8 domorum vnius Planetæ exiſtunt, ibi nati fratres, ipſo viuente, vita diſcedunt. Vbi ☽ ap-

plicat Planetæ, in domo vel exaltatione ſua exiſtenti, natus dignitatem prę fratribus ſuis habebit.

Primum exemplum. *Veluti in noſtro primo exemplo, ſorores quidem nato tres ſignificari diximus à Veneris △, ☌ ♀ & ☿, & △ ☽: Ex quibus tamen quæ ſuperſtes fuit, nec fortunata multum, nec infortunata indicatur, quod Venus libera quidem à radijs, directa & velox, at peregrina & in 6 domo morborum exiſtat. Gaudium quoq; quod vni ſorori à domino tertiæ Mercurio coniuncto cum Venere ſignificatum fuit, inſtabile & evanidum admodum extitit, quod & ipſe ☿ debilis & ℞, & Veneri non potenti in ſexta domo coniunctus ſit, quæ conſtitutio & obitum ſorori ante natum noſtrum præſignificavit.*

Alterum exemplum. In altero exemplo *ſignificatores fratrũ ♃ & ♂ diverſimode diſponuntur, ♃ enim infelix & infortunatus admodum exiſtit; ♂ vero felix & fortis in 12 tamen domo. Eſt & ♃ 3 domui ⚹, at ♂ □ configuratus. Vnde fratrum ſtatus mediocris & dubius, & nati melior & illuſtrior ſignificatur quam fratrum; qui tamen & ipſe tolerabilis eſt, cum ♂ in propria ſit domo. Natum fratres morte præveniunt, quod Iovi ♄ opponatur, ipſeq; ♂ in oppoſito 6 & □ 8 reperiatur. ☽ 3 domina ſororum ſignificatrix in 10 domo conſtituta, dignitatem quidem quandam ſororibus pollicetur, & fortunam; minus tamen felices erunt fratribus, cum ♂ in themate fortior ſit Luna, id quod ex collectione dignitatum in primo capite facta manifeſtum fuit.*

De cõcordia fratrũ in genere. *Tertio in concordia fratrum cognoſcenda aſpiciendus eſt dominus aſcendentis, & conferendus cum domino 3 domus. Significat n. Dominus aſcendentis, noſtrum natum: Aſt dominus 3, fratres eius. Ergo in genere ſi concordes, coniuncti ſcil. aut benefico radio △ vel ⚹ ſeſe intuentes fuerint, amicitiam & vtilitatem à fratribus ſignificant: ſi alieni à ſe, aut in malo aſpectu □ vel ☍ ad invicem fuerint, inimicitiam & incommoda portendunt: Et peior eſt ☍ quam □ radius. Habent a. nativitates fratrum plerumq; aſcendens vnum, quia locus filiorum in parentibus vnus ſæpe exiſtit, 5 Aph. 1.*

In ſpecie. In ſpecie vero ſecundum Schon. c. 3. li. 1 de nativ. & Albub. c. 151 hęc notentur: *Si* dominus aſcendentis aſpexerit ♄ vel ♂ aut ambos, malo aſpectu, ſignificatur exigua pax & tranquillitas inter fratres. At ſi Martem inprimis dominum tertiæ, dominus horoſcopi ex △ cum receptione aſpexerit, conſentiet natus fratribus etiam inter ſe litigantibus. Gauric. c. 2 tract. Aſtr. & Schon. 2 Dominus tertiæ in aſcendente, conſentiens cum domino aſcendentis, vel receptione mutua, vel radio, vel vt idem ſit Dominus 3 & primæ, ſignificat concordiam & conſenſum inſignem inter fratres. 3 Natus habebit vtilitatem à fratribus, ſi Dominus tertiæ iungatur corporaliter ☉ aut domino eius, in bonis cæli locis. 4 ♌ in 3 & dominus ſecundæ combuſtus, ſignificat natum cauſſa ſuorum fratrum facultates amiſſurum. *I*dem dic ſi dominum ☉ combuſſerit. 5 Conſentiunt fratres, ſi dominus tertiæ interdiu cum ♀, nocte cum ☽ conſenſerit: Et ſi iidem cum ☉ convenerint, alter alterum adiuvabit. 6 ♈ aut ♎ in 1, fratres facit aut viles aut inimicos. 7 ♋ aut ♑ in 1, fratres ſignificat potentes, ſed nati hoſtes. 8 ♌ & ♒ in 1, fratres ſignificare ſolent aut morientes, aut ſimultates ac diſſenſiones alentes. 9 ☿ coniunctus vel oppoſitus

Marti,

Digitized by Google

Marti,facit diſcordiam inter fratres.10 ☿ cum corde ♌ in 3 domo Marti permixtus,ſignificat fratricidas Stadio, quod quidem duobus exemplis ſe comprobaſſe aſſerit,c.10 tab.Berg.

In noſtro primo exemplo,☉ dominus aſcendentis collatus ad ☿ dominum tertiæ, nullo aſpectu eundem intuetur, nec eidem conſentit, ſed potius alienus eſt: vnde natum parum curaſſe ſorores ſignificatur. Solem quoq; ♄ & ♂ ✶ aſpiciunt, qui radius maleficorum bonus quædam diſſidia & ſimultates notat, quas ♌ in aſcendente canfirmat. Exemplũ primum.

In altero exemplo,*domina tertiæ domus eſt Luna, aſcendentis vero ☿. Quando ergo duo hi Planetæ in geneſi △ radio ſeſe intuentur, habet & ♂ ſextilem ad primam radium,conſenſus & concordia nati cum fratribus ſignificatur,nec Mercurium dominum primæ, vel ♄ vel ♂ radio vllo aſpiciunt. Quadratus vero ♂ ad tertiam, ſi quam inter fratres diſſenſionem excitat, non ea ad natum ſpectat,quando nec ad horoſcopum ille dirigitur,nec vllus alius malus præter □ ♃ qui exiguũ, & □ ♄,qui nullam fratrum ſignificationẽ habet.* Alterum exemplum.

Obſervandum vero coronidis loco,quicquid de fratribus diximus, etiam de affinibus & aliis cognatis intelligendum eſſe. Fratrum enim & ſororum nuptiæ affinitatem nobis conciliant. Hinc quales nobis ſignificantur fratres & ſorores, tales etiam intelliguntur affines, de quibus tamen hic ſpecialiter agere non videtur eſſe neceſſarium, quando & infra in capite de amicis plura de iis agemus. Aphoriſmus ſolummodo Schoneri hic notetur cap.3 libr.1 de nativ.♂ de die, vel ♄ de nocte in aſcendente, vel quarta domo, facit natum humanum erga conſanguineos ſuos. Doctrina hæc fratrũ etiam affinibus & cognatis aliis adhiberi poteſt

Caput XI.

De Parentibus.

VT difficile & minus certum eſt iudicium, quod de fratribus & ſororibus nati Aſtrologi texunt:Ita quoq;in dubium vocari poteſt,quod de parentibus afferunt, cum parentes ſimiliter, vt fratres & ſorores,extra nati perſonam & actiones exiſtant, & plerumq; ignorentur ab Aſtrologis. Videtur vero vel ideo iudicium hoc non negligendum eſſe, quod experiamur,cognationem occultam inter ſe habere genituras filiorum & parentum,adeo vt ex filiorum genituris ſæpe parentum conditio, inprimis quæ ſequitur illorum nativitatem,vt docet Card.in com.ſuper text.10.lib.3 quad. Ptol.& ex geneſi parentum,qualitates & accidentia filiorum aliquomodo iudicentur.Inprimis vero ex genitura primogeniti iudicia petenda ſunt, quod notat Schon. cap. 2 lib. 1 de nativit. ſiquidem primogenitus fortiorem habet ſignificationem ſuper eſſe patris, quam alius quiſpiam, qui aliquid ſolummodo ſignificationis exhibet, vt loquitur Almanſor Aph. 95. Et Cardan. 5 Aph.75 dicit:Primogenitus maius habet ſignificatum ſuper parentes,& completum quidem, donec naſcatur alius filius. Completum v. dicit eius comparatione

Quare dubium de parentibus ex aſtris iudicium.

Quare non negligendum.

Primogeniti geneſis fortiora præbet iudicia de parentum ſtatu.

tione ſolum, quod ſignificare poteſt. Vt autem filiorum genitura permutant fortunam patris & alumni, uſque ad natiuitatem ſequentis, 5 Aph.40; Id quod & in com.antea citato his verbis innuit: Quando naſcitur filius, mutatur ſtatus parentum & conſanguineorum in melius vel deterius: Ita natiuitates parentum gubernant fortunam liberorum,uſq; ad adultam eorum ætatem quando videlicet à parentibus diuelluntur;6 Aph 108.

Significatores patris & patrimonij 5. *Cæterum patrem & patrimonium ſignificant hæc quatuor,docente Garcæo cap.16 de iud. Genit. 1 Domus quarta. 2 Dominus eius. 3 Sol in diurna, ♄ in nocturna genitura. 4 Planeta vel Planetę in domo quarta. 5 Dominatores horum locorum.*

Regulę generales. *Hi enim ſignificatores,ſi vel omnes,vel maiori ex parte potentes fuerint, & fauſti,in locis bonis figuræ,cum fortunis ♃ vel ♀,corpore aut radio benefico △ vel ✶ iuncti,ſignificant illuſtrem & ſplendidam fortunam,ac longævitatem patris poſt natiuitatem filij. De ſtatu enim ante geneſin nondum exiſtente nato,non iudicari poteſt ex genitura nati: quod Haly in com. ſuper cap.4 libr.3 quadr.Ptolem.monet. Si vero debiles & impediti, in malis locis figuræ, decidentes ex angulis,extra bonos bonorum, & in malis maiorum aſpectibus □ vel ☍ fuerint,humilem,abiectum,inglorium & infelicem patrem, vel valetudinarium,& breuis vitæ deſignant.Si partim potentes,partim debiles fuerint, vnde mediocritas colligi ſolet, iudicanda ea erit præcipue ex concurrentibus teſtimonijs Planetarum in domo quarta.Quod ſi vnus domum quartam occupauerit,ex eius natura mediocritas vel intendenda vel remittenda erit.Si plures,potior dignitate reliquis anteferatur.*

De domo quarta eiuſque domino ſpec. quo ad qualitatē patris. In ſpecie vero de domo quarta & domino eius, notetur quod docet Schoner. cap. 2 lib. 1 de nativ. Si inveneris in quarta domo ſtellas fortunatas,& dominos earum in angulis, vel ſuccedentibus, & bene diſpoſitos,ſine aſpectu infortunatorum,judica parentum eſſe laudabile,&bonum.Quod ſi in cadentibus fuerint aut infortunati,aut fuerint in quarta domo infortunatæ ſtellæ, vel domini locorum præd.ctorum ab infortuniis male affecti, vel in malis locis, judica Parentes in miſeriam deventuros,& hęc omnia ſecundum eorum fortitudinem & debilitatem penſando,& pro menſura geniturę. 2 Almanſor prop.76 dicit:Quando dominus quartæ domus impeditur à Domino aſcendentis, timebitur ſuper patre nati:E contrario ergo, Dominus quartę domus receptione mutua conſentiens, vel amico radio conſpirans cum Domino aſcendentis, florentem & fortunatum ſtatum patri ſignificat. 3 ☉ aut ♃ in quarta ſignificant parentum claritatem. Idem decernitur ſi quartam domum aſpiciant: Schon.4 Planeta ſignificans patrem, ſi in angulo vel ſuccedente domo,aut etiam in propria domo vel exaltatione extiterit ſignificat honorem patris:Albub.cap.154.5 ☉ ♄ ♂ & ☿ in quarta coniuncti,oſtendunt patrem cito moriturum;Schon.in cit.ſup.loco.

De Sole & Saturno ſpecialia. De ☉ vero & ♄ hæc obſerventur. 1 Si ☉ in diurna,vel ♄ in nocturna geneſi, & dominus domus quartæ tam in diurna quam in nocturna fuerit in angulis,maxime in medio cœli,& in domibus, vel exaltationibus,vel terminis, vel triplicitatibus ſuis,à fortunatis ſtellis irradiatus, ſigni-

gnificat quod pater illius nati erit nobilis, clarus, & laudatus in progenie de qua natus eſt. At ſi fuerit in domo vel exaltatione, vel aliqua ſuarum dignitatum, remotus ab angulis, nec aſpexerit eum aliqua fortunarum; ſignificat quod pater nati potentiam quam habuit perdidit. Sic ſi fuerit in ſigno peregrino, & tamen fortis in medio cœli & aſpectu fortunarum ſignificat, quod pater vilis quidem fuit, ſed lucratus eſt nobilitatem, & potentiam: Haly part. 4 cap. 15. 2 ☉ in domo, vel exaltatione, ac in bono cœli loco in nativitate diurna conſtitutus, ſignificat patrem alti nominis ac magnæ vocis, id eſt, famæ. Albubater cap. 154. Idem de ♄ in nativitate nocturna ſimiliter ſe habente judicabis. 3 Sol angulum terræ, nec non ♄ & ♃ cum receptione quadam bono aſpectu intuens, dignitatem patris in magiſtratu denotat: Albub. ibidem. 4 Sol ♃ & ☊ coniuncti, vt non plus una parte diſtent præſertim in angulo, magnam parentum felicitatem ſignificant: 3 Aph. 44. 5 Si ♃ & ♀ in figura, quocunque modo, & ex quacunque applicatione, vel aſpectu, Soli aut ♄ aſſocientur, aut ♃ aſſocietur Veneri, & ſit inter Solem & ♄ apta ſocietas, ſic ut aut coniungantur, aut △ vel ✶ ſeſe aſpiciant, utroque exiſtente forti, longam vitam fortunamque patri annunciant. Si vero fortes non fuerint, penuriam quidē patri portendunt, at longævam vitam. Sed ſi non, ut dictum congruant, ſitque ſuper *Solem* vel *Saturnum* elevatus ♂, nec *Sol* cum *Saturno* conveniat, ſed eundem ex quadrato vel ☍ radio aſpiciat, utroque tam *Sole*, quam *Saturno* ab angulis remotis, debilitatem: In angulis vero, & brevē vitam, aut nocumentum parentum ſignificabunt: *Schon*. cap. 2 lib. 1 de nativ. 6 Sol in termino fortunæ in diurna genitura, ſignificat bonam valetudinem patris. Melior conſtitutio eſt, ſi *Sol* ſit cum Iove in termino eius. Schon. ibidem. 7 *Sol* ſi in 11 ſolus collocetur, parentes habebunt magnam fortunam, & ipſe habebit nomen magnum in terris longinquis, & erit felix in operibus ſuis. 8 *Sol* cum ☊ ac ☽ in quarta domo, dat nobilitatem patri, & nato modicam vitam. 9 ☉ in meliori ſtatu quam Luna, ſignificat patrem nobiliorem matre. Et ſi *Luna* fuerit in meliore ſtatu quam *Sol*, mater eſt nobilior patre nati, *Schon*. ibidem. 10 ☉ & ☽ coniuncti in ſigno maſculino, ſignificant dignitatem patris, ſed mortem matris ante patrē. 11 ☉ & ♃ in locis abiectis, vel coniunctim vel ſeparatim, ita ut unus ſit in 12, alter in 6, patrem nati fuiſſe ſervum ſignificat. 12 ☉ in domo ♄ in ſexta, patrem nati indicat ſervum: *Schon*. ibidem. 13 ☉ vel alius ſignificator præcipuus patris, inprimis quartæ dominus, in 12 peregrinus, ſignificat humilitatem ſeu depreſſionem patris; Albub. cap. 155. 14 ☉ cum ☋ in ſigno fetali cadens, humilitatem parentum ſignificat: Albub. ibidem. 15 ♄ patris ſignificator in ☊, meliorationem ſtatus & proſperitatem eius ſignificat: *Schon*. 16 ♄ in M.C. in nocturna genitura, vel in loco ∴, vel in aliquo bono loco, ſignificat patrem nati fortunatum & divitem.

De morte patris Aphoriſmi. *In diurna geneſi*.

An vero brevi moriturus ſit pater, & qui ſint patris futuri morbi, ex ſubſequentibus Aphor. iudicatur. In diurna quidem genitura: 1 *Si* ☉ in termino fortunę in diurna genitura; vel melius adhuc; Si Sol cum Iove ſit in termi-

termino ſuo,ſignificat bonitatem vitę patris;Schon. cap. 2 lib. 1 nativit. 2 Sol,aut dominus ſigni in quo ☉ eſt, in figura male poſitus, ſignificat patrem brevi moriturum.Schon.ibidem. 3 ☉ & ☽ conjuncti parentibus malam mortem minantur Schon. 4 ☉ & ♄ in cadentibus,adverſam patri valetudinem, & eius debilitatem ſignificant. 5 ☉ in ſecunda, in □ ♄ vel etiam eidem iunctus,patrem nati aut phtyſi,aut diſſenteria moriturum oſtendit. 6 Si ☉ vel loci eius dominus male locatus reperiatur, pater prior interibit, ſi ☽, mater. 7 ♄ infortunans Solem, mortem patri ex febre melancholica,vel ex nocivis humoribus affert: Gauric. capit. 1 tract. Aſtrol. 8 Si ☉ infortonata & combuſta fuerit in ſigno maſculino. pater prius morietur quam mater.Si in fœminino mater prius morietur. Haly par.4 cap.16. 9 Si ♄ aſpexerit Solem □ vel ☍, vel elevab tur ſupra Solem,accident patri febres cum tremore, vel apoſtemata in gutture,& plures infirmitates,vix aut nunquam curabiles,& debilitatem inſignem corporis denotabunt. 10 Vnus maleficorum in domo ☉, in diurna vel nocturna genitura,damnat patrem in oculis vel in quantitate vitæ. 11 ♂ Solem infortunans,& vel □ vel ☍ radio aſpiciens, patrem magnam debilitatem poſt nativitatem fili incurſurum, vel etiam ſubito moriturum denotat. 12 Si ☉ in ſecunda, & ♂ in ipſius □ fuerit, pater nati peribit ſanguine ſubito erumpente. 13 Si ☉ in 7 ♂ vero & ♄ in quarta fuerint, niſi feliciũ ſtellar.mitigẽtur aſpectu,pater nati tabe aut conſũtione morietur. 14 ♂ aſcendens poſt Solem, damnat virtutem patris, & malæ mortis facit indicium. 15 Si ♂ fuerit in domo ☉, ſignificabitur ſubita mors patri.Schon. 16 Quando ☉ fuerit cum Saturno,radiis Martis pulſatus in diurna genitura,pater eo anno morietur.Si ☽ in nocturna mater ex partu morietur,6 Aph.155.

In noctur. *In nativitate vero nocturna*, conſideratur ♄, eodem prorſus modo, ut Solem iam in diurna conſideravimus.Et læſus ♄ à Marte, lædit patrẽ Martialibus morbis & negotiis. Notandum vero. Cum videris quod decreta patris non eveniunt ei, qui nutrit filium tanquam ſuum, certus eſſe debes,quod adulterinus ille ſit, 3 Aph. 144. *Idem* monet Albubater capit. 161.

Primum exempl. *In noſtro primo exemplo,♎ quartam domum occupat, in qua ♃ fortunatus & felix in thémate corpore exiſtit, & eam fortunat. Cumque domus ſit Veneris,quæ cuſpidem partili radio □ intuetur, ac exaltatio ♄, qui & ſignificator eſt patris in nocturna genitura,& fortis ac fortunatus,⚹ irradians dominum primę Solem,in domo Saturnina ♑ conſtitutum:Idcirco patri nati, ex hoc conſenſu domini primæ ☉ & ♄,florens & fortunatus ſtatus ſignificatur: quẽ tamen ☉ in ſexta domo cadente nonnihil detrudit; Erigit vero rurſus △ ♂ ad Saturnum,in cuius domicilio exiſtit ♄. Quia denique ♄ in termino eſt Iovis benefici & potentis Planetæ,valetudo bona & vita diuturnior decernitur patri, nec efficere poteſt ♂ ☉ & ☽,cum nocturna ſit geneſis, nec vel ♂ Solem, vel Solem ♄,vel etiam ipſe ♂ Saturnum malefico aſpiciat radio, verum benefici potius inter illos ſine radii.*

Alterum exemplũ. In altero exemplo,♌ *ſignum* ☉ *quartam domum occupat, quod ſignum*

ſua

ſua quidem natura felix, & fortunatum eſt. At eius Almuten ☉, in examine primi capit. iuxta cæli formam rationalem inſtituto, in qua ad 12 domum pertinere deprehenſus eſt, à fortitudine ad debilitatem nonnihil declinat, cum in æquali forma ad 11 domum, in qua viribus aliquantulum pollere ſtatuitur, referatur. Eſt & Sol in hac diurna genitura, principalis patris ſignificator, in domo ♀, quæ mediocriter fortis eſt, ut ſub radijs ☉ exiſtat diſpoſitrici ſuæ coniunctus, & in △ ♃ platico, quadrato vero ad domum quartam. Vnde patrem nati poſt tempus nativitatis in ſtatu ſatis florenti, & officio conſpicuo ob Solem, Eccleſiaſticis favorabili ob △ ♃, at ob quadratum radium ad quartam domum periculoſo, conſtitutum fuiſſe conſtellatio hac oſtendit. Firmam valetudinem & vitam poſt nati nativitatem patri deſignat △ ☉ & ♃, inprimis cum & ☉ in termino Mercurij, qui feliciſſimus eſt Planetarum in geneſi noſtra hæreat.

Explicata doctrina de patre, nunc quoq; de matre agendum eſt. Matrem ſignificant. 1 Decima domus. 2 Dominus eius. 3 Planetæ fœminini, ♀ in diurna, ☽ in nocturna genitura: ſed tamen magis eſt obſervanda ☽, quia Luna & ☉ ſunt in geneſibus quaſi pater & mater. Et experientia teſtatur menſium morbos accidere ſexui feminino, ex ☽ conſtitutione ad Solem. 4 Planetæ in 10 domo. Et 5 dominatores horum locorum. Iudic. de matre. Signif. matris 5

Hi enim ſignificatores, ſi vel omnes, vel maior eorum pars felices fuerint, ſanitatem & felicitatem matris poſt editum natum oſtendunt. Contra male affecti ſignificant matrem afflictam, & varijs morbis, ægritudinibus ac calamitatibus obnoxiam, & infelicem. Aliqui vero fortes, & aliqui debiles, mediocritatem denotant; quæ tamen in eam declinat patrem, quam principalis ſignificator decimæ domus monſtrat. Reg. gen.

Qualitas autem infortunij quod ſignificatur, iudicatur ex qualitate malefici lædentis Lunam aut Venerem. Mars enim Martialia, ♄ Saturnina mala adfert. Conſideratur quoque domus, Item Orientalitas & Occidentalitas ♀ & ☽; Quia Orientales magis vitæ Occidentales fortunæ nocent. Deniq; ex collatione ſignificatorum patris & matris facile cognoſcitur, utrius parentis ſtatus ſit futurus felicior. Namq; felicioris dicti ſignificatores matris, quam ſignificatores patris, ſignificant quoq; matrem feliciorem patre, & contra. An matris vel patris ſtatus ſit futurus felicior.

Notentur autem ad hãc generalem doctrinam hæ ſpeciales regulæ: 1 De decima domo. Si inveneris in 10 domos ſtellas fortunatas, & dominos earum in bonis cœli locis, angulis vel ſuccedentibus, remotos à maleficorum coniunctione vel malis radiis, iudica matrem honoratam, & in florenti ſtatu vitę ac fortunarum. Contrarium iudicabis, ſi & ſtellæ infortunatæ in 10 fuerint, & domini earum occupaverint domos cadentes, ac afficiantur malis malorum radiis. 2 Luna aut ♀ in 10, ſi illam aſpexerit ♃ benefice, matris dignitatem ſignificat. 3 ♄ in 10 Retrogr. in ♊ coniunctus Marti, matrem nati ex ruina occidit. 4 ☽ vel ♀ coniuncta Saturno, Marti, & Mercurio in 10, vel 4, ſignificat matrem nati cito morituram, Schon. li. 1 cap. 2 de nativ. Specialia de domo decima.

Secundo de Luna quæ nocti præſidet: 1 Luna ſi fuerit fortunata, quod ſit domicilio, triplicitate & exaltatione, in locis cœli bonis, angulo De Luna.

vel ſuccedente domo, eamq; adiuverit ♀ coniunctione, vel ✶ aut △ radio, aut etiam ♃ eam bene aſpexerit, prolongabitur vita matris: Schon. ibidem & Garc. cap. 16 de iud. genit. Gaur. cap. 1 tract. Aſtrol. 2 ☽ cum Venere in loco abiecto vel pariter vel ſeparatim, ita vt vna in 12, altera in 6 domo ſit, oſtendit matrem nati fuiſſe ancillam. 3 Dominus ſigni, in quo ☽ fuerit, ſi ſit in ſuo caſu, aut in locis abiectis, arguit ſimiliter matrem nati fuiſſe ancillam, Schon. 4 Maleficus ſive ♂ ſive ♄, aſpiciens hoſtiliter Lunam □ aut ☍, & ambo diminuti curſu, & ab angulis remoti, in morbos coniiciunt matrem. Aucti curſu & ☽ & maleficus, & in primis ſi ☽ aut ♀ in angulis fuerint Orientalibus vel ſuccedentibus, vt prima, 10, 2 vel 11, abbreviant vitam matri. Contra ſi fuerint ☽ vel ♀ in occidentalibus angulis, 4, 7, vel ſuccedentibus ipſorum, 5 vel 8 à maleficis læſi, paupertatem faciunt. 5 Luna in ſeptima impedita, mater nati inopia laborabit. 6 ☽ Orientalis afflicta à Saturno ſignificat febres, tremorem & mortem, quia frigidus eſt ♄, Gauric. cap. 1 & Schon. Occidentalis vero afflicta à Saturno, ſignificat morbos, & mortem ex apoſtematis in locis occultis, matrice, renibus &c. 7 Luna in Saturni oppoſito, ſignificat mortem matri, per aduerſam valetudinem ventris. 8 ☽ coniuncta ♄, mater nati ſiccitate ſeu macie debilitabitur, 9 ♄ aſcendens poſt Lunam, damnat matris virtutem 10 ☽ inter duas infortunas natali hora diſcurrens, ſine benevoloruum aſpectu, matrem periculo vitæ exponit, & natum non nutriri oſtendit. 11 ♂ in domo ☽, ſignificat mortem matris. 12 Si ♂ Lunam hoſtiliter aſpexerit, & vel ☽ vel ♂ Orientalis fuerit, repentina mors vel adverſa valetudo inſeparabilis matri denunciatur. Si Occidentalis fuerit, erit matris mors per febres aut viſus debilitatem, aut filiorum amiſſionem, mutilationem aut combuſtionem. 13 ☽ cum Marte in aſcendente, ſi in ſignis fuerit alienis, matrem nati ancillam fuiſſe denotat. 14 ☽ in ſeptima inpedita, matrem nati inopia laboraturam oſtendit. 15 Si dominus primæ in octava fuerit, periculum erit, ne mater nati ex partu moriatur, idq; maxime contingit ſi fuerit impeditus, Schon. 16 Si fuerit ☽ infortunata per corporalem coniunctionem ♄, & aſpexerit eos ♂ de loco, à quo Lunam non recipiat, mater nati morietur hora nativitatis morte mala, Haly cap. 16 lib. 4. de iud. nat.

De Venere.

Tertio de Veneri, quæ diurno tempori præficitur, ea omnia quæ de Luna diximus, ſimiliter accipienda & obſervanda ſunt. Sive enim ♄ ſive ♂ eam afflixerit, idem malum quod diximus, eveniet. Atq; huc referantur ſequentes Regulæ.

1 ♀ in 8 in ♉ vel ♎, & ♂ cum ☽ in occaſu, in ſuis finibus vel domo, violentam matri mortem adfert Schon. 2 ♀ in quarta, & in aſpectu infortunæ, mortem matri ſignificat ante patrem. 3 ♂ ſi Venerem in occidente poſitam ☍ radio aſpexerit, erunt morbi matris febres, læſiones oculorum, & faciei; item dolores dentium, per humores ſubito decidentes. 4 Si Venerem & Lunam in ſeptima ♂ malignè aſpexerit, mater repentina aut violenta morte decedet, ſignificatq; nato malum in

oculis,

oculis,& tandem violentam mortem:Schon.& Gaur.

Cæterum in iudicio de matris conditione,hoc quoq;attendendum eſt,an facile vel diffi‹c›ulter mater pariat, & an poſt partum ſuperſtes eſſe poſſit: qua de re hi notentur Aphoriſmi. 1 Signa obliquarum aſcenſionum, vt ♑, ♒, ♓, ♈, ♉ & ♊ in horoſcopo præſertim cum aſpectu malo malefici, aut ☋, difficiles ſignificant partus. At ſigna rectarum aſcenſionum, in eodem horoſcopo cum aſpectu bono benefici, aut ♌, faciles partus denotant, 2 Cum fortunæ, aſpectu vel ☌ Lunam adiuvant, vel etiam ☉ aut ☽ in ſigno maſculino recti aſcenſus in nativitate maſculi; Fœminino vero in nativitate fœminæ exiſtunt, feſtinatus & facilis egreſſus nati ex vtero materno intelligitur: Albubat. cap. 153. 3 Quando infortunæ in 12 domo fuerint, tardam progreſſionem nati, cum matris gravedine ſignificant. Nam mater infirmatur,& dolorem in ventre patitur,nec non ex illa progreſſione, malum,triſtitiam ac laborem habet: Albubater ibidem. 4 Tardum egreſſum ex vtero ſignificat ☽ in aſpectu infortunatum, præſertim ſi fuerit in ſigno obliquo, cum Planeta retrogrado, aut ſtationali aut lenti motus in aſcendente: Cardan. 6 Aph. 15‥ 5 Cum dominus 10 fuerit in octava, timebitur ne mater ex illo partu moriatur: Almanſ. Aph. 75. 6 Card.Genit. 51 exemplum ponit nati, cuius mater hora 4 poſt partum mortua eſt. Luna enim fuit in oppoſito ☉ & ☿, & in □ ♃ & ♄ invicem oppoſitorum,atque exiſtentium in □ ☉ & ☿,omneſq;ab angulis caden‑tes:Fuitque ♀ cum ☋ in oppoſitione terræ ☌.Cumq;vtraque ſignificatrix matris,tam ☽ quam ♀ afflicta fuerit,aperte oſtenderunt matris mortem. 7 Ponit & Iunctin.in com.ſuper cap.5 libr.4.quadr.Ptol. ex Garcæi cap. 20 libr.Genit.exemplum cuiuſdam fœminæ,quæ Anno 1554 nata, poſtquam annum ætatis 15 complevit, & in matrimonio per 30 hebdomadas vixit,tandem anno 1569 in abortu extincta eſt. Habuit enim ſignum obliquum ♉ in aſcendente, & ☽ in occaſu oppoſitam, Venerem item dominam horoſcopi,♄ iunctam in oppoſitione Iovis ℞,fueruntq.quinq; Planetæ in domibus cadentibus.☉ quidem ☌ & ☿ in 2 coniuncti in ♈, & ☽ in ſuo caſu,cum Iove qui in ſuo eſt detrimento,in ſexta,Thema huius vt & præcedentis exempli verſis tribus foliis invenies.

De partu matris.

Exemplũ nati cuius mater,paulo poſt partum mortua eſt.

Exemplũ fœminæ, quæ ex immaturo partu obiit

In noſtro primo exemplo *ſignum quidem 10 domus ♈, nec fortunatum nec infelix iudicatur. Quia tamen Dominus eius ☌ in themate fortiſſimus eſt,in eodemque exaltatur ☉, fuit nati generoſi mater generoſæ & illuſtris familiæ;cuius tamen conditio poſt editum natum detrimentum & iacturam paſſa eſt, ob Lunam ſignificatricem matris in nocturna genitura, in detrimento conſtitutam,peregrinam inſuper, & in 6 domo a Sole combuſtam, quæ cum Sole ♀ ac ☿ radio □ decimam feriunt,ſicut & ♃ oppoſito.Optimum vero eſt in hac geneſi, quod malefici ☌ & ♄ nec ipſam 10 domum, nec ſignificatores Lunam ☉ & ♀ malis radijs petunt, ipſiq; inter ſe △ aſpectu conſentiunt: mortua alias fuiſſet ex partu hoc mater,cum in abiecta ſexta domo dicti ſignificatores exiſtant. Verum iudicia de parentibus certiora colliguntur ex propriis illorum genituris, ex quibus tanquam radicibus, quid de vita & fortu-*

Primum exemplum.

Digitized by Google

na cuiuſque ſtatuendum ſit, manifeſtius conſtat.

Alterum exemplū.

In altero exemplo, *decima domus infelix quidem eſt, quia ♒ ſignum Saturninum eandem tenet, eius tamen dominus fortis eſt, Orientalis, & liber à radijs Solaribus, ♀ in propria quoq; conſiſtit domo, at combuſta à Sole, intuens cuſpidem 10 domus, & Lunam in 10 conſtitutam □ radio, quod & Sol facit; ☿ trigonum ad eandem habet, nec vel ♂ vel ♄ 10 domum aut Venerem affligunt. Vnde cum ſignificatores ♄ ♀ ☽ & ☿ excepta 10 domo & Sole omnes felices & fortes ſint, ſignificatur, quod mater poſt editum natum fuerit mediocriter felix, fortunata, & bonæ valetudinis.* Nam *licet 10 domus malefici ſit ſignum, & matrem abiectæ conditionis notet: Eſt tamen ♄ dominus eius in themate fortis in ſigno ♃, & exaltatione ♀, eandem erigens & illuſtrans. ♀ quoq; in abiecto cæli loco, inprimis cum & combuſta ſit, matrem vilem ſignificat, eiuſque valetudini inſidiatur per obſtructiones: At quia in propria eſt domo, ac triplicitate, & inſuper in exaltatione ☽, ſtatus eius fulcitur, roboratur, & illuſtrior redditur ſolvunturque mala valetudinem affligentia, vt ea confirmetur & bene habeat, Nec nocere quidquam poſſunt □ radij ♀ & ☉ ad Lunam, niſi quod difficiliorem partum innuerint, exiſtentibus omnibus in ſignis aſcenſionum obliquarum, quem tamen partum velocitas motus ♀ & ☽ adiuvit & fortunavit.*

Nunc propoſitis generalibus regulis parentum, quæſtiones quaſdam ſubijciemus, ex quibus, quæ ad 4 domum pertinent iudicia, exactius determinabuntur. Prius tamen, quomodo Arabici Aſtrologi partes patris & matris inquirant, oſtendemus.

Inquiſitio partibus patris ſecundum Arabes.

Haly part. 4 cap. 16. Et Leupold. part. 5 Introd. partem patris hoc modo quærunt: In diurna genitura ſubtrahunt locum ☉ à loco ♄, & adijciunt ad reſiduum adſcendens. Eſt enim ☉ ſignificator vitæ, & ♄ antiquitatis. Quod ſi tamen ♄ fuerit ſub radijs, accipitur pro Saturno ♃, tam in diurna quam nocturna geneſi.

Veluti in altero exemplo, quod eſt diurna geneſis, ♄ *eſt in* 25 *grad.* 30 *l* ♓. *Seu locus eius eſt* 11 *Sign.* 25 *gr.* 30 *l. Sol vero eſt in* 12 *gr.* 42 *l* ♉, *atq; ita locus eius* 1 *ſign.* 12 *grad.* 42 *l. Aufero ergo* ☉ *locum à loco* ♄, *reſtant* 10 *Sign.* 12 *grad* 48 *l: addo tandem ad reſiduum hoc aſcendens,* 2 *ſign.* 10 *grad.* 15 *l: cadit pars patris ablato integro circulo in* 23 *gr.* 3 *l* ♈.

In nocturna genitura vero quærunt partem patris ſubtrahendo locum ♄ à loco Solis, & adiungendo ad reſiduum aſcendens.

Veluti in primo exemplo, quod eſt nocturna geneſis, ♄ *eſt in* 18 *grad.* 58 *l* ♒. ☉ *in* 25 *grad:* 7 *l* ♑: *vnde differentia colligitur* 2 *Sign.* 6 *grad.* 9 *l & addito aſcendente* 4 *ſign.* 3 *grad.* 6 *l cadit pars patris poſt* 6 *ſigna in grad.* 9, 15 *l* ♎.

Inquiſitio partis matris.

Sic partem matris quærunt in diurna genitura, ſubtracto loco ♀ à loco ☽. & iuncto ad reſiduum aſcendente.

In poſteriore genitura ♀ *eſt in* 6 *grad.* 11 *l* ♉. ☽ *in* 6 *grad.* 25 *l* ♒: *vnde differentia emergit* 9 *ſign.* 0 *grad;* 14 *l, iuncto vero aſcendente* 2 *ſign.* 10 *grad.* 15 *l colligitur pars Matris in* ♓ *grad.* 10, 29 *l.*

In nocturna vero genitura partem matris inveſtigant, ſubtracto

loco

loco ☽ a loco ♀, adiecto ad reſiduum aſcendente.

In priore genitura ☽ eſt in 28 grad. 32 l ♑. ♀ in 9 grad. 23 l ♑. Hic cum maior numerus a minore ſit ſubtrahendus, additur ad minorem integer circulus, & facta ſubtractione, reſtant 11 ſign. 10 grad. 51 l, quibus ſi iungitur aſcendens 4 ſign. 3 grad. 6 l, cadit pars matris in ♋ gr. 13, 57 l.

Volunt autem Arabes, vt pars patris & eius dominus ſignificent ipſum ſtatum & nobilitatem patris. Domus vero in qua eſt, ſubſtantiam, actiones, labores & fortunam patris. Hinc ſi pars hæc in domo felici fortunata fuerit, fortunatum patrem ſignificat. *Si* infortunata, contrarium. Similiter de matre iudicandum.

Quomodo ex partib. patris & matris iudicetur.

Iam vt ad quæſtiones deveniamus. Quæritur primum;

An natus ſit legitimus filius?

De hac quæſtione obſerventur hi Aphoriſmi; Primo ille cuius ſupra memini; Cum videris quod decreta patris non evenerint ei, qui nutrit filium tanquam ſuum, certus eſſe debes, quod adulterinus ſit: 3 Aph. 144. 2 Spuriorum genituræ habent aſcendens cum Luna alligatum, non cum ſignificatore patris, & plerumque habent indicia magnorum malorum: Et dominus quartæ (qui patrem ſignificat) parum concors eſt cum domino ſecundæ, (quæ domus ſecunda facultates ſignificat. Denotatur enim non habiturum ipſum facultates à patre, quia ſpurius non admittitur ad hæreditatis paternæ ſucceſſionem) Et ☽ aut ♀ cum Marte vel ☿ conveniunt: 3 Aphor. 75 Cardan. 3 ☽ cum ☋ plerumque ſignificat matrem adulteram, ac puerum etiam adulterinum & malorum morum, ſæpius etiam infortunatum: 3 Aph. 173. 4 Si ♂ Lunam de nocte, vel Venerem de die pulſaverit, plerūque ſignificat matrem impudicam. Vide igitur an ſignificator patris, h. e. Dominus quartæ fuerit alterius qualitatis quã pater. Tunc enim ſcias, quod ille non eſt filius eius, cuius creditur eſſe, Card. cap. 13 de iud. Gen. 5 ♀ in ♍ (quia ibi cadit) & ☽ infortunata, ſignificat natum ex inceſtu conceptum. Nam matres ſpuriorum neceſſario ſunt impudicæ, Genit. 54 Card. 6. In quacumque nativitate diurna inveneris ♑ aſcendentem, & Solem in caſu ſuo, de domo vel exaltione, aut ☽ de nocte in ſuo caſu; & Saturnum in domo ♂, ſignifica quod natus ille non ſit filius illius patris, & quod ſit malus homo, quodq; eius pater fuerit vel ſervus, vel captivus, vel vilis homo. Sic ſi nativitas nocturna fuerit, & dominus aſcendentis & ☽ non aſpexerit ♄, nec partem patrum aliquo aſpectu, ſignifica quod pater deceptus ſit in illo nato. Non n. eſt filius eius; Haly part. 4 cap. 2. 7 ☽ coniuncta cum Marte in [illegible] in aſpectu alterius fortunæ ex ♓, ſpurium ſignificat, Card. 7 Aph. 129.

Aphoriſmi de qualitate liberorum legitimi & naturales ſimul, an naturales tantum.

Veluti in primo exemplo, domina quartæ domus ♀ cum domino ſecundæ Sole, in eodem eſt ſigno & domicilio, nec vel ☽ aſcendenti alligatur, vel ♂ Lunam intuetur. Etſi ergo ♀ & ♂ ✶ ſe intuentur, ſuntq; in mutua receptione, & exaltatione, tamen quia nocturna genitura eſt, dominuſq; aſcendentis ☉ Saturnum ex domicilio eiuſdẽ ✶ radio aſpicit, natũ legitimũ filiũ fuiſſe denotant.

Exemplũ primum.

In

Exemplũ alterum.

In altero exemplo, nec Lunæ in ♒ cum aſcendente ♊ alligatio ulla alia eſt quàm per △ radium placitum, nec ☽ aut ♀ convenientia ulla cũ Marte. Unde cum & reliqua indicia oſtendant matrem pudicam, merito pronunciamus genuinum eſſe natum, non ſpurium.

A pater. & mater conſentiant.

II Quæritur utrum concordia & diſcordia ſit inter patrem, & matrem?

In huius quæſtionis deciſione conſiderentur ſignificatores, de die Sol & ♀, de nocte ♄ & ☽. Quod ſi hi ex dom:c liis aut exaltationibus ſeſe mutuo receperint, vel bono & amico radio aſpexerint, aut etiam coniuncti fuerint, ſignificant parentum amorem mutuum: Et quo magis partilis fuerit aſpectus, eo major erit amor. Si vero in ſignis ſeparatis, extra dignitates & receptiones mutuas fuerint, vel etiam nullo radio ſeſe aſpexerint, erunt alieniores. Quod ſi prorſus ſeſe oppugnaverint ☐ aut ☍ radio, præſertim ex angulis, erunt etiam hoſtes & perpetuo diſſidebunt.

Primum *In noſtro primo exemplo ♄ & ☽ ⚹ platico ſeſe intuentur.*

Alterum exemplum. In altero *coniunguntur* ☉ *&* ♀ *in* ♉*: unde parentes propoſitorum natorum inter ſe conveniunt & concorditer invicem vivunt.*

An parẽtes natum ament. *Tertio quæritur*: An amore etiam natum parentes complectantur, & uter ex parentibus natum magis diligat? *In huius ſolutione dominus horoſcopi natum vel eius perſonam:* ☉ *vero &* ♀ *patrem & matrem in diurna,* ♄ *&* ☽ *eoſdem in nocturna genitura ſignificant. Hoc modo ergo pater, vel mater affecti erunt erga natum, ut ſignificator matris vel patris affectus eſt erga dominum horoſcopi.*

Hinc ſi duo hi ſignificatores patris & matris, benigno aſpectu dominum primæ vel horoſcopum aſpexerint, erit amor & concordia inter natum & parentes: Et qui eorum meliore & partiliore radio aſpexerit dominum primæ vel horoſcopum, ille magis natum amabit. Si vero maligno aſpectu eundem pulſaverint, erit diſcordia inter parentes & natum, vel etiam amor tantum ſimulatus, non verus. Idem judica, ſi Mars de die, ♄ de nocte ex ſignis naturæ eorum contrariis, ſine benevolarum ſtellarũ aſpectu luminaria oppugnaverint: Ac ſi Sol oppugnetur, pater alienior erit, ſi ☽ mater. Namq; ſi alter benigno, alter maligno radio cum horoſcopi domino copuletur, alter parens natum amabit, alter odio proſequetur, vel etiam alienior erit.

Primum exemplum. *Veluti in noſtro primo exemplo ♄ horoſcopum ☐, aſt dominum eius Solem ⚹ magis partili aſpicit: unde inter patrem & natum amor mutuus ſignificatur, qui tamen ſimulatum quid habet ob ♄ in ſigno Martiali conſtitutionem, & radium ad horoſcopum hoſtilem. Sic Luna horoſcopum oppoſito fere radio partili intuetur, at Soli domino primæ corpore iungitur, atq; ita amorem inter matrem & natum denotat, non tamen conſtantem & ſincerum, ſed qui facili offenſa turbatur. Reditum tamen in gratiam mutuam deſignat ⚹ ♂ ad luminaria & △ ad ♄.*

In

In altero exemplo, ſunt ☉ & ♀ ſignificatores patris & matris alieni prorſus ab boroſcopo eiuſq; domino: unde nec natus parentes, nec ipſi natum vero amore complectentur, Luna tamen quæ conſignificatrix eſt matris, dominum boroſcopi ☿ △ intuetur, & amorem excitat inter ipſos mutuum.

Alt. exēpl.

Quarto quæritur, Num natus bonis parentum fruetur, vel ea diſſipabit? *In bac quæſtione Sol Iovi vel Veneri de die, vel ♄ & ☽ iiſdem Iovi, vel ♀ de nocte coniuncti, vel eoſdem beneficè intuentes; præſertim ex ſecunda, & quarta domo; aut ſi in domo quarta aliquid dominii babeant, patrimonium & proſperum ac diuturnum patrimonii uſum, cum augmento nato ſignificant. At Marte Solem Saturnum vel ☽. ut diximus affligente, ſine teſtimonio beneficorum. diſſipatio bonorum paternorum notatur. Idem innuitur, ſi Luna de nocte lumine diminuta, male cum Marte vel ♄ collocetur; & ſecundæ dominus ſimul à malis affligatur, vel ſi quarta domus & dominus eius infortunentur, & in ſecunda imperent mali.*

An natus bonis parentum fruetur.

In noſtro primo exemplo, ♄ *Solem quadrato aſpicit, at cuſpidem ſecundæ ✳ radio; unde patrimonium quoq; amplum, eiuſq; diuturnus uſus, retentio & auctio nato ſignificatur.*

primum exemplum.

In altero vero exemplo, *Sol quartæ dominus infortunatus, in 12 Veneri quidem platice coniungitur, habet & radium △ ad Iovem ℞ & imbecillem, ſed platicum admodum: At ☽ ſecundæ domina, quartæ dominum Solem & Venerem quadrato ferit. Quæ omnia natum à parentibus exiguum patrimoniū accepiſſe, de eoq; parum in ſuos uſus convertiſſe oſtendunt.*

Alterum exemplum

Cap. XII.

De liberis.

ETſi iudicium de liberis ordine naturæ ſequitur iudicium de coniugio, & ex utriuſq; coniugis genitura dependet, cum ſint cauſſæ eſſentialiter copulatæ ad illum effectum: tamen cum ſingulæ genituræ iudicia ſuis præbeant, & ordo domiciliorum præcepta de liberis exigat, de iis nunc agemus. Ac ſane multo certius eſt boc iudicium de liberis, eo quod antea de fratibus & ſororibus nati attulimus. Nam licet & liberi extra nati ſubſtantiam exiſtere, nec ad actiones nati multum pertinere videantur: habet tamen natus maiorem cum liberis cognationem, quam cum fratribus, cum ex ſubſtantia nati ortum ſuum ducant. Et recte monet Card 3 Aph. 139. Quintum ſignū ab aſcendente (intellige in figura cœli æquali) ideo filios ſignificare, quia eiuſdem naturæ eſt cum ſigno aſcendētis & ſi fuerint duo ſigna in aſcendente, erunt & nati diverſorum morum inter ſe valde: Nona etiam domus ſignificat eadem de cauſſa filios filiorum.

Quare de liberis agatur ante præcepta coniugii.

De liberis certius iudicari poteſt quam de fratrib. & ſororib.

Vt autem in bac judicij parte. Phyſice loquendo, inprimis reſpiciendum eſt ad temperamentum nati, quando & frigidum, ſiccum & humidum nimis in exceſſu, procreandis liberis eſt minus accommodatum: probe vero temperatum, nec à naturalis conſtitutione nimis exorbitans, aptum eſt generationi; Ita Aſtrologice procendendo, conſiderandæ ſunt diligenter naturæ ſignorum,

Phiſici ad temperamentū nati in iud. liberorum reſpiciunt.

occu-

Digitized by Google

Aſtrologi ad naturã ſignorum & planctarum occupantium 5. 11 & 1 domus.

occupantium, 5 11, & 1 domos. Item naturæ & proprietates Planetarum, qui in ipſis verſantur. Fæcundus enim Planeta in fœcundo ſigno, natum certò procreaturum liberos indicat, præſertim ſi 5 domum occupaverint; undecima enim & prima domus non eius ſunt efficaciæ. Sterilis in ſigno ſterili certò ſterilitatem portendit. Fæcundus in ſigno ſterili, mediocrem fœcunditatem notat, eoq; maiorem, ſi in quinta conſtituatur, ac reliquorum ſuffragijs iuvetur. E contrario vero ſterilis in fœcundo ſigno, parum ad fœcunditatem facere poteſt, ſed magis ſterilem natum futurum eſſe indicat. Major enim ſemper vis eſt Planetæ, quam ſigni in quo conſtituitur,

Ptol. ſent.

Ptol. cap.6 lib. 4 quadr. decimam quidem & undecimam domos, quæque his configuratæ ſunt, primam & ſecundam, item ſeptimam & octavam, tandemque oppoſitas quartam & quintam in conſiderationem trahit: quæ domus omnes, ſi a ſignis & Planetis fœcundus occupētur, liberos, ſi a ſterilib. contrarium ſignificant.

Teſtim. pro liberis qua ratione colligantur.

At nos recentium Aſtrologorum doctrinam, experientia magis comprobatam, amplectimur. In ferenda ergo ſententia de nati liberis, ordine teſtimonia fœcunditatis & ſterilitatis colligenda ſunt. 1 A natura Planetarum, in propoſitis cœli locis, 5, 11 & 1 hærentium. 2 A natura ſignorum, in quibus ijdem in his domibus verſantur: Et utra teſtimonia numero vincunt, ſecundum ea vel ſterile vel fœcundum coniugium nato merito denunciatur. Quando vero nullus Planeta in his tribus locis conſtituitur, dominus quintæ aſpiciatur. Sunt qui Venerem & Iovem (utpote ex quibus præcipue ſicut & ex ☊ multitudo liberorum iudicatur, quemadmodum paucitas à ♄ ♂ ☉ & ☋: mediocritas a ☿ iuxta Ptol. libr. 4 cap 6 quadr. reliquosq; Aſtrologos ferme omnes.) Item partem filiorum & eius dominum, ac dominos triplicitatis Iovis conſiderare iubent. Qui enim ex illis maximum habuerit dominium, præcipuè examinandus erit.

Pars filior. & vitæ quomodo quæratur

Quæritur autem pars filiorum, ut & pars vitæ, iuxta Haly part. 4 c. 10 & ult. & Schon. in initio 1 lib. de iud. genit. in diurna genitura, ſubtracto ♃ à ♄ & adiecto aſcendente. *In altera genitura ♃ in 25 gr. 57 l ♍, ſubtractus à ♄ in 25 grad. 30 l ♓ relinquit 5 ſign. 29 grad. 33 l, cui reſiduo iunctus horoſcopus in ♊ grad. 10, 11 l, offert partem filiorum poſt 8 ſign. in 9 grad. 48 l ♐.* In nocturna, ſubtracto ♄ à Iove & addito aſcendente. *In priore genitura ♄ in 18 gr. 58 l ♒ ſubtractus à Iove in 27 gr. 33 l ♎, relinquit 11 ſign. 8 gr. 35 l, iuncto aſcendente 4 ſign. 3 gr. 6 l, fiunt abiectis 12 ſignis; 3 ſign. 11 gr. 41 l, ut pars filiorum ſit in ♋ gr. 11, 41 l. Tandem ordine ad has quæſtiones reſpondendum.*

An natus ſit habituros liberos

I An natus ſit habiturus liberos?

In cuius ſolutione ad has 4 Regulas generales reſpiciendum.

1 Fœcundi Planetæ in locis ſupra dictis, dant liberos. Steriles negant.

Reg. generales.

2 Fœcundus in fœcundo ſigno, præſertim in 5 domo, auget vehementer ſignificatum liberorum. Sterilis in ſterili, minuit vehementer. Fœcundus in ſterili, dat mediocritatem: Sterilis in fœcundo parum prodeſt.

3 Quinta domus præfertur undecimæ. Ideoq; pronunciatur potius iuxta

Pla-

Digitized by Google

Planetam in quinta, quam in undecima, ſi in vtraq; eſt aliquis. Ergo ſterilis in 5; Fæcundus in 11, minantur ſterilitatem.

5 Si in tribus his domibus non eſt Planeta corpore pronunciatur iuxta dominum quintæ.

His addantur hæ regulæ ſpeciales: 1 Omnes Planetæ in fæcundis ſignis, magnam copiam liberorum largiuntur. 2 Non dubitabis de liberis, ſi in 5 fuerit fortuna aliqua, inprimis ſi & dominus quintæ liber ſit ab infortunijs & damnis, & aſpiciat M. C. Si vero in quinta domo fuerit infortuna, & dominus ipſius domus cadens ab angulis, & ab infortuniis damnatus, paucos habebit natus filios, & ſi quos habuerit, morientur cito. Haly part. 4 cap. 17. 3 ♀ & ☽ in quinta, præſertim in fœcundo ſigno, multos bonos & ſoſpites dat liberos. 4 ☽ cum Iove & ♀ præſertim in angulis, ſignificat multos liberos: Cardan. in com. ſuper text. 43, ſeu cap. 6 libr. 4 quadr. Ptolem. 5 ♃ in △ ☽ dat filios & divitias, magis tamen in humanis ſignis, 3 Aphor. 19. 6 ♀ in aſcendente & ♃ in occidente, nato ſignificant filios, & ex illis gaudium, Albubat. cap. 166. 7 Si ſignum quintæ, ſignum diſpoſitoris quintæ, & ſignum aſcendentis, fuerint fæcunda, natus multos habebit liberos, Schoner. 8 ☿ Oriantalis habens convenientiam cum fortunis, quandoquidem illarum induit naturam, multos dat liberos. At Occidentalis ab infortuniis petitus, denegat: Schon. lib. 1 c. 13 de iud. gen. 9 ☽ in quinta, filios dat, ſed ſi in eadem domo quoq; ſit ♄, mali illi ſunt, quod 3 gen. Card. demonſtrat. 10 ☽ & ☿ in quinta, modo dominus eorum fortis & ab omni impedimento ac infortunis liber ſit, nato multos filios ſignificant. Albub. in ratione quintæ domus. 11 Infortunæ locis filiorum infeſtæ, ſi parum fuerint debiles, habebit natus filios, ſi magis, morientur, ſi maxime, erit ſterilis, 7 Aphor. 12. 12 ♀ in 1 vel ſeptima Saturno coniuncta vel illi oppoſita, vel etiam in commutata cum eo dignitate, ita vt ♄ ſit in ♉ ♀ in ♑, ſterilitatem viris, fæminis abortum ſignificat, vel etiam quod infans in lucem editus ſtatim ſit moriturus: Schon. 13 ♄ in quinta, & ☉ in quadrato ♃, negat filios: Genit. 70 Card. 14 Luminaria impedita à malis, & facultates & liberos impediunt: Schon. 15 Si datores filiorum ☽ ♃ & ♀ ſoli fuerint, & particulariter conſtituti in figura cœli, vt non exiſtant in locis filiorum, quinta, 11 aſcendente, 10, 7 vel 4, vivet natus ſolus ſine filiis. Si vero vnus eorum fuerit in prædictis locis, dabit filium, qui ſi fuerit in ſigno bicorporeo ac fæminino quidem, erunt duæ filiæ, Schon. 16 ☉ & infortunæ ſi prædictus locis dominati fuerint, ſine reſpectu fortunarum, vel cum loca filiorum occupaverint, nulla fortunarum ibidem exiſtente, ſimpliciter denegant filios, præſertim ſi ſint in ſignis ſterilibus: Schoner. 17 Quando ☉ exiſtit in eadem parte cum ♄, vel cum ♄ & ☿ in 11 domo aſpiciunt Lunam, natus ſine liberis moritur, aut ſi naſcuntur, ipſi intereunt: 6 Aphor. 163. 18 ☿ ex cardine Saturno oppoſitus, ſterilitatem ſignificat, Schoner. 19 Maximum impedimentum in dandis filiis eſt ſignificator quintæ ℞, vel quod peius eſt combuſtus, & quod peſſimum ſi infortuna ſit: Speciales.

Shon. 20 ☼ aſpiciens ⚹ multos pollicetur filios: Haly part. 4 cap. 18. 21 Si ♄ parti filiorum junctus ſit, eoſque non aſpiciat ♃ vel ♀, pauci nato promittuntur liberi, vel etiam ſterilis erit: Haly part. 4 cap. 17. 22 Si pars filiorum, & ♃ in ſterilibus ſint ſignis, natus ſterilis erit; Haly ibidem, 23 Quando pars filiorum, & dominus domus filiorum, & ♃ ſunt in angulis, & in locis fortibus, & ſignis aqueis, judica nato multos filios. Major ſignificatio multorum liberorum eſt, ſi dominus aſcendentis applicet domino domus filiorum de locis bonis & fortibus: Haly ibidem. 24 Quod ſi pars filiorum ſit in angulis, vel ſuccedentibus, ſignificat multos & bonos filios, qui vivent & florebunt. Si vero fuerit in locis cadentibus, & in his maxime quæ non aſpiciunt aſcēdens, ſignificat paucos filios, & qui cito morientur. 25 Quod ſi etiā in oppoſito partis filiorum vel □ ſit aliqua fortuna, ſignificat quod natus habebit filios. Sed ſi infortuna ſit, vel etiam corporaliter coniungatur, ſignificat quod natus non habebit filios, vel ſi habet, cito morientur. Haly ibid.

Gen. Ferdinandi Imperatoris.

Egregia exempla fœcunditatis habemus in Imperatoribus duobus Romanis Ferdinando, & Maximiliano, patre & filio. Invictiſſimi enim Imperatoris Rodolphi II avo Ferdinando, *♀ fuit in cuſpide domus quintæ, ſigno ♓ fœcundiſſimo, Ioviali exaltatione propria: Fuit & Mercurio ibidem Iovis & ♀ naturam aſſumens, Item ☼ & ♌. Hinc numeroſiſſima ipſi ſoboles ſignificata fuit. Suſcepit n. ex sereniſſima Principe Anna Ludovici Regis Hungariæ ſorore 9 filias, & 6 filios. Inter quos Eliſabetha, quæ regi Poloniæ Sigiſmundo nupſit, prima filia fuit, nata Anno 15 6 die 9 Iulij hora 4 ante meridiem; Et Maximilianus, primus filiorum, natus anno 15 7 die 1 Auguſti Hor. 11 45 l P.M. Reliquorum nomina & tempora ex Garcæi Aſtrologia & cap. 19 peti poſſunt; vel ex Iunct. in com. ad 5 cap. lib. 4 quadr. Ptol. Huic vero* Maximiliano *duo Planetæ fœcundi ♀ & ☽ creſcens in quinta fuerunt, & inſuper ♃ in ⚹*

Gen. Maximil ſecūdi Imp.


quintæ in ſigno quoque fœcundo: unde cum & nulli malefici ſignificatores boſce oppugnent, ex Maria Caroli V filia, in fœcundo coniugio, 4 filias & 9 filios ſuſcepit; Annam in civitate Cigala, Anno 1549 die Nov. 1 Hor. 11 P.M. Ferdinandum ibidem, Anno 1551 die 27 Martij dimidia hora poſt meridiem. Rodolphum Imperatorem Viennæ anno 1552 die 18 Iulij Hor. 7 30l P.M. Erneſtum ibidem Anno 1553 die 15 Iun. Hor. 2 P. M. Eliſabetham ibidem anno 1554 Iunij die 5 H. 10 30l P.M. Mariam ibidem anno 1555 die 27 Iun. Ho. 3 ante meridiem, quæ Iuliaci exacto ferè anno obijt. Matthiam Viennæ quoque Anno 1557. 23 Febr. die Hor. 11, 30l P. M. Maximilianum Neoſtadij Anno 1558 die 12 Octobr. Hor. 9. A. M. Albertum ibidem anno 1559 die 13 Nov. Hor. 9 30l A.M. Wenceslaum Neoſtadij quoq; anno 1561 Martij 9 Hor. 10 30l A.M. Fedricum Linzii anno 1562, 21 Iunii media hora ante meridiem. Mariam Neoſtadij anno 1564, 19 Febr. die, Hor. 9 30l P. M. Carolum deniq; Viennæ anno 1565 Die 27 Sept. Hor. 9 30l A.M.

Mart. Beneckendorfii I.D.

Nec tertium exemplum D. Martini Benekēdorfij quod ſupra pag. 158 propoſuimus hic reticere poſſumus. *Quia enim in domo quinta ♋ ſignum fœcundum domicilium ☽ habet, quã Luna & ipſe cuſpidem 5 □ radio ex horoſcopo intuetur, & mittunt in domum 5 radios △ ♀, & ♂ ex ſigno*

quo-

Digitized by Google



quoq; fecũdo ♒. Ideoq; ipſi multi liberi vivaces ſignificãtur, quãdo, & horoſcopum ſignum ♓ fæcundum tenet, & ♃ in 11 fæcunditatem & fortunam liberorum mirifice auget. Nam licet domum 5 oppoſito aſpiciat: Venerem tamen & ♂, ſicut & cuſpidem aſcendentis ✶ intuetur radio. Filiæ a. ipſi plures quam filij ſignificantur, quod ſignificatores omnes excepta ☽ fœmina ſign. occupent.

Quæſtio 2. Quo natus ſit habiturus liberos? De num. liberorum

Etſi numerum certũ liberorum non definiunt docti, qui ſibi ac arti parcunt,

 & in-

& intra Phyſicorum limites ſe continent, nec ſuperſtitioſis Arabum præceptis nimium fidunt, attendentes cœlum non eſſe unicam & ſufficientem cauſſam horum eventuum, ſed requiri etiam alias plures cauſſas. Unde liberos hi in genere aut multos, aut paucos tantummodo pununt, juxta duas regulas, quæ a Leovitio & Garc. traduntur.

Reg. duæ.

1 (Quo plures fuerint Planetæ aut radii Planetarum in ſignis, quæ ſuppeditant ſignificatum liberorum eo plures quoq; ſignificant liberos: Quo vero pauciores vel etiam in ſterilibus ſignis, eo pauciores. 2 Significatores in ſignis bicorporeis, duplicant in fęcundis triplicant numerũ liberorum.) Tamen Haly part.4 cap.17 monet aſpiciendos eſſe duos triplicitatis dominos Iovis, & qui ex iis fortior fuerit, in quo meliori loco, eius diſtantiam quærendam eſſe ab aſcendente. Tot enim filios habebit, quot ſigna fuerint, dando tamen communi ſigno duos. Nec differt ab hac traditione Card.6 Aph.160, ubi inquit: Numerus filiorum à domino triplicitatis Iovis ad aſcendens ſumitur ut Albubater inquit. Sed melius habetur per directiones ac revolutiones, his exceptis qui non ſupervivunt. Albubat. etiam cap.164 docet: Quot ſigna ſunt inter partem filiorum & dominum eius, tot natus filios habet, ita tamen ut commune ſignum duos det. Sed ſunt hæc ſupeſtitioſa, & Chriſtiano homine ac Philoſoho indigna.

Tertia Quæſtio. De ſexu liberorum.

De ſexu liberum.

Maſculos promittunt Planetæ maſculini ♄, ♃, ♂, ☉; Orientales à Sole, in ſignis domibus & gradibus maſculinis. Diximus autem ſupra ſigna ♈ ♊ ♌ ♎ ♐ & ♒ maſculina eſſe, & domus maſculinas, 4, 5, 6, 10, 11, & 12. De gradibus quæ afferunt Albumaſ. lib.5 cap.16 Introd. Alcabit. in ſua Iſag. diff. 1. cap.15, & Iunct. in com. ſuper cap.5 lib.4 quadr. Ptolea ut ſuperſtitioſa merito negligimus. Neque enim ut ſignis & domibus quædam huius diſtinctionis fundamenta largimur, ſimiliter gradibus eadem concedimus. Fæminas vero promittunt Planetæ fæminini ♀ & ☽ in ſignis & domibus fęmininis. Sunt autem ſigna fæminina ♉, ♋, ♍, ♏, ♑ & ♓. Et domus fæmininæ 1, 2, 3, 7, 8, & 9. Colligenda itaque ſunt teſtimonia maſculorum, & fæminarum ex Planetis, ſignis & aſpectibus in quinta, & iuxta vincentem numerum pronunciandum. Quod ſi, ut docet Haly part.5 cap.15, conſiderata domo 5, & domino eius, inveneris & ſignum ibi maſculinum, & dominum eius in ſigno maſculino, iudicat quod habebit natus plures maſculos. Sed ſi fæmininum & dominum eius in ſigno fæminino repereris, plures fæminas habebit. At ſi inveneris in ipſo loco ſignum maſculinum, & dominum in ſigno fæminino, vel è contrario, habebit maſculos & fæminas. Card. quoq; gen. 59 ex domino quintæ maſculino, Marte in maſculino ſigno, & in ⚹ ♃ & ♀ coniunctorum in undecima, multos filios maſculos indicat.

Colligãtur teſtimonia maſculorũ & femellarum. Et poſtea pronũcietur.

Quarta Quæſtio. An legitimi ſint futuri liberi.

An legitimi ſunt liberi,

De hac ſciendum 1 ut dominus aſcendentis, qui natum ſignificat, ſi applicat domino ſeptimę qui uxorem, innuit natum ex uxore ſua ſuſcepturum liberos legitimos. Ita ſi applicet domino ſextę, habebit ex famulis & concubinis, Schõ.

cap.13

cap.13 lib.1 Genit. 2 Quod ſi etiam dominus quintę & ♃ ſint ſub radijs ☉, habebit natus filios abſconditos & latentes. 6 Aph.161. 3 Cum ſignificatores liberorum à luminaribus prorſus removentur, natus habebit filios illegitimos: 7 Aphoriſ.14.

Quinta Quæſtio. Quando habiturus ſit liberos?

De temp. quando natus ſit habiturus liberos,

Ad hanc quæſtionem merito confertur tempus coniugii, quandoquidem de legitimis filiis potiſſimum hic agimus. Iudicatur autem tempus, iuxta Haly cap.17 part.4, principaliter ex diſpoſitore ſeu ſignificatore liberorum, & Iove fæcunditatis domino. Nam 1 Almuten filiorum, aut ♃, aut dominus domus filiorum, orientales à Sole, dant filios in iuventute, Occidentales in ſenectute. 2 Idem ſignificatores in themate cœli in 11 vel 10 domo, dant liberos in iuventute; in tertia, octava & nona, in media ætate. In ſeptima tandem & quarta, in ſenectute. 3 Sic pars liberorum in aſcendente fortis, in adoleſcentia; in medio cœli, in iuventute: In occidente autem & quarta, in ſenectute liberos largitur.

VI Quæſtio. Quæ fortuna à liberis expectanda ſit?

De fortuna liberorũ gener.

In hac quæſtione ad potentiam ſignificatorum liberorum reſpiciendum eſt, ut docent Leov. & Garc. vel etiam ad fortunatos vel infortunatos bonorum & malorum Planetarum radios, ut volunt Haly, Abrahamus Iudæus, Albubater, & alii. Significatores n. omnes aut major pars potentes, & in bonis bonorum radijs, vel coniunctione, præclaram fortunam liberorum pro vita & ſucceſſu ſignificant; erunt ſc. filii nati robuſti longævi, celebres & fortunati in actionibus. Imbecilles v. & afflicti malorum radiis & præſentia, afflictum ſtatum liberis deſignant, erunt ſc. debiles, valetudinarii, inglorii & infortunati in actionibus ſuis. Quod ſi aliqui ſignificatores fortes & bene affecti, aliqui debiles, & afflicti fuerint, ſignificabitur quoq; quibuſdam liberis ſtatus felicior, & fortuna clementior, quibuſdam infortunatior & minus felix. Quibus v. maior fortuna, quibus minor accedet, ex collatione ſignificatorum utriuſque ſexus deprehendi poterit.

Reg. ſpec.

Obſerventur a. hoc loco regulæ ſpeciales ex Albubatre cap. 166. 1 Quando ♄ in nativitate diurna Venerem △ aſpectu cum receptione aſpexerit, natus ex filiis lætabitur, & cauſſa eorum bonum & fortunam habebit. 2 Si ♃ Venerem ſic aſpexerit, idem adhuc felicius eveniet. 3 ♃ in M. C. ſimiliter fortunam ex liberis ſignificat. 4 ♀ in aſcendente, & ♃ in occidente, nato huiuſmodi filios denotat, cum quibus gaudebit, & vitam lætam ducet. 5 ♄ & ♃ oppoſiti, ex caſu filiorum acerba doloris tormenta indicit: Firmic. cap.17 libr.6. 6 Pars filiorum in aſcendente, & dominus eius ab infortunis liber & fortunatus, nato filios ſignificat, qui ipſum honorabunt, & quorum cauſſa fortunam & dignitates conſequetur.

Quæſtio VII. De amore & concordia liberorum cum parentibus & inter ſe.

De conc. liber. cum parẽtib. & inter ſe,

Iudicantur illa ex habitudine domini quintæ ad primæ dominum, & ſignificatorum mutua collatione. Nam 1 ſi dominus nativitatis, vel primæ domus

domi-

dominus, dominum quintæ benigno aſpeſtu aſpexerit; vel etiam dominus nativitatis quintam; & viceverſa dominus quintæ primam bonis colluſtraverit radijs, mutuus amor mutuaq; benevolentia erit inter natum & liberos. Contrarium ſtatuendum, ſi vel nullo, vel malis radijs ſeſe aſpexerint Tum n. alieni uel diſſentientes inter ſe erunt, quod & 7 Aph. 15 docet his verbis. Cum dominus genituræ infortuna fuerit, nec aſpexerit dominum loci filiorum, vel non infortuna exiſtens, aſpexerit inimico radio, natus filiis erit infenſus. Et 5 Aph. 124 dicit: Si dominus filiorum ad dominum genituræ in patris nativitate acceſſerit, filij parentibus obœdient. Optimum v. erit conferre filiorum & parentum genituras, & ex comparatione, vtrorumq; dilectionem dijudicare. Inde n. manifeſtum fiet, aliquos obædire parentibus, alios non; alios diligere, alios non: Cum his eſſe concordiam, cum aliis non.

2 Si ſignificatores liberorum ſe invicem ✱ vel △ aſpexerint, aut omnes iuncti fuerint in uno ſigno, & aſpexerit eos dominus partis filiorum, natus multos filios ſeſe mutuo amantes habebit. Si vero aſpexerint □ aut ☍, filii nati erunt diſcordes, & ſe mutuo dehoneſtabunt, vel etiam mutuo interficient. Haly part. 4 cap 17. ♃ quoq; n. vel peregrinus dat filios, ſed inhumaniter ſe tractantes, Schonerus.

Quæſtio VIII. De morte liberorum.

De morte liberorū. Generalia. *Mors liberorum ex maleficorum ad ſignificatores infenſis radiis, vel etiam debilitate ſignificatorum colligitur. Nam 1 ♃ Martis □ vel ☍ pulſatus, violenta morte tollit liberos, maxime ſi idem ♂ lædat domin um quintæ, aut decimæ: 6 Aph. 164. 2 ♃ eleuatus, ac mediocriter infortunatus, filios perimit, opes ſeruat: Deſcendens & humilis ſed non infortunatus, filios ſeruat, & opes non largitur: 6 Aph. 167. 3 Quando ☉ fuerit in eadem parte cum ♄, uel cum eo & ☿ in corde cœli, Lunam aſpiciens, natus morietur ſine filiis, quotquot etiam naſcentur, interibunt: 6 Aph. 163.*

Speciales Aphoriſmi. Notentur & hi Aphoriſmi Albubatris, qui extant cap. 170, & repetuntur à Iunctino in com. ſuper cap. 5. libr. 4 quadr. Ptol. 1 ♄ & ♂ in domo filiorum, aut malo eam aſpicientes radio, mortem filiis ſignificant. 2 Si dominus 11 in quinta & dominus ☉ in 8. ſit, omnes filii nati morientur. 3 Sol iunctus infortunæ, ne unum quidem ex liberis relinquit. 4 ☉ ♄ & ☿ in medio cœli coniuncti, & Lunam male aſpicientes, interficiunt liberos. 5 Mars Iovi oppoſitus liberos nati vel occidit, vel malam mortem ipſis ſignificat. 6 ♄ Iovi oppoſitus, maiorem filiorum partem tollit. 7 ☿ in aſcendente & ♄ in occidente, notant parum victuros liberos. 8 Dominus domus filiorum in octava, ſignificat liberos ante patrem morituros. 9 ♂ & ☿ in occidente vel M. C. coniuncti, idem ſignificant. 10 ♃ in 4 vel 7 combuſtus in ♂ vel malo aſpectu infortunæ, idem ſignificat. 11 Dominus domus filiorum coniunctus infortunis aut domino octavæ, aut in malo aſpectu infortunarum, interficit liberos. 12 Dominus domus filiorum domino octavæ alligatus, liberorum mortem denotat. 13 Pars filiorum in domo ♄ & infortunæ ipſam aſpicientes, maximæ parti liberorum nati mortem prænunciat.

Digitized by Google

Exemplum primum in hoc iudicio merito non attingimus, cum Generoſus noſter ad hoc vſque tempus cælibem vitam egerit. *Sed nec liberi nato ſignificati fuiſſent, vt quintam domum fæcundum ſignum ♒ occupet. Eius enim cuſpidem ♄ ſterilis Planeta tenet. Eſt & ♃ alter quintæ dominus in □ ☉ & ☽: ♂ quoq; dominus quintæ nulla ſocietate Iovi iungitur, in cuius ſigno ipſe exiſtit. Sic nec ♂, nec ♄ nec ♃ aſcendenti copulantur. Vnde ſi quid ſignificatur, provenit illud potius illegitimo modo; propterea quod & pars liberorum in 12 grad. ♋ cadat in domo 12; eiuſq; Almuten ☽ combuſta ſit in ſexta domo, quæ omnia decretum liberorum impediunt vel abſcondunt.* **Primum exemplum**

In altero exemplo, *natum non modo ex temperatura ſanguinea, quam ſupra cap. 5 ipſi attribuimus atteſtante experientia, fæcundum pronunciamus, verum ex ſitu quoq; ſtellarum. Nam & Iupiter, vt valde debilis & ℞, vna cum parte fortunæ domum quintam occupat: Et in 11 pars eſt altera fortunæ, cum Saturno Iovi oppoſito; tenet & ☽ medium cæli in ſigno paucorum liberorum, in △ primæ & △ quintæ. Eſt deniq; ♀ in propria domo; □ ☽ & △ quintæ: quæ conſtitutiones omnes inclinant ad largitionem liberorum. Licet vero domum quintam ſterilia ſigna ♌ & ♍, vndecimam ♒ paucorum liberorum, & ♓ ſignum fæcundiſſimum, & primam ♊ ſterile occupent, quæ fæcunditati nonnihil derogant: tamen cum maior ſit vis Planetarum quam ſignorum, nato mediocris copia liberorum promittitur. Nam & ſol primus dominus quintæ liber eſt à malis malorum radijs, aſpicit M.C. radio □, vt in 12, abiecta cæli domo hæreat, & ☿ alter quintæ dominus, & diſpoſitor loci Iovis, fortis in themate eſt & fortunatus, medium cæli & ☽ △ fere intuens, & pars liberorum in cuſpide fere ſeptimæ in ⚹ ☽ exiſtit. Cumq; radii reliquorum omnium Planetarum in domum quintam incidant, △ quidem ♂ ad ipſam cuſpidem, □ ☿, & △ ♀ ac ☉; Item △ ☿ & ☽ in ipſam medietatem domus. Idcirco 12 liberi & vltra nato ſignificati ſunt, præſertim cum & pars liberorum cum ſuo ſignificatore, Iove in duplicibus ſignis exiſtat, & diſtet ☽ triplicitatis Iovis domina fortior ab aſcendente 4 ſignis, inter quæ duo communia ſunt ♓ & ♊. Nam ſi 6 teſtimonia, quæ ex Lunæ ab aſcendente diſtantia colliguntur, per duo multiplicentur, quando & pars liberorum & ♃ in duplicibus ſunt ſignis, 12 liberi & vltra vt dictum ſignificantur. Sunt autem maxima ex parte maſculi, quandoquidem & quintam domum, & cardines decimæ ac primæ domus maſculina ſigna occupant, ♃ in quinta exiſtit, & ☽ ac pars liberorum in maſculinis ſignis reperiuntur. Nec dubitandum eſt omnes eſſe legitimos. Nam & ☉ quintæ dominus primus in △ platico eſt Solis domini ſeptimæ domus, & alter dominus quintæ ☿ liber eſt à radijs ☉ in cuius domo & exaltatione ponitur ♃ △ radio ferme eundem intuens. Habuit autem natus hoſce ſuos liberos partim in Iuventute & media ætate, cum quatuor Planetæ quintam aſpicientes ☽ ♄ ♂ & ♀ Orientales ſint à Sole, partim etiam in adulciore ætate, cum ☿ & ♃ occidentales ſint & pars liberorum in initio ſeptimæ exiſtat. Fortunam ac lætitiam à liberis expectare natus inſignem non poteſt, quod pleriq; ſignificatores debiles ſint, nonnulli mediocres, & quod maxime attendendum in hac genitura ♄ Iovi opponatur. Conſenſus inter liberos & parentes maior quam liberorum inter ſe ſignificatur, quod primæ dominus ☿ Iovem in ſuam domum receperit,* **Alterum exemplũ.**

ipſaq;

ipſaq; Luna aſcendens △ irradiet: non vero ipſi ſignificatores liberorum inter ſe amicis radiis conſentiant. Mors nonnullis, præſertim qui in Iuventute procreati ſunt ſignificatur, quod & radij ſignificatorum Orientalium ſint adverſi, □ ♀ & ☉ ad ☽, & inter ortum ac M. C. malefici duo ♄ & ♂ reperiantur. Reliquis vita vegetior promittitur, quod à parte liberorum fortunata in ſeptima angulo, Mercurio primæ domino forti, & Iove, infirmo tamen & Retrogrado, ſignificentur.

Caput XIII.

De morbis & aduerſa valetudine.

Morbi alii totius alii partium corporis ſunt.

De 5 quæſtionib hic potiſſimũ agitur.

EXcuſſis primorum quinq; domiciliorum ſignificatis, nunc tandem ad ſexti, quod morborum iudicia continet, deducimur. Cumq; morbi alij univerſales totius corporis, alij particulares certorum membrorum ſint, vtrorũq; notas aſſumto etiam horoſcopo, qui generalis vitæ & corporis ſignificator exiſtit, hic venabimur*; Ac primum videbimus, ex quibus ſignificatoribus iudicium de valetudine petatur. Poſtea an firma vel infirma valetudine natus ſit futurus. 3 Qui ſint, & in quibus membris morbi futuri. 4 Quo tempore: & 5 An durabiles.

1 De ſignificatorib. valetudin. novem.

Ad primum quod attinet, ſunt ſignificatores, qui valetudinem decernũt: 1 quidem horoſcopus, qui corpus & vitam item temperamentum ſignificat. 2 dominus horoſcopi. 3 Luminaria. Luna enim humores, ☉ ſpiritum vitalem gubernat, quæ ſi recte ſeſe habeant, & commodis locis diſponantur, bonam & firmam valetudinem: ſi male, ægritudines & morbos ſignificant. 4 Sexta domus, vt quæ morbos principaliter denotat, & vitæ inſidiatur, cum ab horoſcopo prorſus diſiuncta ſit, nihilq; cum ea familiare, aut amicum habeat. 5 Dominus ſextæ. 6 Planeta vel Planetæ in domo ſexta. 7 Septima domus, eiuſq; dominus. Hæc enim domus ſeptima quia opponitur primę, quæ valetudinem decernit, ſignificationem peculiarem habet cũ domino ſuo, morborum. Præter hos eſt accerſendus 8 Dominus geniture Cypriani, & 9 Temperamentum. quando illud ſi à iuſto moderamine deflectat, morborum frequentiam affert: In mediocritate vero conſiſtens, valetudinem firmam rarioreſq; morbos indicat.

Differunt ſignificator & autor morbi.

Diſcernimus autem inter morbi ſignificatores, & morbi autores, quod & notarunt Leovitius in doctrina ſua nativit. & Garcæus cap. 33 libr. de iud. genit. Significatores enim appellamus, quos iam recenſuimus. Autores vero vocamus maleficos duos ♄ & ♂. (Qualitatibus enim ſuis, conſtitutioni corporis & vitę, quæ in calido, & humido conſiſtit, adverſantur.) Item infelices eorum radios ad ſignificatores morborum antea conſtitutos. Poſſunt tamen malefici eorumq; radij & ſignificatores & autores morborum eſſe, quando videlicet non modo alios læſerint, verum etiam in ſuperiori Catalogo ſignificatorum extiterint. Vt ſi alter eorum horoſcopi vel ſextæ dominus fuerit, & ſimul ſignificatorem alium infecerit. De reliquis vero Planetis idem dici nequit; quippe ſignificatores illi ſolum non etiam autores morborum eſſe poſſunt.

Vt

Digitized by Google

Vt nunc dextre iudicemus diligentiſſime examinandi ſunt ſuperiores ſignificatores omnes, hoc modo; ut quæramus 1 An ſint fortes, aut debiles per ſe 2 An habeant bonos aut malos aſpectus. 3 An ſint cum fixis felicibus vel infelicibus. 4 An temperamentum ſit æquale vel inæquale. Poſtea colligenda ſunt teſtimonia morborum, eadem ratione, qua temperamentorum collegimus. De exam. ſignific.

Primo enim ſcribantur ordines ſignificatores ſupra nominati, cum omnibus ſuis aſpectibus toties, quoties occurrunt. Poſtea boni & felices aſpectus ſeorſim, mali itidem ſeorſim, mediocres quoq; ſeorſim collocentur, ut tres fiant claſſes; prima pro felicibus: altera pro infelicibus, & debilibus: tertia pro mediocribus. Tandem ſingularum claſſium teſtimonia numerentur, & numeri ſingulis ſubſcribantur, aut etiam animo ponderentur. Et collect. teſtimon.

Veluti in noſtro primo exemplo. 1 *Horoſcopus felix eſt, ♌ ſigno, & quia ⁙ ibidem. Dominus horoſcopi ☉ infelix, quia debilis. Mediocris, quia in □ ♃, ⚹ ♄, ⚹ ♂ 3 ☽ infelix. Mediocris ob □ ♃. 4 ☉ infelix per ſe. Mediocris quia in □ ♃, ⚹ ♄, ⚹ ♂ 5 Sexta domus infelix, ob ſignum Saturninum, quando & idem ♄ dominus eſt octavæ. Eſt vero & eadem domus mediocris □ ♃, ⚹ ♄, ⚹ ♂. 6 Dominus ſeptimæ ♄ felix, quia fortis. Mediocris in ⚹ ♀, ⚹ ☉, △ ♂ 7 Domus ſeptima infelix quidem ſigno ♒, atq; felix domino ♄. 8 Planetæ in ſexta domo indifferentes, ☿ ♀ ☉ & ☽ 9 Dominus genituræ ♂ felix. 10 Temperamentum phlegmaticum excedens in frigiditate & humiditate, inæquale mediocre tamen.* Exemplũ primum.

Significatores	Felix	Infelix	Mediocris	
Horoſcopus	♌ ⁙			
Dom horoſc.		☉ debil.	□ ⚹ ⚹	♃ ♄ ♂
☽		☽ infel.	□	♃
☉		☉ debil.	□ ⚹ ⚹	♃ ♄ ♂
VI Domus		♑	□ ⚹ ⚹	♃ ♄ ♂
Dom. ſexta	♄ for.		⚹ ⚹ △	♀ ☉ ♂
Dominus 7	♄	♒		
Planetæ in ſex.			☿ ☉	♀ ☽
Dom. Genit.	♂			
Temperament.			*Indifferens.*	
Summa	5	5	18	

Patet ergo mediocritatis teſtimonia 18. at felicitatis & infelicitatis paria eſſe, utrobiq; 5, quæ ſe ſe mutuo elidunt.

Digitized by Google

Exemplũ alterum.

In alteto exemplo primus ſignificator horoſcopus in ♊ per ſe felix eſt. Mediocris △ ☽, □ ♃, ⚹ ♂: Infelix □ ♄. Secundus ſignificator ☿ dom. horoſc. fortis & felix eſt per ſe, & △ ♃: Mediocris △ ☽. Tertius ſignificator ☽ felix eſt in M.C. Mediocr. □ ♀, △ ☿; Infelix □ ☉. Quartus ☉ infel. eſt per ſe quia debilis, & quia in □ ☽. Quintus, domus ſexta felix eſt ex patre ſigni ♎ & ⚹ ♃ ad 26 gr. ♏ Infelix vero ☍ ♂. Item ob ♏ ſignum & ☍ ☉. Indifferens ob □ ☽ & ☍ ♀. Sextus eſt vel ♀ mediocris per ſe, quia in □ ☽; vel ♂ mediocriter ſe ſe habens, quia fortis & in proprio ſigno, cadente tamen domo. Septimus eſt domus ſeptima felix ob ♐, eiuſq; dominus ♃ mediocris. Octavus eſt ☿ genituræ dominus, qui felicitatis teſtimonium præbet. Nonus eſt temperamentum ſanguineum excedens qualitatibus ſuis calore & humiditate frigiditatem, & ſiccitatem; unde inæquale & mediocre cenſetur.

Significatores	Felix	Infelix	Mediocr.
Horoſcopus	♊	□ ♄	△ ☽ □ ♃ ⚹ ♂
Dom. horoſc.	☿ △ ♃		△ ☽
☽	*in M. C.*		□ ♀ △ ☿
☉		□ ☉	
Domus VI	♎ ⚹ ♃	☉ □ ☽	□ ☽ ☍ ♀
Dominus ſextæ		☍ ♂ ♏ *ſign.* ☍ ☉	♀ □ ☽ ♂
Domus VII	♐		♃ *domin.*
Genit. Dom.	☿		
Temperament.			*Mediocre*
Summa	8	7	13

Collectis itaque teſtimonijs, apparet teſtimonia mediocritatis eſſe 13, cum debilitatis ſint 8, infelicitatis 7.

De ſecundo, An bona vel mala ſit futura nati valetudo.

Cuiuſmodi valetudo bona ne vel mala ſignificetur.

Regulæ generales tres.

Hæc tum demum recte indicatur, cum teſtimonia triplicia, felicitatis, infelicitatis, & mediocritatis in promtu ſunt. Primo enim, ſi nulla ſint, aut pauciſſima infirmitatis teſtimonio, ſignificatoreſq; omnes fortes, & liberi à maleficorum, qui autores ſunt ægritudinum, ut antea dictum, oppugnatione; ſignificatur firma valetudo, & nulli aut rariſſimi morbi. Contrarium v. evenire experimur ſi omnes mals poſiti inveniantur: quemadmodum & mediocritas indicatur ſi aliqui male, aliqui bene conſtituti ſint, vel plura teſtimonia mediocritatis quam vel fortitudinis vel debilitatis offerantur. Deinde in genere, ad horoſcopum reſpiciendum, qui ſi 1 boni Planetæ ſignũ habuerit, & à malis radijs liber fuerit, 2 dominum habuerit fortem & fortunatum, & ſimiliter ſalvum à maleficorum adverſis aſpectibus. Et 3 Luna in themate fortis & libera fuerit à malefico-

leficorum oppugnatione, bene de nati valetudine ſperandum. Contrarium pronunciandum ſi infirmi fuerint. Tertio de Planetis quoq; in 8, 12 vel 7 conſtitutis hoc indicandum, quod, ſi illi infelices ſint, ſignificatum morborum mirifice augeant.

Ex his tribus generalibus regulis multæ ſpeciales extrui poſſunt, quarum aliquas hic conſiderabimus. *Ac primum quidem de horoſcopo*, Regulæ ſpeciales.
1 Horoſcopus & 7 ipſorumque domini infortunati, aut à maleficis infecti, morboſos faciunt. 2 Dominus horoſcopi in 6 vel 12 infortunatus, aut etiam mediocris, valetudinarios facit: Haly part. 5 cap. 4 3 Qui aſcendens & Planetas omnes habuerit in ſignis unius & eiuſdem trigoni, ex prædominantibus iſtius trigoni qualitatibus perpetuis torquebitur morbis. In aqueis, pituita. In terreis, melancholia. In igneis, furore & herpete. *In* aeris, ſanguinis abundantia. 4 Dominus aſcendentis applicans domino ſextæ, facit natos ſuæ valetudinis negligentiſſimos. Schon. c. 6 li. 1. (1 De horoſcopo.)

Secundo de lumin. 1 ☉ fortunatus in angulo præſertim in ♋ dat validam vitam. 2 ☉ in 6 aut 8 interdum etiam in 7 vel 12 morbos, mærorem & brevem vitam ſignificat. 3 ☉ & ☽ coniuncti, regulariter male coloratos, macilentos, & in ſenectute valetudinarios, mentis inſania aut eiuſmodi ægritudinibus laborantes ſignificat, quæ à medicis difficulter curantur. Schon. ibidem. 4 ☽ a Saturno afflicta □ radio, aut ☋ in angulo præſertim in prima & ſecunda domibus, totam vitam morbis implicat. 5 Stellæ fixæ Saturninæ cum luminaribus, morboſos & macilentos faciunt. (2 de luminaribus.)

Tertio de maleficis. 1 Aeger erit natus & debilis, quando ♂ ſupra ♄ fuerit elevatus. 2 ♄ in 6 aut 12 perpetuos morbos in membris ſigni quod tenet, aut perpetuum carcerem ſignificat. 3 ♂ in 6, morbos repentinos revertentes facit. In 12 etiam debilitat corpus aliquo incidenti infortunio. 4 Malefica matutina caſum, veſpertina morbum ſignificat. Ptolem. ſentent 68 Centilloq. 5 ♂ in aſcendente vulnera faciei infligit. ♄ in medio cœli ex alto præcipitat, vel etiam de honoribus deiicit. (3 de maleficis.)

Veluti in noſtro primo exemplo, *teſtimonia mediocritatis plurima natum ſat bonæ valetudinis denotant, qui & morbis non facile affligitur; quod morborum autores ♄ ac ♂ nullos aſpectus malos ad horoſcopum, luminaria, vel etiam ſextam domum habeant, quodque ut generoſam perſonam decet, accuratam ſemper ſuæ valetudinis curam in cibo & potu geſſerit. Etſi vero luminaria debilia, & in abiecto cœli loco coniuncta, vitam breuiorem nato ſignificarunt; præſertim cum & Sol horoſcopi dominus in ſexta hæreat: tamen quia horoſcopi cuſpis ab utraq. parte fortunæ cingitur, & quaſi includitur, ſervatus eſt Dei beneficio ad hoc uſq; tempus.* (Primum exemplum.)

In altero exemplo *plurima teſtimonia mediocritatis, oſtendunt natum mediocris valetudinis eſſe, & proſpera valetudine plurimum uti, quando & teſtimonia felicia excedunt numero infelicia, & dominus horoſcopi ☿ fortis & fortunatus eſt. Quia vero horoſcopus ipſe □ Saturni, Luna □ Solis, & domus ſex-* (Alterum exemplum)

ta non modo oppoſito ☉, ſed & ♃ aff gitur, graues quidam morbi nato ſignificatur, de quibus paulo poſt.

Quibus membris, & cuiuſmodi morbi decernantur.

De tertio, Quibus & quorum membrorum morbis natus affligatur.

Quandoquidem ſingulis Planetis, ſignis ac domibus, ſingula membra & morbi corporis humani à ſapientibus aſſignantur, ex quib. iudicium fertur de genere morbi: Idcirco primum, quo modo ipſis ſignis ac domib. membra corporis humani à capite ad calcem, iuxta ſignorum & domorum ordinem attributa ſint, docebimus; poſt, & Planetis convenientia membra ac morbos oſtendemus, tandemq; quomodo iudicium formandum ſit, monſtrabimus.

Signa zodiaci quibus membris præſint.

Primum ergo iuxta *Leovitium* & Garcæum c. 33 de iud. Genit. ♈ præeſt capiti, faciei & partibus capitis, oculis, auribus, dentibus, harumque partium affectionibus; vt ſunt dolores oculorum, & dentium, ſurditatis, & nævi in facie. ♉ collo cervici, gutturi, voci; horũq; morbis. ♊ humeris, brachiis, manibus, ſcapulis: ♋ pulmonibus, pectori, coſtis, mammillis, Epati ſpleni. ♌ Cordi, ſtomacho, dorſo, vmbilico, lateribus, diaphragmati. ♍ ventri, inteſtinis, diaphragmati. ♎ lumbis, vmbilico, renibus femoribus, natibus veſicæ. ♏ pudendis, veſicæ ano. ♐ coxis, femoribus. ♑ genubus & popliti. ♒ tibiis & cruribus. ♓ pedibus & talis.

Etſi cauſſa huius diſtributionis ignoratur: tamen quidquid ea nititur non fortuitæ prædictioni acceptum eſt ferendum.

Ac admiratione dignum eſt, prognoſtica reſpondere euentui, cum iſtius diſtributionis cauſſa ignota ſit, vel etiam ea tantum à Pontano c. 4 lib. 4 de reb. cœl. detur, quod vt ab ♈ primo ſigno zodiacum ordimur, & inde per ♉, ♊, ♋. &c. ad ♓ vſq: primũ ſignum progredimur; ita à capite, quod primum & digniorem locũ obtinet, per collum, humeros, ventrem, ad pedes vſque deſcendimus. Quæ cauſſa licet inſufficiens ſit, non tamen fortuitæ prædictioni illico, quicquid hac in parte experientiæ conſentire animadvertimus, attribuendum. Nituntur enim iudicia certis præceptis, longa experientia conceptis & comprobatis, nec fortuito iam ex ♓ aut ♒ de capite, ex ♉ de pedibus, ex ♋ de ſecretis locis, niſi collatione facta ad Planetas, iudicatur: Et fiunt multa in rerum natura, quorum cauſſas ob imbecillitatem intellectus noſtri non percipimus. Dicere vero ea fortuitæ prædictioni accepta eſſe ferenda, eſt omnem Aſtrologię certitudinem temere detrahere.

Domus cęleſtes quibus partib. corporis præſint.

Simili modo domus cœleſtes 12, certis corporis partib. præeſſe dicuntur. *Prima* n. domus notat caput, oculos, aures, faciem, polypum, oris fœtorem: *Secunda* collum, guttur, glandulas: *Tertia* humeros, brachia, manus: *Quarta* pectus pulmonem œſophagum & ſplenem. *Quinta* dorſum & ſcapulas, ſtomachum, Epar, cor, nervos & latera. *Sexta* inferiorem ventrem cum inteſtinis, ventriculum, Epar & renes. *Septima* femora cum illis, veſicam, matricem & membra genitalia. *Octava* ſpinam dorſi, inguina & anum. *Nona* coxarum partem inferiorem: *Decima* genua & poplites. *Vndecima* crura & tibias. *Duodecima* pedes & talos, cum podagra.

Deinde Planetis certa quoque membra quibus præſunt, quorumq;

infir-

Digitized by Google

infirmitates oſtendunt, à Leovitio & Garcęo tribuuntur. *Saturnus* enim ſignificator & autor ægritudinum, ſignificat aurem dextram, ſplenem, & melancholicum humorem, veſicam, oſſa, dentes; & horum membrorum infirmitates. Cumque ſit Planeta frigidus, omnes morbi frigidi, qui ex defluxu humorum, inprimis melancholicorum, oriuntur, per eum ſignificantur; vt lepra, ſcabies, cancer, Paralyſis, tabes, Ićteritia nigra, Quartana Febris, Colica & *Iliaca* paſſio, hydrops, pernicioſi ac pituitoſi Catarrhi, ad pulmones & pećtus fluentes, tuſſis, auditus gravitas, dolor dentium, podagra, & ſimiles Saturnini & Melancholici morbi. Planetæ, quib. membris dominentur. ♄

Iupiter ſignificat pulmonem, coſtas, cartilaginem, Epar ſanguinis officinam, & ſanguinem ipſum, arterias, pulſum, & ſemen ex ſpiritu & ſanguine prognatum. Item horum membrorum affećtiones, vt Peripneumoniam, Apoplexiam, pleuriſin, cardiacam, anginam, ſpaſmum, inflammationes epatis, convulſionem, ſtuporem, paſſiones ſpinæ dorſi, capitis dolores: præterea morbos qui ex flatibus, fætore, aut putrefaćtionibus oriuntur. ♃

Mars ſignificat calorem, qui eſt in ſanguine & venis ſæpe præter naturalem, aurem ſiniſtram, fel, renes, venas, pudenda: Et horum morbos ex inflammatione obortos, vt apoſtemata ferventia, peſtem, acutas febres ićteritiam flavam, carbunculos, fiſtulas, epilepſiam, dyſenteriam, febrem tertianam & quotidianam, & ſimiles ægritudines calidas & ſiccas: Item vulnera, præſertim in facie. ♂

Sol ſignificator ægritudinum, affligit cerebrum, cor, ſpiritum, nervos, viſum, oculum dextrum & latus dextrum in viris, ſiniſtrum in mulieribus: Et hos ferme morbos affert: Syncopen, cardiacam, ſpaſmum, ophthalmiam, fluxum oculorum, catarrhum, frigiditatem Epatis & ſtomachi: puſtulas matricis, & partium inferiorum. ☉

Venus ſignificat ea, quæ ad generationem pertinent, matricem, renes, genitalia, mammillas, guttur, lumbos, nates, Epar & σπέρμα: Et affećtiones horum membrorum; paſſiones matricis, ſuffocationem, priapiſmum, Gonorrhæam, Epatis & ſtomachi imbecillitatem, ex cauſſa frigida & humida, Gallicam ſcabiem, & lienteriam. ♀

Mercurius ſignificat ſpiritus cerebri & nervos, imaginationem, memoriam, linguam, manus & digitos, fel, oſſa & crura: Et ægritudines horum membrorum, vt maniam, privationem ſenſus communis, lethargum, deliria omnis generis, balbuciem, & linguæ impedimenta, raucedinem, morborum caducum, tuſſim, abundantiam ſputi, oppilationem fellis, vomitum, catarrhos ex abundantia humorum in capite, & omnes morbos melancholicos. ☿

Luna regit & ſignificat oculum ſiniſtrum in viris, dextrum in mulieribus, ſtomachum, ventriculum, ſpiritum animalem, latus ſiniſtrum, inteſtina, veſicam, guſtum, membra genitalia, & Epar in muliere: Et horum membrorum ægritudines, vt Epilepſiam, Paralyſin, colicam, catarrhos, menſtrua, apoſtemata plegmatica, & ☽

ęgritudines provenientes ex oppilatione venarum.

Atque hi ſunt morbi, qui à quolibet Planeta ſignificantur, quorum rationes analogicas videre quiſque poteſt in Pontani libr. 4 de rebus cœleſtibus.

Notandum vero, eos morbos omnes non ſimul in vno eodemque corpore cauſſari, ab vno eodemque ſignificatore, ſed eſſe & alias circumſtantias conſiderandas, vt naturam ſignorum; locum cœli, & aſpectus cum ad luminaria, tum ad domos ſignificantes morbos, tum ad Planetas maleficos.

Quomodo morbi genus ſpeciatim determinandum ſit.

Vt autem genus morbi ſpeciatim cognoſcas, attendenda ſunt hæc 4. 1 ſignificator infelix, aut à maleficis læſus; 2 Signum quod is ſignificator obtinet; 3 maleficus qui lædit ſignificatorem; & 4 ſignum quod maleficus occupat. Ac ut in genere valida cenſentur membra corporis, quorum Planetę, qui ſignificatores ſunt eorum membrorum, validi exiſtunt; ita debilia iudicantur, quorum Planetæ ſignificatores debiles ſunt: Card cap. 15 de iud. Gen. t. Simili modo benefici Planetæ nullam dignitatem in horoſcopo habentes, ſi in ſexta ſint fortes, nec à maleficis affligantur, ſana fere ſemper corpora, aut paucioribus morbis obnoxia largiuntur. Schonerus. Hinc & ♃ in 6 felix, ſi non ſit dominus horoſcopi, dat bonam valetudinem. At ſi beneficus ita conſtitutus dignitatem quandam in horoſcopo habeat, idem quidem decernit, ſed remiſſius.

Morborũ iudicium vnde præcipue petatur.

Morbi autem fiunt frequentiſſime ex domino ſextæ domus, aut Planeta in ea exiſtentis, non ſolum in nativitate, ſed etiam in revolutione, 6 Aph. 128. Sic Planetæ ſupra terram exiſtentes in manifeſtis corporis locis; ſub terra in occultis morbos ſignificant, 6 Aph 127. Dominus etiam primæ in ſexta debilis, & in ſigno noxio vel à maleficis afflictus valetudinarium denotat.

De morbis & vitiis oculorum.

In ſpecie oculorum vitia & viſus imbecillitatem hi Aphoriſmi indicant:

1 *Luminaria* impedita à maleficis in genitura ex □ vel ☍, nocent oculis, adeo vt grave eorundem periculum damnumve non poſſint evitare ſub tali poſitu nati: Schon. & Almanſ. ſent. 15. 2 Qui habuerit Solem vel Lunam in via lactea, quæ in Septentrionali parte à 21 gr. ♊ in primum ♋: In meridionali a 7 grad. ♐ in 17; & rurſus à 22 gr. ♐ in 5 gr. ♑ extenditur, aut cum ſtella nebuloſa cuiuſmodi ſunt pleiades in dorſo ♉, præſepe in ♋, Coma Berenicis, Cauda ♒ Oculus ♐ & quædam in vnda ♒, is mortem non videbit, priuſquam vitium in oculis patiatur: Eſtq; illud vitium inſeparabile, ſi luminare hoc modo conſtitutum angulos occupet: Card. cap. 19 ſuppl. Almanah. 3 *Luminaria* vel ambo, vel unum eorum conſtituta in via lactea, vel cum ſtellis ex s nebuloſis, ita ut ſimul malefici coniunctione □ vel ☍ ipſa affligant, portendunt cæcitatem, ſi vtrumq; luminare ita ſit conſtitutum: dextri v oculi amiſſionem, ſi *Sol* ſolus ita diſponatur, ſiniſtri, ſi *Luna*; at ſi ♄ affligat, erit malum ex ſuffuſione vel catarrho, ſi ♂ ex ictu & violentia: ſũctin. in com. ſuper cap. 11 lib. 3 quadr. I tol. Aph. 48. 4 *Luminare* conditionarium, i. e. ☉ in diurna, & ☽ in nocturna iunctum corporaliter maelfico, vel ſi eidem luminarium aliquis

Digitized by Google


quis maleficorum ſucceſſerit,aut etiam anteceſſerit, ita ut ratione primi mobilis vel luminare in locum à malefico infectum,vel maleficus eodem motu in locum luminaris feratur, periculum cæcitatis aut certe grave vitium in eo oculo minatur,cui luminare hoc modo conſtitutum præeſt. Nam progred. malef. hoc modo ex illo loco, quem prid. lum. tenuerat, vel luminare progred. in locũ malefici ,ſtatim eũ præſentia ſua inficit, cauſſaſq; naturales excitat,quibus nati illius oculo vitium infertur:Iunct. ibid. Aph. 29.qui & ex tractatu 6 Gaurici nativit. Fantini Cornel. Veneti genituram adducit, in qua Sol luminare temporis ab oppoſito Saturni afflictus,ſucceſſit motu communi in locum à Marte infectum, quæ conſtitutio ei dextri oculi aciem hebetavit. 5 Vitio quoque luminum capię tur, cui Luna Soli oppoſita nebuloſis ſtellis iuncta eſt, 3 Aph. 114. 6 Sic cœcitatem & corporis infirmitatem ſignificat Sol Marti in octava domo iunctus,ſi in oppoſito ☽ Saturnus iungatur in humano ſigno:Matern.lib. 6 c.31. Idẽ ſignificatur ſi in ſignis Trop. exiſtant. 7 Luna cum Sole & nebuloſa, ita vt novilun. fiat apud ſtellas nebuloſas in aliquo angulorum, ſiniſtrum oculum tollit,4 Aph. 67. 8 Cum Luna fuerit cum Orionis cingulo ſub radijs Solis,natus obcœcabitur vno ſaltem oculo:6 Aphor. 10. At ſi fuerit luminare vnum valde infortunatum, ex unius oculi morbo propter affinitatem cum altero ambos amittet. 6 Aph. 101. 9 Cum Sol & ☽ opponuntur ex angulis, tum ſi libera ſint à maleficis, vel etiam aſpectus aliquis beneficorum intercedat luſcos vel ſtrabones decernunt Iunct. ibid. Aph. 30. 10 Luminaria vtraque cum ſtellis nebuloſis aut in via lactea exiſtentia extra radios maleficorum ſed ſeſe tamen affligentia luſcos aut ſtrabones ſignificant, Iunct. ibidem Aph. 31. 11 Luminaria vtraque vel alterum tantum obſeſſum aut afflictum à maleficis radiis maleficorum, extra tamen viam lacteam aut ſtellas nebuloſas,periculum cœcitatis aut grauem oculorum morbum denotat, niſi beneficus Planeta aut corpore aut radio intervenerit, quod cum fit cœcutientes vel luſcos aut ſtrabones plurimum efficit. Idem ibidem Aph. 32. *Huc referri poteſt geneſis filiæ hortulani cuiuſdam prope Gorlicium, quam mecum amice communicavit M. Abrahamus Zenkfrey Eccleſiaſtes Aſtrologiæ addictiſſimus. Habet enim hęc Lunam luminare conditionarium,motu tardam & peregrinam ſub radijs ☉, qui & ipſe peregrinus eſt, latentem, & □ radio ♂ ex exaltatione propria & domo ♄, eidem Saturno iuncti miſere afflictam; quæ cum à beneficorum radijs non foveatur, cæcitatem ipſi attulit.* 12 Luna lumine diminuta & à maleficis afflicta, ſiniſtri oculi amiſſionem denotat. Quod ſi ſimul tunc fuerit in via lactea aut cum ſtella nebuloſa, vel dominium in ſexta habuerit, eo deterius erit. Quod ſi à Marte læſa fuerit, præſertim ex angulis, vitium inferetur aut ferro, aut igne aut ictu, aut vi quapiam externa. Quod ſi idem ♂ Lunam quadrangulo aut ☍ radio & Mercurium ſimul afflixerit, vitium expectandum eſt ex gymnaſticis palæſtricisq; certaminibus & ludis. Idem Aph. 33.

Fantini Cornelij Veneti geneſis.

Filiæ cœcæ Chriſtophori korzen hortulani.

De vitiis auditus. *Auditus vitia decernunt malefici duo, inprimis ♄ ſi in eius domibus vel finibus ☿ ſit, qui movendis aereis affectionibus preſidet, pre-*

De vitiis auditus.



præſertim in ſexta vel octava domo thematis.

Hinc 1 ſi ☿ dominus ſextæ domus in malo loco aſcendente fuerit, ♄ eum vel □ vel ☍ radio aſpexerit, vel etiam ſextam domum oppoſito petierit, natus ſurdus erit: Albubater cap. 60 & Haly part. cap. 1. 2 Dominus ſextæ ſi fuerit vel ☽ debilis, vel maleficorum alter ab altero malefico impeditus, difficultatem audiendi ſignificat. Huiuſmodi poſitus fuit cuiuſdam Medici in praxi feliciſſimi, qui laboravit ex difficultate auditus,

Medici eiuſdē gen.

cus, quoniam in eius nativitate fuit Luna domina ſextæ in ♑ cum Marte, ♄ vero in oppoſito ferme eorum in ♋ Iunctin. in com. ſuper cap. 11 lib 3 quad. Ptol. Aph. de difficultate auditus primo. 3 ☿ dominus exiſtẽs ſextæ vel 12, in ſexta conſtitutus, infortunatus, natum vel læſum in auribus vel prorſus ſurdum denotat, Haly p. 5 c. 4 ☿ in Saturni domo infortunatus exiſtens, ſi in 10 cœli loco fuerit & infortunæ ipſum aſpexerint, natus omni auditu carebit, præſertim ſi & fortunæ ab eo peregrinæ ſint, Alb. c. 60.


Linguæ impedimenta Mercurius principaliter notat cum Saturno. Quibus ergo Mercurius eſt infeliciter poſitus, præſertim retrogradus, & à Saturno partiliter læſus: Item quibus aſcendens, dominus eius, ☿ aut etiam omnes Planetæ in ſignis mutis ♋ ♏ & ♓ fuerint, linguæ impedimenta habent, vel prorſus muti ſunt. Linguæ impedimẽta ex quib. cauſſis cæleſtib. indicentur.

Notentur autem hi Aphoriſmi: 1 Si ♄ cum Mercurio & Sole, occidentales tamen ab ipſo, in angulo fuerint, Marte non aſpiciente nec Iove, impedietur lingua 4 Aph. 70. 2 Si ☿ ſub radiis ☉ ac in aſpectu ☽ in aliquo ſigno mutorum exiſtentis fuerit, natus mutus erit: Albub. cap. 62. 3 ☿ a Sole combuſtus præſertim in angulo orientis, vel mutum, vel difficulter loquentem ſignificat. 4 ☿ ſextæ dominus ſi in aſcendente infortunatus fuerit, natus cum difficultate loquetur: Idem fiet ſi in domo ac termino ♄ vel primam vel 8 domum peragraverit. Idem. 5 ☿ in ♏ ſi in termino ac facie Martis fuerit, inprimis nempe 6 grad. ♏, & ☽ ex oppoſito eundem aſpexerit, natus balbus, & in loquela impeditus erit. Idem. 6 ☿ dominus ſextæ ſi in ſigno muto fuerit, & in fortuna eundem oppoſito petierit, natus mutus erit: Idem. 7 Maxima ſignificatio muti & ablationis vocis eſt, ſi dominus aſcendentis & dominus exaltationis eius ac dominus triplicitatis ☿, ipſaque ☽, ſeu omnes in ſignis ſint mutis: Haly part. 5. c. 1. Huc referri poteſt Geneſis puellæ ſurdæ & mutæ cuiuſdam hortulani, quæ non modo habuit ♓ ſignum mutum in aſcendente, eiuſque dominam in exaltatione, nis Venerem, ſimiliter in ♏ ſigno muto cum Saturno. Verum & Mercurium peregrinum & in detrimento culminantem. Item ☽ dominam ſextæ cum ☋ in ♑ ſuo detrimento: Et Saturnum diſpoſitorem ☽ in 8 in ♏ & termino ☿: quæ conſtitutio eam & mutam & ſurdam produxit. 8 ☿ debilis ſi ſit in malefici vel ☽ inimicis radiis, ſi que vel maleficus vel ☿ in ſexta, aut dominium in ea habens, natum omnino mutum aut impeditæ linguæ ſignificat. Talis fuit genituræ puellæ, notante Iunctin. in com. ſuper cap. 11. lib. 3 quadr. Ptol. Hanc enim ſurdam & mutam à primo ortu ſignificavit, ☿ combuſtus in ♐ & læſus ☐ ♂ ex ♓ ſigno muto: Item ☽ horoſcopi domina à Saturno ☐ radio quoq; impedita ex ♋ ſigno muto. Geneſis puellę ſurdæ & mutæ.

De dentium doloribus. De doloribus dentiũ

1 Qui Saturnum & ♂ in aſcendente in ♏ habet, illi dentes omnes grandes cadunt, & maxime ſuperiores: Gauric. c. 3 tract. Aſtr. 2 ♄ combuſtus à Sole in ſigno aqueo, vt ♋ ♏ aut ♓, amiſſionem dentium cum graviſſimis doloribus decernit, præſertim in horoſcopo ita conſtitutus, vel in 6 dominium habens, In aliis autem ſignis ſic combuſtus, dolorem potius ex crebro defluxu pituitæ ad gingivam decernit: Garc. cap. 33 & Iunct.

Digitized by Google



Gen. Facii Card. patr. Hier. Car. — Iunct. in prius citato loco; ubi & exemplum Facij Cardani patris Hieron. Cardani addunt, qui omnes dentes amiſit anno ætatis 58. Fuit enim ♄ in ♋ à Sole combuſtus in horoſcopo.

De vulner. capitis.

De vulneribus & capitis læſionibus.

Iudicantur hæc ex maleficorum coniunctione vel malis radiis.

Primo enim malefici ſeſe mutuo affligentes □ vel ☍ ex occaſu vel ortu, inprimis ſi & luminare alterum præſertim conditionarium læſerint, lumi-

luminari vel altero malefico in ſigno aliquo humano exiſtente,& dignitatem in horoſcopo habente,vulnera & læſiones capitis decernūt.Garc. c.33,&Iunct.in com.ſuper cap.13 lib.3 quadr.Aph.2. Exempli loco nobis eſt geneſis cuiuſdam Neapolitani, cui malefici ex angulis orientis & occidentis oppoſiti in ſignis humanis vulnera multa in capite facie & humoris ſignificarunt, inprimis cū & ♂ Lunā & ♄ Solem △ intueantur. 2 Luna & ♂ coniuncti vel oppoſiti in angulis, ſi ambo vel alteruter in ſigno humano fuerint,præſertim ſigno ♊ aereo & humano,vulnera & læſionem corporis ſignificant. Si in domibus vel exaltationibus maleficorum fuerint,homicidas portendunt.Idem Aph.3. 3 Malefici coniunctione, oppoſitione vel □ ſeſe mutuo ferientes, & luminare alterum vel utrumq; affligentes,in ſignis trigoni ignei,brutorum formam habentibus ut ♈ ♌ & poſteriore parte ♐ magna pericula & læſiones ab equis & animalibus aliis portendunt. 4 Quicunq; Martem aſcendentem habet, omnino cicatricem in facie habebit.Ptol.ſent.7. Centil. Idem fere ſentit Almanſor. ſent.14 ubi dicit: Cuicunq; fuerint in aſcendente infortunæ turpem notam in facie patietur. Et ſent. 106. Averte oculos à figura, in qua ♂ fuerit in angulo,maxime cum fuerit aſcendens ♒. 5 Cum ♂ fuerit in corde cœli in ♈, & radio □ Iovem in ♑ dominum aſcendentis aſpexerit,vulnerabitur natus. Eodem modo ſi in ♒ Mars M.C.occupet,aſcendat autem ♒ & pulſet utrumque ♄ ex Leone: 3.Aph.12. 6 ♃ dominus primæ in ſexta à Marte afflictus, inflammationem Epatis aut rubedinem faciei,aut puſtulas in ea decernit. A ♄ vero hoc modo læſus Iupiter,dolores capitis, & ſpinæ dorſi paſſiones portendit. 7 Luna lumine ac motu diminuta ſi in 8 domo fuerit,& dominus duodecimæ peregrinus,feralis & infortuna exiſtens,ipſam malo aſpectu aſpexerit,natus dolores,percuſſiones & vulnera incurret: Albub.c.145.

De morbo caduco ſeu Epileptico & de inſania.

Epilepſia,quæ ex perverſis maleque affectis & contaminatis humoribus contrahitur,qui vel quantitate ſuperflua,vel qualitate pernicioſa cerebrum vitiant,ut hoc morbo correpti ſubito concidant, oreque ſpumas agant,poſt aliquo tempore præterlapſo,ad ſeſe rurſus excitatis ſenſibus redeuntes,ſeſe ipſos ſolo tollunt,ex his 4 cauſſis Aſtrologicis principaliter cognoſcitur,ut 3 Aph.60 Card. docet, item Albubater cap.66. 1 Quando ☿ & ☽ ſeſe non aſpiciunt. 2 in ♑ aut ♓ exiſtunt,utpote locis Lunæ & ☿ minus convenientibus: Item in 6, 8 & 12 domibus, ut neuter horoſcopum intueatur. 3 Quando ♄ aut ♂,hic in nocturna,ille in diurna nativitate, fortis; ex angulo ſimul utrumque ☿ & ☽ oppugnat. 4 Quando ♄ de die ♂ de nocte dominatores ſunt Mercurii & Lunæ: Hæ enim cauſſæ concurrentes, natum plerumque Epilepticum faciunt. Nec ſunt cauſſæ diſſimiles,quæ fatuitatem vel inſaniam adferunt. Deinde morbo caduco ſubiectus eſt is,in cuius nativitate Luna horoſcopum tenens ex oppoſito habet Mercurium & ♄. 3 Eodem morbo afficitur, cui in genitura ♂ & ♄ ex oppoſitis locis ſibi invicem adverſantur, alter in ortu, alter in occaſu: vel alter in M.alter in imo cæli. 4 Luna Soli & Marti parti-

Gen.cuiuſdam Neapol.

De morbo Epilept.& inſania.

liter copulata in cœli culmine, eundem morbum notat: quod ſi & ♄ his acceſſerit vel corpore vel radio □, mens ſimul turbabitur. 5 ☉ & ♀ in aſcendente, ſi habeant ♄ oppoſitum, faciunt quoq; epilepticos Albub. c. 66. 6 Luna in ſeptimo loco magis facit comitiales quam alibi, poſt autem in aſcendente, ſed ibi potius fatuos ſi male fuerit poſita: 3. Aph. 56. 7 ☽ lumine plena cum Marte opinionem præbet ſtultitiæ: Vacua vero cum Saturno facit ſtultos vere, 3 Aph. 48. 8 Quando ♀ cum Saturno fuerit, & ♂ ac ☿ in loco ☽, natus erit ſtultus, Philoſophum ſe putans, 6 Aph. 113. 9 Quando ☽ fuerit ſub radiis ☉ cum Mercurio; aut ☿ ſub radis ☉, Luna lumine diminuta, natus erit ſtultus, ſed non omnino, 6 Aph. 114. 10 ☉ in ♋ Luna lumine diminuta, natus erit ſicut aſinus. 6 Aph. 115.

De Dæmoniacis: Quærunt & Aſtrologi cauſſas melancholici morbi, cui mali ſpiritus ſe ſolent miſcere. Eſt enim melancholia balneum diaboli, & ſolent tales fieri Dæmoniaci.

De Dæmoniacis. Cognoſcitur autem hoc malum ex his quinque cauſſis, quarum quatuor refert Haly par. 5 cap. 1. Prima eſt quando ☿ & ☽ ſeſe non aſpiciunt. 2 Quando neuter horoſcopum aſpicit. 3 Quando uni eorum adeſt, in nativitate quidem diurna ♄, in nocturna ♂, eſtque eorum aliquis in angulis: vel etiã in nativitate nocturna fortior exiſtit ♄, in diurna ♂, imprimis ſi & fortes ſignificatores exiſtant in ♋, ♍ aut ♓. 4 Quando in ☌ aut ☍ luminarium nativitatem antecedente in ♐ vel ♓ infortunia dominantur Lunæ; in conjunctione ♄, in oppoſitione ♂. Cauſſam quintam addit. Card. 3. Aph. 61 & 62, quod Luna tempore nativitatis debeat eſſe oppoſita Soli. Si enim tum Luna à Marte vexatur in Solis oppoſito, fiunt dœmoniaci. Sic dœmoniaci fiunt cum locis impedimentorum ☽ & ☿, quæ nempe loca affligunt hos duos Planetas, rationis præſides dominantur ☉ & ♂.

De Calculis.

De calculo. Phyſice quidem loquendo calculo veſicæ laborare iudicatur is, qui veſicæ os & canalem admodum anguſtum habet. Inde enim, quicquid terreni humoris aggregatur, non facile excerni poteſt, ſed paulatim concreſcit, & areſactum à calore torretur, & in calculi formam tranſit. Quia vero ♄ veſicæ & humori terreno præſidet, ideoque Aſtrologice loquendo vitium calculi à Saturno deducitur. Is ergo cum Mercurio in octava, in diurna genitura, calculum, & veſicæ vitium denotat. Cadentibus quoque in domiciliis conſtitutus, humores pernicioſos aggregat, & ad torrendum retinet, maxime ſi ♂ vires ſuas illi quoque porrigat. In genere ♄ & ♂ quocunque in ſigno ſimul poſiti, occultos dolores, ac tam nervos quã ſtomachum ac inteſtina infeſtant. Augetur malum, ſi coniunctio fiat in 6 vel 12 domibus.

De dyſenteria & torminibus ventris.

De dyſent. & tormin. ventris. 1 Luna præſes inteſtinorum, ſi conſtituatur in domo 7, atque ita horoſcopo radio oppoſito minitetur, ſuccedat vero motu primo Saturno, cum Mercurio in ſexta conſtituto, ventris tormina & dyſenteriam denotat. 2 Luna domina primæ in ſexta, à Saturno afflicta, qui peculiari

qua-

quadam ratione inteſtina & veſicam, vt nervoſa, damnat, monente Cardan. cap. 15 in iud. Genit. plerumque colicas paſſiones, tormina ventris & dolores inteſtinorum, præſertim in ♍ aut ♎ decernit. 3 ☉ & ♄ coniuncti aut oppoſiti in ſigno aqueo, aut podagram, aut colicam paſſionem decernunt: Iunct. ad cap. 11 libr. 3 quadr. Ptolem. 4 ♂ in aſcendente in ♋ abſque fortunę aſpectu, vel de die cum ☋ in quarta vel 7; aut ♄ cum ☋ in ſeptima, dyſenteriam, & dolorem inteſtinorum ex ventoſitate indicat. Schon. cap. 6 lib. 1.

De febribus.

Febres, ut variorum ſunt generum, ita à variis ſignificatoribus indicantur. Principaliter vero à *Iove* vſque ad Mercurium ſignificantur, 6 Aph. 129. Omnes enim caliditate participant. Lunæ autem caliditas humido obruitur, & Saturnus ab aliis adiuvatur. *Saturnus* tamen in igneis, ob ſiccitatem ſi Sol debilis ſit, hecticas facit: ♃ ſanguineas abſq; putredine, quod ſi ♂ adſit putridas. ♂ ardentes omnis generis: ♀ Ephemeras. Quod ſi ♂ commiſceatur, putridas ex pituita, ☿ mixtas. Quod ſi Luna ipſa in eis ſimiliter ſit, facit pituitoſas ex craſſo humore putreſcente. At ſi ♄ ſic exiſtens cum Marte miſceatur, fiunt melancholicæ febres. Quod ſi ♂ ſub Sole ſit in ſexto vel 12 loco, in igneis, aut ſic exiſtens in alia domo, vitæ ſignificatorem aut aſcendentis dominum in revolutione pulſaverit, aut ad illius radios ſic exiſtentis eo tempore, per directionem, dominus aſcendentis aut vitæ ſignificator devenerit; febres æſtuoſas, & incendentes ac pernicioſas, ſimileſque venenoſis efficit, 5 Aph. 101. — De febrib.

De tabe ſeu phtiſi.

1 ♄ in diurnis genituris, ſi Mercurium ſecum copulatum habuerit in 10 domo (quo ſane in loco excitandis nocivis humoribus, quos ☿ in maleficam naturam, *Saturni* converſus exacuit, longe eſt aptiſſimus ob radios directiores) ipſeque ſeneſcentis ☽ cornu extremo inhæſerit, (quæ malitiam humorem auget, cerebrumque ipſum, vnde deſtillationes continuæ excitantur, depravat) ab oppoſito vero vel quadrangulo Martem ſibi repugnantem habuerit, (qui calorem excitat & ſanguinem incendit) talis conſtitutio phtiſicos efficit natos: Garcæus & Iunctin. 2 ♄ cum Marte in ſexta domo coniunctus vel Martem in ſexta domo conſtitutum ☍ aut □ radio feriens, phtiſicos & dyſentericos ſignificat. 3 Dominus primę in ſexta domo in ♋ à Sole combuſtus, phtiſicos quoque denotat. 4 ♄ & ♂ ſibi invicem oppoſiti, vomitum ſanguinolentum cient, ♄ quidem propter malum ſtomachi habitum; ♂ vero ob ebullientem ſanguinem. — De tabe.

De vitijs circa pudenda. Vitia hæc ex mala Veneris conſtitutione vt plurimum iudicantur. — De vitiis circa pudenda.

Hinc 1 ♀ in aſcendente peregrina, ſi ♄ ipſam aſpexerit, dolorẽ genitalium ſignificat: Albubater cap. 74. 2 Aegritudinem quoque eorundem ſignificat ♀ ☽ & ♂, in eodem loco coniuncti, ſi ♄ eos ſine aſpectu *Iovis* aſpe-

aſpexerit. Idem. 3 Si Venerem in occaſu ſeu 7 domo conſtitutam, ♄ ex medio cœli □ aſpexerit, tam mares quam fœminas frigidas & à generatione alienas efficit. 4 ♀ ♄ ♃ & ☿, iiſdem in partibus in occaſu aut imo cœli conſtituti, mares frigidos, & mulieres ſteriles reddit. 5 Hermaphroditi ſunt, quibus ♀ in domo & termino ☿, Mercurius viceverſa in domo & termino ♀, Luna in ſignis terreis vel ♌, cæteris vero Planetis maſculinis in ſignis fœmininis hærentibus, conſtituuntur. 6 ☽ in ſterilibus ſignis & termino ☿ Saturno coniuncta. Venerem in Saturni finibus exiſtentem quacunque radiatione ſine Iovis teſtimonio percutiens, vim virilem nato auſert; quippe ☽ in huiuſmodi conſtitutione ſterileſcit, ob Saturni frigiditatem & ſigni qualitatem: Et ♀ in finibus ♄ torpeſcit. 7 ♀ in ortu aut occaſu cum ♄ partiliter iuncta, aut ab illo in domiciliorum mutua permutatione □ vel ☍ afflicta, vim genitalem lædit. Augetur malum, ſi ☽ eoſdem □ aut ☍ aſpectu intueatur è ſigno fœminino. 8 ♀ in domo Martis conſtituta in ortu vel medio cœli, ſi ♂ & ♄ partiliter coniuncti eandem oppoſito radio læſerint, ſpadones ſignificat.

De Hernia ſeu Enterocele.

De Hernia 1 ♄ in occaſu, Lunam in angulo conſtitutam vel □ vel ☍ radio intuens, ſectionem genitalium aut partium corporis abditarum minatur. 2 ♄ Marti in aſcendente, vel cæli culmine in ſigno fœminino partiliter iunctus, Venere & Mercurio in ſignis fœmininis exiſtentibus, exciſionem genitalium minatur. Quod ſi genitura mulieris fuerit, pudicitiam proſternet: Garcæus c. 33. 3 ♀ Mercurio ſub radiis ☉ iuncta, caſtrationem ſignificat. Haly part. 5 c. 4.

De fœtidis & male olentibus.

De male olentibus. Male olentes efficit inprimis ♀ male conſtituta in ♑, vt vult Garcæus & cum eo *Iunctin.* inprimis ſi oppoſito Saturni inficiatur. 2 Si ♀ in domo Saturni Retrog. fuerit, ac in malo eius aſpectu natus, ſudorem & anhelitum fœtidum habebit. 3 ♀ domina ſextæ in domo ☽ retrograda, ſi malo Saturni aſpectu petatur, os nati fœtidum, & axillas male olentes deſignat. 4 ♀ in domo Iovis combuſta, & ♄ eam ſine *Iovis* aſpectu male aſpiciens, denotat natum totum fœtentem.

De Calvicio.

De calvit. Eunuchos ſpadones & pueros Ariſt. in probl. ideo calveſcere negat, quod non utantur Venere. Qui ergo Veneri proclivius incumbunt illis ex intemperantia cerebrum refrigeratur: vnde ob reſolutionem caloris alimentum capillorum deficere neceſſe eſt, ſicut in arborum frondibus idem fieri animadvertimus, Hinc quibus Venus in proprio domicilio hoſtiliter culminat, vel etiam ☽ humorum domina in cardine aliquo poſita, illas ſigni partes tranſit, quæ glabræ & læves ſunt in animali, inprimis ♃, & maleficæ ſtellæ per ſigna feruntur tropica vel ſolida ſextæ domus, illis calvitium portenditur: Pont. cap. 19 lib. 11 de reb. cœleſt.

De Canitie.

De canitie Canitiem quidem ſenectus ipſa ſecum affert. At quia experimur adoleſcentes quoque nonnullos ante tempus canitie occupari, videtur

cauſſa

cauſſa cœleſtis eſſe in Satuno, qui à Sole & Luna tanquam hoſtibus circumventus in eodem ſigno, adeò, vt inter duo luminaria exiſtat, excrementum ad cutem perlatum ſic vitiat, vt ex putrefacto capillum & pilos ante tempus a beſcere neceſſe ſit. Pont. cap. 20 lib. 11. Quod ſi & Luna domina humorum altero maleficorum copuletur, idem ſignificatur.

De podagricis.

Articulorum dolor provenire ſtatuitur, à luminaribus afflictis coniunctione vel oppoſitione maleficorum, in ſignis infirmitatum, ♈, ♉ ♋, ♒ ♑, ♒ & ♓, itaut alterutrum luminare, vel alteruter maleficorum domum vel exaltationem habeat in prima vel ſexta. Hæc enim conſtellatio non modo à pueritia valetudinarios, verumetiam poſt conſiſtentem ætatem arthriticos decernit: Garc. cap. 33. de iud. Genit. Unde quoque morbum ſignificant, ♂, ♀, & ☽ in nocturnis geniturìs cardinales, & adverſis radiis ſeſe laceſſentes, Saturno tamen eoſdem ex ♌ ♉ ♐ vel ♓ intuente Pont. cap. 13 lib. 11. De podagricis.

Huc refer geneſin Ioachimi Schmidii ex Ioachimica valle oriundi Secretarii Glacenſi, quem, licet vir fuerit iudicio & ingenio valens, tamen podagræ, malum partim hæ editarium à matris podagricæ ſanguine acceptum, partim a ſtellis digito quaſi oſtenſum, adeo preſſit, ut per annos quinque lecto affixus, tandem anno ætatis 42 incunte, Anno nempe 1600 17 Febr. die, vitam Epileptico motu finiverit. Habuit n. maleficos ſibi oppoſitos in medio & imo cœli, in ſignis infirmitatū ♒ & ♉ & reliquos quinque Planetas ♀ ♃ ☉ ☽ & ☿ in angulo aſcendentis in ♒, & ♓ in quadrato maleficorum aſpectu: qui poſitus conſtituitis etiam ☽ & ☿ in ♓ triplicitate ♂, convulſivo motu eum tandem extinxit. Eodem modo erraticæ fere omnes cum aſcendente in ſignis aqueis, Marte exiſtente in quarto loco & Saturni ac Mercurii radiis imbuto Fratri Cornelio podagræ vel potius arthritidis tantam vehementiam attulerunt, ut omnes artus tophis ipſi excuſſi ſint, ac velut lapis totus præter linguam immobilis fuerit, Card. gen. 20 Thema vide ſup. c. 8 memb. huius. Ioachimi Schmidii geneſis. Fratris Cornelii.

De præcipitatione & caſibus.

Caſus ex alto à maleficis, ut autoribus omnium adverſitatum ſignificantur.

1 Enim ſi ♄ ſupra reliquos Planetas in medio cœli elevatus ſit, & alterum luminare ♂ ☍ vel □ affligat, ac dominum in prima vel octava habeat, à caſibus ex alto magna pericula minatur. De præcipitatione & caſibus

Huc refer geneſin pueri cuiuſdam infelicis, nati Glacii Anno 1597 qui anno 1604, ætat s 7 completo, 14 Sept. ex feneſtra curiæ in nuptiis materteræ per incuriam prolapſus, cranio fracto poſt triduum expiravit. Habuit enim ♄ in cuſpide regia culminantem ſuper omnes alios Planetas, in quadrato ♂, Solemq; cum ☋ Saturno in 9 domo iunctum: Lunam vero in 7 cum Marte in oppoſito horoſcopi, languentibus beneficis inter luminaria & maleficos, Venere quidem in ♍ ſuo caſu, & Iove in ♊ ſuo detrimento. Geneſis pueri ex caſu de feneſtra extincti.

Similis etiam ferme eſt conſtitutio cuiuſdam pueri Norbergæ nati Alia Noribergenſis cuiuſdam.

nati anno 1512,cuius meminit Garcæus:cap. 33 de iud. genit. Hic enim
ex caſu ab alto periit quod Saturnum in ♎ ſua exaltatione & M. C. ha-
buerit culminantem, in □ ☉ plaʈico luminaris conditionarij; Lunam
item in 8 domo mortis, & Solem Marti horoſcopanti in 7 oppoſitum,
qui ♂ & ⚹ partili ♄ intuetur, qui tamen ⚹ in ſignis longarum aſcen-
ſionum reputatur pro quadrato. Themata vide poſt paucas paginas
aliis duobus in doctrina coniugii iuncta. 2 Dominus M.C. ſi fuerit ma-
leficus,& in ſuo detrimento vel caſu,vel peregrinus, vel retrogradus al-
terum luminare affixerit, habeatque in prima vel 8 alter maleficorum
dominium, magna pericula ex caſu ab alto decernit: Quod ſi non fue-
rit dominus M. C. maleficus, ſed in ſigno malefici conſtitutus, & ab al-
tero maleficorum partiliter afflictus,idem decernit, modo in dictis locis
dominetur.Oportet autem ambo luminaria vel alterum eorum eſſe affli-
cta:Garc.3 Luminaria partiliter culminātia,Saturno imum cæli & oppo-
ſitum radium tenente, Marte vero in oriente conſtituto, natum ex vitio
mentis ſeipſum ex alto præcipitaturū oſtendit: ōt.c.16 li.11.de reb.cęl.

Coronidis loco hic notetur Aph.Card. 1 Aph.93.♄ longos morbos facit, ♀ mediocres,☿ varios ☽ euertentes, vt vertigines.Comitiales, podagras: ♃ breves tum ☉, breuiſſimos ♂. Cumq; loca principalia & abſcindentia valida vtraq;vel debilia fuerint,morbus longus erit,brevis cum altero valido exiſtente reliquus fuerit debilis.

Primum exemplum. In noſtro primo exemplo *ægritudinum præcipui ſignificatores ſunt luminaria & ♄ ſextæ dominus,quibus accedunt ☿ & ♀, vtpote Planetæ in ſexta domo exiſtentes. At quia nullis hi malorum infortunantur radiis, magis inclinationes & propenſionem ad morbos,ac cogitationes nati de iiſdem, quando in ſigno melancholico & Saturnino offenduntur,ipſeq;♄ in Martis eſt domicilio eundem △ intuens,quam morbos ipſos ſignificant. Luminaria coniuncta extra radios maleficorum, viam lacteam & ſtellas nebuloſas, affectiones oculorum evidentes afferre nequeunt;merito tamen ſedulo præcaventur. & diligens cura imponditur viſui, cum luminarium coniunctio præſertim in ſexta domo, quando & vnum illorum ☉ in prima dominatur,oculis plerumq;nocere ſoleat. Ad Epileſiam natus propendet,vel quod ☿ & ☽ ſeſe non intueantur, ſint in ♑ Saturnino ſigno in ſexta domo,& horoſcopum non intueantur: Liberavit v.natum ab hoc malo & ſecurum reddidit ad annum vſque ætatis 65,vbi hemiplecticus factus eſt in Saturni ad Solem directione, primo quod nec ♄ nec ♂ vllo malo radio ſeſe miſceant, 2 quod ipſi quoque malefici ſemetipſos △, ac Lunam & Mercurium ⚹ aſpiciant. Melancholiam quam in nato adauxit maleficorum in ſignis aqueis & luminarium in ♑ conſtitutio, leniit rurſus idem maleficorum ad luminaria & ☿ ⚹ radius.*

Alterum exemplum. In altera genitura *ſignificatores præcipui ægritudinum ſunt Sol ♄ ☽ & ♂. Hi enim quadratis & ☍ radiis vel horoſcopum, vel Lunam vel ſextam domum feriunt. His accedit ♀, vt quę domina eſt ſextæ domus, & radio □ Lunam,oppoſito vero ſextam petit.Etſi vero morbi à luminarib in oculis nulli ſignificantur,quod & extra viā lacteā & ſtellas nebuloſas,itē extra malos malorū radios reperiantur:tamen febres ardētes nato decernūtur,à □ radio luminarium*

narium in ſignis infirmitatum ♉ & ♒ præſertim cum & ♂ cum Sole in 12 domo exiſtat. Sic Sol ſua natura infelix ♉, Lunam non modo quadrato, ſed & ſextam oppoſito affligens, inprimis cum & Venerem dominum ſextæ ibidem ſub radios ſuos condat & adurat, caput & guttur afficit, & capitis dolor frequentes, item faucium obſtructiones validas producit, quod malum ♂ in ♈, inflammationes ibidem excitans, adauget. ♄ in aquatico ſigno ♓ in caſu Mercurij, & ☿ in cadente domo 12, ſextæ oppoſitus, obſtructiones & calculi generationem efficit. Arthriticos vero & podagricos dolores cauſſat idem ♄ in ſexta domo exaltationem habens, Iovi Retrogrado oppoſitus, præſertim cum ♀ & ☽ ſeſe quoq; □ partili affligant. Deniq; ♄ dominus M. C. peregrinus, exiſtens in ♓, quia ſimul eſt dominus octavę, Lunaq; parriliter in M.C. culminat, caſum denotat ab alto, in quo brachium ſiniſtrum fregit.

De quarto nempe de tempore morborum. *Tempus morborum dupliciter iudicari poteſt: Primo in genere, vbi notetur hic Aph. Haly qui extat part. 5 c. 1. Si Planeta infirmitatem ſignificans, fuerit in aſcendente, & addit Sch. in ſignis infirmātibus; vel etiam luminaria ibidem fuerint cum infortunis, infirmitas ſignificabitur in principio vitæ. Si in medio cęli fuerint, in medio vitæ. Si in occidente, in ſenectute. In angulo deniq; terræ, circa mortem & vitæ finem. Deinde in ſpecie ex his 5 adminiculis. Primo ex directionibus, quę plerumq; annū morbis oſtendunt. 2 ex revolutionibus, quæ idem confirmant aut negant. Quando enim ad malam directionem acceſſerit mala revolutio, tanto peius erit malum. Si bona erit revolutio, erit mitius. 3 ex profectione. 4 ex tranſitu. 5 ex Alfridarijs & Chronocratoribus, de quibus copioſius agemus in vltimo membro.*

Tempus morborum iudicatur vel in genere ex ſitu Planetæ infirmitatem ſignificantis. Aut in ſpecie ex quinque adminiculis.

In noſtro primo exemplo, *libera eſt plurimum ætas prima & media à morbis, quod ſignificatores omnes ferè in occaſu & ſexta domo exiſtant. Qui igitur morbi nato portenduntur, circa finem vitæ eidem obvenient, & eandem quoque tandem claudent, quod ex ſpeciali iudicio plenius cognoſcetur.*

Primum exemplum.

In altero *plurimi morbi nato ſignificantur in adoleſcentia & media ætate, quod præcipui ſignificatores ſint inter hortum & medium cœli, ipſaq; Luna in medij cœli cuſpide hæreat. Reliqui & pauciores ad vitæ terminum ratione ſextæ reſervantur, cum ad eandem quidam ſignificatores radios oppoſitos, & Luna quadratum habeat.*

Exemplū alterum.

De quinto, Curatione morborum. *Tres Planetæ curationes ſignificant, vt docet Card. 3 Aph. 63. ♃ per pecuniam & bonum conſilium, ☿ per medicinam, ♀ per magiam, auxilium divinum, ſomnia & caſum.*

In genere ergo Planetę, inprimis ♃ & ♀ qui aliàs benefici ſunt, & maleficorum malitiam retundunt, convenientiam habent per corpus vel radium beneficum, cum ſignificatorib. ægritudinū, vel ſignificatoribus ægritudinū occidentalib. exiſtentibus, ipſi orientales ſunt, vel etiam exaltantur ſuper angulum aſcēdētis, ſignificātur infirmitates, quæ curari poſſūt. Secus cōtingit, & infirmitates remediū non admittunt, vbi infortunia in angulo aſcendentis, & fortunæ in angulo occidentis exiſtant; Haly part. 5 cap. 1 Hinc quando ſignificator vel autor morbi in ſua felicitate prorſus relictus eſt, morbus notatur incurabilis; quando v. boni Planetę radio benefico illuſtratur, morbus curabilis ſignificatur: eritq; curatio facilior, ſi aſpectus partilis fuerit; difficilior, ſi platicus: Leov. & Garc.

An morbi curabiles ſint, quomodo cognoſcatur.

Digitized by Google

Cui quoq; Luna in ſexta fuerit in infortuna malo aſpectu, morbum patietur incurabilem, atq; eo magis ſi domina fuerit in aſcendente, 7 Aph. 2. Inprimis plurimum iuvat in morbis naturalibus vita ſignificator robuſtos cum in caſibus parum aut nihil operetur, 3 Aph. 4. Quod ſi etiam exorientibus morbis Luna ad Planetas morbo contrarios, maxime vero ad fortunas acceſſerit, morbus in melius mutatur, 1 Aph. 52. At ſi in alicuius morbi initio luminaria ambo cum infortunis fuerint, vel eorum oppoſito, vix evadet ager ab eo: 4 Aphor. 83. In genere quoq; morbus, qui cœpit cum Luna fuerit in ſigno eo, quod malefica aliqua tenuit in genitura, ſive in quadrangulo aut diametro eius, grauiſſimus futurus eſt. Si autem malefica reſpicit periculoſus. Sin in loco vbi genitura tempore benefica fuerit, ſine periculo erit. Ptol. ſent. 42 Centil.

Exemplũ primum. In noſtro primo exemplo, *liberatur natus à morbis provida magis cura in diæta & conſilio, quam medicamentis multis Eſt enim ♃ optime conſtitutus in domo ♀. Cumq; malefici non lædant ſignificatores malis radijs, & morborum raritatem ſignificent: Iupiter vero □ radio ex domo ♀ & exaltatione ♄ luminaria aſpiciat, in domo ♄ conſtituta, qui radius ob ſignorum & Planetarum conventientiam non eſt aduerſus, non eſt quod natus etiam de cura multum ſit anxius.*

Alterum exemplum In altero exemplo, *inter tres Planetas curationem morborum provehentes, fortiſſimus eſt ☿. Is enim directus & velox eſt curſu, liber à radiis Solaribus, in propria domo, & dominus horoſcopi in △ fere ☊. & medij cæli. Reliqui duo ♃ quidem retrogradus in detrimento & peregrinus eſt. Venus vero vt in domo & triplicitate propria velox motu exiſtat, combuſta tamen eſt & Orientalis: vnde curationes per medicamenta artificioſa melius procedunt, quam per alia media, inprimis cum & ♃ in domo ſit Mercurij, & Mercurium △ fere intueatur.*

Caput

Caput XIV.

De familia & beſtijs.

CVM vt ſic moneat 3 Aph. 77 Card. quod primus ſextæ ſignificator, morbos; Secundus, ſervos; Tertius animalia ſignificet: Idcirco poſtquam de morbis actum, merito nunc ad complenda ſignificata ſextæ domus de familia & beſtiis dicimus. Sunt autem ſignificatores familiæ: 1 Domus ſexta 2 Dominus eius 3 Mercurius, *qui ſemper eſt generalis ſervorum ſignificator:* & 4 Planeta vel vnus vel plures in ſexta.

Significat. familiæ 4.

Examinantur vero domus quidem ſexta cum bonitas & malitia perpenditur.

Dominus item ſextæ ☿, & Planetæ in 6 conſtituti, cum iuxta examen Planetarum eorum fortitudo vel debilitas, item locus in themate attenditur. Semper a. Planetæ in domo gubernant ſignificatum domus. Primum igitur in ferendo iudicio cõſideretur, natura ſignificatorum, quæ aut benefica aut malefica, fortis aut infirma, aut etiam mediocris eſt. Poſtea iuxta vincentem numerum pronuncietur. Nam ſi omnes vel maior ſignificatorum pars fuerint benefici & fortes ſignificant numeroſam familiam, & nato vtilem. Contrarium denotant ſi dabiles & malefici fuerint. Quod ſi beneficus ſimul fortis fuerit, duplicat bonum, ſi alterutrum tantum reperitur, vt nempe beneficus ſit ſed non fortis, aut fortis quidem ſed maleficus, dat mediocritatem. Poſtremo ſignificatores fæminini vincentes, ſignificant magis fæminas, ancillas. Maſculini, mares ſeruos.

Examen ſignificatorum familiç quomodo inſtituendum.

Ex his generalibus regulis hæ exurgunt ſpeciales, quarum nonnullæ ab Albubatre, nonnullæ a Schonero traduntur.

Reg. ſpec.

1 *De domino ſextæ.* 1 Dominus ſextæ fortunatus, ſignificat multos ſervos, Infortunatus & a Sole male affiatus, paucos. 2 Quando dominus ſextæ in aliquo angulorum fortunatus fuerit, ſignificat vtilitatem ex ſervis, præſertim ſi dominus fuerit ♀ 3 Dominus ſextę in 10, ſignificat dominum ſuos ſervos promoturum a honores. 4 Dominus ſextæ in 5, vtetur filiis ſervorum aut filiorum ſervis, aut filiis & diſcipulis pro ſervis; qui quoque libenter ei ſervient. 5 Dominus ſextæ in 7 vel 8 vel etiam ſub terra infortunatus, ſignificat mortem ſervorum. 6 Cum dominus 12 infortuna & domino primæ ſuperior fuerit, natus alienis cum iactura inſerviet: 2 Aph. 99 Card.

De domino ſextæ.

2 *De Mercurio.* 1 ☿ fortunatus in 1, 10, 6 vel 12, applicans *Iovi* in communi aut mobili ſigno cum aſpectu alterius fortunæ, ſignificat multos & vtiles ſervos. Contra infortunatus contrarium ſignificat. Nam retrogradus aut combuſtus applicans infortunis in ſigno fixo, facit ſeruos fures, infideles, proditores. Quod ſi ſimul cum malo aſpectu Martis fuerit, denotat homicidas, veneficos. 2 ☿ iunctus cum fortunis vel applicans eis,

De Mercurio.

& ab infortunis liber ; nato utilitatem & lucrum ex ſervis , & ancillis ſignificat : Sed cadens & infortunatus ſine aſpectu fortunæ , malum , triſtirias & labores notat. Ha y p. 5 c. 3.

De Planet. in ſexta.

3 *De Planetis in ſexta* . Fortuna in 6 vel 12 felix , multos ſervos, & bonum ex eis ſiguificat. Infortuna vero in his locis, paucos, & malos ſervos, & ex iis malum denotat . ♂ quidem in ſexta ſignificat damnum a ſervis, & forte nato accidet combuſtio ab igne, percuſſio, aut canis morſura : ♄ vero & ☋ in ſexta triſtitiam , dolorem & damnum à ſervis portendit .

Concord. ſervi & domini ex princ. ſignific. iudic.

Concordiam ſervi & Domini iudicamus ex principali ſignificatore. *Is* n. ſi fuerit colligatus corpore vel radio amico cum domino aſcendentis, concordiam ſignificat. Contra ſi non fnerit colligatus, aut etiam malo radio dominum aſcendentis aſpexerit, contrarium denotat. Sic in geniturarum collatione , cum aſcendens ſervi fuerit ſextum ſignum ab aſcendente in genitura domini, bene convenient dominus & ſervus , 2 Aph. 177. Quod ſi etiam medium cœli genituræ domini , fuerit aſcendens in genitura ſervi , aut dominatores illorum locorum benevola radiatione configurati, ſervus cum ſumma obſervantia domino ſuo miniſtrabit, Schon. c. 6 li. 1 de genit

Primum exemplum.

In noſtro primo exemplo domus ſexta , ♑ ſigno Saturnino , infortunata eſt. Dominus vero ſextæ ♄ fortis exiſtit , peregrinus tamen : ☿ retrograd. eſt in cuſpide ſextæ & debilis : Sunt & in ſexta ♀ ☉ & ☽ omnes debiles : ♄ inſuper & ♂ radium ⚹ habent ad domum ſextam , & ♃ quadratum radium ad ☉ & ☽ . unde cum multi ſignificatores ſint , ſatis quidem ampla familia nato ſignificatur , quę tamen maxima ex parte diſſentiens erit , nec fideliter commiſſa negotia expediet , ob debilitatem plerorumq; ſignificatorum : Inter ſe vero pleriq; pro incommodo nati conſentient , quod malefici & ſextam ⚹ , & ſeipſos △ radio aſpiciant. Illi vero ſolum , qui in officiis honorificis conſtituti nato ſerviunt , bonum nati promouebunt , quod ſignum Solare horoſcopum teneat .

Alterum.

In altero exemplo , *primo domus ſexta quidem fortunata eſt ♎ Veneris ſigno, rurſus vero infortunata ſigno ♏ Martiali, quod ſuccedit. 2 ♀ principalis domina ſextæ mediocriter fortis eſt. ♂ vero domin. alter fortior eſt Venere ; ambo tamen in domo 12. 3 ☿ fortiſſimus eſt , & fortunatus , ſed in 12 quoq; domo: Tandem nulli Planetæ ſunt in ſexta , habent vero omnes ſignificatores oppoſitum radium ad ſextam Vnde colligitur , cum & pauci ſignificatores ſint & pleriq; debiles, non copioſam eſſe familiam , quæ huic nato ſervit, eamque quæ ſervit, maxima ex parte fucata fide officium præſtare ; quod ♀ combuſta ſit à Sole, reliquique ratione domus debilitentur : magis tamen fideles erunt ſervi quam ancillæ , quod ♂ & ☿ in maſculinis ſignis fortiores ſint Venere, ut magis honoretur à ſervis ob ♎ cum ♊ in trigono aereo convenientiam .*

De beſt. ſeu animal. q̃ hom. ului inſerv. iud.

Beſtiarum, ſeu brutorum iidem ſignificatores qui ſervorum conſtituuntur , *propterea quod æque nato ut ſervi inſerviant . Sexta tamen domus potius parva, & 12 magna animalia ſignificat . Hinc ſexta domus & ☿ felix*

feli-

felicitatem ſignificat cum par vis animalibus apibus, columbis, gallis, anſeribus, ovibus, & porcis: Item delicatis canibus, leporibus, cuniculis, & affert delectationem ex avium cantu. Duodecima domus grãdes beſtias ſignificat, ſicut & ♂, quod cum illi ſemper pugnandum ſit, atq; vi quadam domandæ.

Mars itaque & 12 domus felices, ſignificant felicitatem ex magnis beſtiis, iumentis, equis, bobus, ex venatione, equitatu, bellis, vectura, lacte, caſeo, butyro, & quæ his cognata ſunt. Contra infelix ♂ & 12 ſignificant contrarium. Namque de Marte Haly part. 5 cap. 2 hoc in ſpecie tradit: Quod ſi Orientalis ſit in igneis ſignis ♈ ♌ vel ♐ maxime in aſcendente, M.C. aut 11 domo, & ♃ vel ☉ eum aſpexerint amice, ſignificant natum habiturum animalia magna & copiam eorum, inprimis ſi ♂ quoque habeat dignitatem in loco in quo eſt. Quod ſi ♂ fuerit cum [illegible], natus erit equorum, & venationis amator, maxime ſi Luna cum eo fuerit, vel ſi ♂ fuerit dominus aſcendentis, aut dominus domus ♂, vel ☍ præcedentis nativitatem. Quod ſi etiam ſignum duodecimæ quadrupes fuerit, & fortuna iuncta cum eo, aut aſpexerit illud, natus utilitatem ex pecoribus habebit.

Exemplum primum

In noſtro primo exemplo mediocris eſt diſpoſitio ſextæ domus, quo ad ſignum ♑ & Planetas ibidem conſtitutos; Minorum quoque animalium copiam & felicem proventum promitterent illa, niſi Mercurij debilitas & retrogradatio, vitaque quam vivit natus celebs & ſolitaria obſtaret. Maiorum vero beſtiarum ſignificatio non adeo bona & fortunata eſt, quod duodecimæ diſpoſitrix Luna debilis ſit, & oppoſito radio, una cum Sole Venere & Mercurio, duodecimam oppugnet. Trigonus tamen ♂ ad 12, quaſdam ex maioribus beſtijs ad labores nato aſſignat, in quibus mediocrem felicitatem experitur.

Alterum exempl.

In altero exemplo; *domus ſexta fortunata eſt ſigno ♎, infortunata ſigno ♏, ad quam tamen ♃ ſextilem radium ♂ ♀ & ☉ oppoſitum, ☽ □, ♄ △, habent. ☿ feliciſſimus & fortunatiſſimus eſt: unde nato ob ☿, ⚹ ♃, & △ ♄ felicitas inſignis ex minoribus animalibus promittitur, quam tamen natus averſari, vel potius non attendere videtur; forte quod ad domum ſextam adverſi ſint reliquorum Planetarum radij. Maiorum animalium curam ſi gereret natus, eſſet quoq; feliciſſimus, quin:o 12 domus quadrupedum ſigna continet, ſuntq; ibid. in ſignis proprijs, ♂ in ♈ ♀ in ♉: Verum quia conſtellatio Mercurij alias vincens literis natum conſecravit, eas potius quam animalia curat.*

Caput

Caput XV.

De Coniugio.

CVm coniugium conſtet legitima maris & fœminæ coniunctione, aliosq; ſignificatores habeat mas, alios fœmina: Nos vt ordine ſingula perſequamur, primum de virorum, poſt fœminarum coniugio agem[*].

Significat. coniugii: Primarij, Secūdarii. In illis quid potiſſimum ſit conſiderandum.

Significatores igitur primarij coniugij in natiuitate viri ſunt Planetæ fœminini: Luna vt materfamilias, & Venus vt domina amorum. Secundarij ſunt ſeptima domus, & quæ ad eam pertinent, vt dominus eius & Planeta in ea. In his ſignificatoribus præſertim ſecundarijs hæc tria conſiderentur: 1 An ſteriles, fæcundi vel in ſigno duplici ſint. 2 An ſint benefici vel malefici. 3 An ſint fortes vel imbecilles, aut læſi à maleficis, præſertim Saturno. ♄ enim hoſtis eſt coniugij & ſexus fœminei.

Ex his ad haſce quæſtiones feratur indicium.

1 An natus ſit ducturus coniugem, an vero cęlebs manſurus?

Ac inclinationem quidem marium erga fœminas coniugiumq; ſignificant hæ conſtellationes, iuxta Haly part. 5 cap. 5, ſi & ſignum ſeptimæ domus fæcundum ſit, vel mediocre, eiuſq; dominus fortis & fortunatus, & Planetæ in 7 exiſtente, beneficæ ſint naturę, inprimis vero ☽ ac ♀ in ſignis fæcundis, & fauſtis figuræ domibus, vtpote angulis vel ſuccedentibus exiſtant. Quod ſi etiam dominus aſcendentis applicuerit domino ſeptimæ, & fuerit inter eos receptio æqualis, natus diliget mulieres, & ſequetur vt petat eas.

Quæ conſtellationes coniugium negant.

Coniugium vero negant ſequentes conſtellationes: 1 Luna & ♀ ſimul in ſterilibus ſignis ♍ ♌ vel ♊, & locis figuræ cadentibus, vt 3, 6, 9, 12. Item in 8 domo, præſertim ſi ſecundarii ſignificatores quoque ſteriles & in domibus genituræ cadendibus fuerint.

2 *L*una vel ♀ ſola potenti *S*aturno abſque aliorum Planetarum ſocietate coniuncta, modo altera ex illis in ſterili ſigno aut loco malo, aut aliàs inſigniter afflicta fuerit. Oportet autem I *S*aturnum eſſe potentem, Lunam vero vel ♀ quæ *S*aturno iungitur, debilem. Nam ☽ aut ♀ potentiores *S*aturno, vincunt ♄ maliciam. Deinde oportet Lunam coniunctam eſſe *S*aturno: □ enim & ☍ radius non impediunt. Veneris vero non tantum cum Saturno ☌, ſed & □ & ☍ radius coniugium negant, præſertim ſi Luna ſimul exſtat in ſterili ſigno & mala domo 3 ♄ ſuper Lunam & Venerem ſimul elevatus, nullo alio intercendente Planeta, idem ſignificat. ♄ enim monaſticam vitam & natum à re uxoria alienum facit. Leovit. & Garc. cap. 18. ♄ etiam in M. C. ſi aſpexerit Venerem ex □ vel ☍, ſignificat natum abhorriturum à coniugio. Schon. c. 12 lib. 1 de genit. 4 Quod ſi etiam ☽ in [illegible] in □ *S*a-

turni

Digitized by Google

turni in ♌, uel in oppoſito in ♉ extiterit per patrem, natus uxore filiiſque carebit. Exiſtente vero Saturno in ♒ natus etiam abhorrebit à fœminis Card. 2 Aph. 77. 5 Cauſſæ cælibatus in viris, quod non ducunt uxores, eſt etiam Lunæ combuſtio cum Saturno, vel magnum ☽ à Saturno impedimentum, ac rurſus concordia geniture cum ſacerdotum & Eremitarum, principiis cœleſtibus, 6 Aph. 67: Item Veneris in ſexta aut 12 domo cæli conſtitutio, quod notat Schon. c. 12 lib. 1. Hæc enim ſi ſimul concurrant, conjugium certa negant. 6 Luna à Sole combuſta, ſi cum Saturno participaverit in figura, vel fuerit in ♑ ♒ vel ♎, nunquam coniugium initurum natum ſignificat. 7 Si reliquorum ſecundariorum ſignificatorum teſtimonia acceſſerint ad ſignificata ſterilitatis Lunæ & Veneris, ſic ut in ſterili ſigno & mala domo ipſi ſint, aut ſint debiles & Saturno conjuncti, tanto certior redditur Aſtrologus in iudicio de ſterilitate: Et ubi de cælibatu conſtat, ibi non eſt opus ulteriore quæſtione. 8 Concubinæ, pellices, & ſecreta matrimonia à Saturno Marte ac Venere decernuntur, ſi ſint abſque luminarium teſtimonio 6 Aph 68. Notandum & hoc quod ♃ ☉ & ☿ ſint caſtitatis & pudoris autores, ♀ & ♂ impudentiæ & libidinis: Luna vero & ♄ vario modo ſe habent, 6 Aph. 74.

Deinde ſi conſtiterit nato conjugium decerni, quod patet inde, ſi hactenus propoſitis ſignificatores inprimis ♀ & ☽ fuerint in ſignis fœcundis, & fauſtis figuræ domibus, ad ſecundam quæſtionem ſit proceſſus, qua quæritur.

An natus facile vel difficulter ſit impetraturus ſponſam?

Vnde iudicet. quod natus facile vel difficulter ſit impetraturus ſpōſā.

Iudicatur hæc quæſtio ex qualitate ſigificatorum, qui aut ☽ aut Veneri junguntur, eamq; aſpiciunt, aut ſeptima domui eiuſq; domino præſunt.

Namque ſi ſignificatores fortunæ fuerint fortes, ſignificant facilitatem. Debiles vero fortunæ, difficultatem ſignificant, eoque maiorem, quo plures fuerint debiles. Si omnes debile ſint, ſæpe excidet ſua ſpe, præſertim ſi Lunam quoque, & ♀ imbecciles fuerint: non tamen prorſus negant, ſi benefici ſint. At ſi ſignificatores malefici fuerint, etſi fortes ſint, non tamen largiuntur aliquid ſine difficultate. Minuitur autem difficultas, cum beneficis iunguntur. Maior erit difficultas, ſi fuerint imbecilles. Et Cardan. 5 Aph. 165: Cuicunque ♀ non bene poſita in Martis infortunati radiis eſt, ei cauſſa amoris ingentia inconvenientia contingat neceſſe eſt. Etſi enim ♂ pudorem quendam facit, is tamen levis eſt, & Venereis gratiam potius addit, quam ut à concubitu retrahat: 5 Aph. 176. Hinc ubi & nimis pontes eſt in genitura, & in locis infortunatorum, ibi multa ex fœdis amoribus expectanda ſunt inconvenientia: 5 Aph. 105.

Digitized by Google

De temp. coniugii Iudicatur id vel in ſpecie.

Tertia quæſtio eſt, de tempore quando natus ducturus ſit coniugem.

Speciale quidem tempus indicatur optime ex directionibus gradus, vel etiam domini ſeptimæ domus: Item ☽ ac Veneris ad gradum vel dominum aſcendentis, & vice verſa. Si enim plures directiones inciderint in aſpectus felices ☽, ♀, aut domini ſeptimæ; & preſertim in annis Climactericis, 18, 21, 27, 28, 35, 36, &c. coniugium ſignificant, ut infra in doctrina directionum monebimus. Iudicatur item ex revolutionibus: Haly enim parte 5 c. 6 dicit: Quando in revolutione alicuius anni pervenerit applicatio aſcendentis radicis, ad ſignum 7 radicis, & acciderit, quod aſcendens revolutionis ſit illudmet ſignum ſeptimæ radicis, ſignificat quod uxorem ducet natus illo anno. Sed generale tempus indicatur ex his tribus circumſtantiis. Prima: Num ſignificatores Orientales ſint à Sole, an vero Occidentales. 2 In quib. cæli quartis verſentur. 3 quem habeant motum proprium.

Vel in genere ex Orientalitate & motu ſignificat.

Primo enim ſignificatores Orientales à Sole, (quod in Luna à ☌ ad ☍ interpretantur Schon. cap. 12 lib. 1 de genit. & Card, 6 Aph. 62, in reliquis vero Planetis iuxta vulgarem modum, ſi Solem motu apparenti antecedant) & in Orientalibus domibus, 10, 11, 12, 4, 5, 6: item directi, & veloces, ſignificant velox coniugium, ſed hac cum conditione, ut ducat uxorem vel adoleſcens ipſe, vel valde adoleſcentulam. Occidentales vero à Sole, & in domibus occidentalibus, 9, 8, 12, 1, 2, 3, Item tardi, ℞, Stationarii, ſignificant coniugium aut in ætate provectiore, aut cum fœmina proſectioris ætatis: quo referendæ ſunt anus, viduæ, &c. 2 ubi in ſignificatoribus dictis diverſitas accidit, pronunciatur præcipue iuxta Lunam. Deinde & iuxta Venerem prout fuerint Orientales, occidentales, veloces aut tardi. 3 ☉ aut in oriente à prima ad decimam, Luna vero in occidente, Iuvenis anum ducet: 6 Aph. 61. 4 ☽ aut ♀ in 7, ſemper tarde dant uxorem; quia ſtant in occidente: Haly part. 5 cap. 5. 5 ♀ retrograda, tarditatem deſponſationis ſignificat, Schon. 6 ♀ in angulo vel ſuccedente directa, fortunata, non impedita, & Domini triplicitatis eius Orientales, in bonis cœli locis, non impediti, ſignificant coniugium in adoleſcentia, eritque fortunatus cum ſuis uxoribus. Sed ſi ♀ ſit ita bene poſita, domini vero triplicitatis in malis cœli locis, ſignificat quidem ♀ bonum coniugium, ſed domini triplicitatis impedimentum & damnum ratione mulierum denotant. Quod ſi ♀ fuerit cadens & combuſta, & domini triplicitatis eius in malis cœli locis, & in malorum aſpectu, tardè copulabitur, & habebit detrimenta per mulieres: Haly p. 5 c. 6.

Quarta quæſtio eſt: Quot ducendæ ſint uxores.

De num. uxorum. Reg. Cipr.

In hac quæſtione conſiderentur primum hæ duæ Regulæ generales, quarum prima eſt Cypriani Leovitij, altera Ptolemai. Leovitii quam & Garcæus ponit, ita ſe habet: Significatores omnes, vel maior eorum pars in fœcundis aut duplicibus ſignis, ſignificant plerumq; plures uxores aut libidines. Contra ſteriles

les paucitatem ſignificant. Notandum tamen quod Card. 7 Aph. 8 monet: Apud nos Chriſtianos, vbi tantummodo vnam ducere licet, multitudinem vxorum non ex ſignis fœcundis vel communibus ſolum venandam eſſe, ſed circumſpectè ſimul attendendum, num cum hoc poſitu etiam radii ☽, *aut corpus eius ad Planetas in ætatibus robuſtis applicuerint, ac mortis vxorum ſigna adſint. Si enim illa non concurrerint cautè de multitudine iudicandum eſt. Ptolemæi vero regula hæc eſt c. 5 lib. 4 quod Luna in ſigno vnius figuræ, vni Planetæ applicata, vno coniugio contentum eſſe demonſtrat. Si vero in bicorporeo aut multiformi ſigno pluribus ſtellis (ſiue ſint Planetæ ſiue fixæ regiæ) applicuerit, ſæpius coniugium iterabit.* Reg. Ptol.

Poſtea conſiderentur regulæ ſpeciales, quarum alias à Schonero, alias à Leovitio & Garcæo traditas eſſe legimus. 1 ♃ in 7 ſignificat tres vxores, duas virgines, & vnam viduam, eruntque illuſtres, & natus ex illis gaudium & fortunam habebit. Antequam vero ex ſententia huius Aphoriſmi pronuncietur, diligenter conſiderentur circumſtantiæ, num in ſigno fœcundo vel duplici ſit, ac fortunatus exiſtat, & an reliqui ſignificatores, de quibus poſtea dicetur, quoque congruant: Item an in adoleſcentia ſtatim ſit incoaturus coniugium, vel in proveƈtiore demum ætate. Fieri enim poteſt, ut, non conſentientibus hiſce circumſtantiis, natus una uxore contentus eſſe cogatur. 2 ♀ in duplicibus vel Tropicis ſignis, & domini loci ♀ ſimiliter in duplicibus, plures ſignificant uxores. 3 ♄ Veneri iunctus in eodem ſigno; unam tantum ſignificant uxorem; ſi ♄ plures habeat partes: vt ſi Venere exiſtente in 2 grad. ♄ in 5, 6 vel 7 conſtituatur. Si vero Venus plures partes poſſederit, plures quoque vxores natum habiturum dicito. Exiit enim tum ♀ ex malitia Saturni. 4 ☉ in 10 in △ ☽ cum teſtimonio aliarum ſtellarum, vnam tantummodo ſignificat uxorem. 5 ☽ in 7 domo, propter fœcunditatem ſemper fere plures vxores decernit, niſi inſigniter à Saturno & radiis ☉ ſit impedita. 6 Quot Planetis Luna in eodem ſigno iungitur corpore, ita vt Luna ad eos, non ipſi ad Lunam accedant, tot ſignificantur uxores excluſo Sole 7 Si nulli iungitur corpore, vide quot Planetæ fortes in eodem ſigno eam partiliter aſpiciant: Tot enim ſimiliter nato deſignantur vxores. Planetæ tamen imbecilles, potius amicas, de quibus ſpes eſt coniugii, quam coniugium ipſum ſignificant. *Notabis autem circa hunc Aphoriſmum: 1 quod Planetæ fortes hoc loco dicantur, qui ſunt directi, liberi à radiis* ☉ *nec in detrimento vel caſu. 2 Quod ſi idem Planeta, cuius eſt aſpectus fuerit in fœcundo aut bicorporeo ſigno, triplicat numerum vxorum. 3 Luna applicans Planetæ, qui eſt in communi ſeu bicorporeo ſigno, ſignificat duo coniugia. 4 Indicatur etiam numerus ex numero fixarum regiarum, cum quibus Luna in eodem ſigno & gradu, & in eadem latitudine coniungitur.* Reg. ſpec. de numero vxorum.

8 Si nihil occurrit eiuſmodi, vbi nec Planeta cum Luna coniungitur, nec aſpectus eſt ad Lunam, tot natus habebit vxores, quot fortes Planetæ fuerint inter M. C. & Venerem, progrediendo verſus ortum. Annumerantur autem hic fortibus etiam ℞ & combuſti, ſi fuerint in eſſentialibus dignitatibus, domo exaltatione, triplicitate, vel receptione ex eadem dignitate. 9 Si neque hoc inveneris, habebit tot

uxores, quot Planetæ dominum ſeptimæ partiliter aſpiciunt, qualeſcunque etiam illi ſint: Haly cap. 6 lib. 5.

De loco ubi uxorem ductur. eſt natus

Quinta quæſtio, Vnde, vel ubi, ſeu in quo loco ducturus ſit, an in patria vel alibi?

Aphoriſ.

De hac quæſtione notentur hi Aphoriſmi.

1 Significatores in locis itinerum 9 vel 3, aut peregrini ipſi, nullas dignitates eſſentiales habentes, ſignificant natum uxorem peregrinā ducturum, non natam in patria. 2 Dominus ſepitimæ in 9, vel contra ſignificat natum ducturum peregrinam & extraneam, ſed tamen bonam, religoſam & divitem: inprimis ſi beneficus ſit & fortis: Haly parte. 5 cap. 8. 3 ♀ domina nonæ in 1 vel 10 domo, dat nato uxorem in terra aliena: Schon. 4 ☉ & ♀ coniuncti in 7, vel ſeptimam aſpicientes, ſignificant uxorem quoque peregrinam: Idem. 5 ∴ in tertia decernit uxores extraneas.

De corp. form. uxo.

Sexta quæſtio: De corporis forma: Qualis nempe nato decernatur uxor, pulcrane vel deformis

Hæc quæſtio etſi nimis ſubtilis & ſuperſtitioſa eſt; conſideranda tamen ſunt, quæ artifices hac de retradidere, quæ ſunt huiuſmodi.

Iudic. ea ex domo 7 & loc. ſignif. coniugii.

1 Forma uxoris habetur ex 7 domo, & locis aliorum ſignificatorum conjugii. Nam ſi vel omnes, vel potior eorum pars fuerint in ſignis formoſis, decernūt uxorē formoſā. In deformibus, deformē. Sunt autem ſigna formoſa, ♊, ♍, ♎ & ♐ prior pars: Mediocria, [illegible], ♒, & ♓: Deformia ♈, ♉, ♋, ♌. poſterior pars ♐ & ♑. Conſidera ergo ſignum ſeptimæ domus, & Planetam præcipuum, qui ſignificat uxorem, & iuxta doctrinam ſuperiorem cap. ſexti, de forma corporis pronuncia, & non ſecus, ac ſi idipſum ſignum ac Planetæ eſſent in horoſcopo natalitio ducendæ uxoris. 2 Cumque præcipuus ſignificator deformitatis ſit ♄: ideoque ♄ affligens ſignificatores malo radio, deformes facit. Sic & combuſti a Sole, colorem deformant. 3 Quando ♀ cum Saturno in termino ♄ fuerit; Vel ♄ ipſam Venerem aſpexerit, natus uxorem vetulam & deformem nanciſcetur. 4 ♄ dominus coniugii in ſeptima, annoſam ſignificat uxorem: Idem ſignificat ♄ & ♂ in 7. 5 ♀ ♃ & ☽ feliciter inter ſe configurati, vel ad ſeptimæ dominum, formoſam ſignificant uxorem. Iupiter tamen cum Luna in 7, ſine aliis circumſtantiis, non dat ſimpliciter formoſam uxorem.

Satur. præcip. deformit. ſignif.

Septi-

Sepitima quæſtio. De animo & moribus uxoris: Probam ne, & modeſtam, vel improbam, malis moribus præditam, meretricem, vel alias infamem ducturus ſit natus?

De morib. uxoris.

Iudicantur illi ex nat. Planetæ uxorem decernentis & ex ☽ & ♀

In hac quæſtione, etſi natura Planetæ ſignificantis uxorem, & Luna præcipue iuncti, vel eandem radio intuentis potiſſimum attenditur, iuxta ἀξίωμα. Qualis eſt natura Planetæ qui ſignificat uxorem, tales etiam ſunt mores uxoris: tamen nequaquam negligendus eſt ſtatus ♀ & ☽ cum tales quoq; plerumque ſoleant eſſe uxores, qualis eſt ☽ & ♀. Eſt autē iuxta Ptol. l. 4 tex. 23 quadr. Card. 6 Aph. 63; & Cypr. fuſius Ptolem. declarantem, quem & Garc. ſequitur, hæc natura Planetarum aſpicientium Lunam per coniunctionem, vel alium radium.

Nat. Planetarum ♄ ♃

♄ ſi bene affectus eſt, promittit taciturnam, gravem, conſultam, parcam, laborioſam, Male affectus, tetricam, moroſam, ſuſpicacem, pravam, ferocem, pertinacem, invidam, malæ conditionis & naturæ. ♃ feliciter conſtitutus in Lunæ applicatione, piam, manſuetam, caſtam, nobilem, honeſtam & Oeconomicam ſignificat. Infeliciter poſitus eaſdem quidem virtutes, ſed fucatas, imperfectas, & cum aliqua labe coniunctas pollicetur. ♂ bene affectus, cordatam, animoſam, impatientem ſervitutis & iniuriarum, vindictæ & dominii cupidam, iracundam, &c. Male affectus, rixoſam, contumacem, indomitam, violentam, ſumtuoſam, & infamem denotat. ♀ feliciter conſtituta, lepidam, ſuavem, affabilem & honeſtam. Infeliciter poſita, eadem quidem ſed imperfectius & ſimulatum quiddam decernit. ☿ bene affectus, ingenioſam, circumſpectam, facundam, ſagacem, & victui parando idoneam. Male affectus, callidam, aſtutam, mendacem, aliud corde occultantem, aliud ore promentem, inſtabilem, malitioſam denotat. Et ſi vero ☼ plurimum excluditur: tamen iuxta Card. 6 Aph. 63 nonnunquam ſed rarius ☽ complicatus & bene affectus, modeſtam, caſtam, continentem; Male vero affectus, ambitioſam, ſuperbam ac intractabilem ſignificat. *Breviter: Benefici fortes decernunt uxores honeſtas, probas divites ex clara familia. Debiles, eaſdem qualitates ſed remiſſiores. Malefici fortes honeſtas quidem ſignificant & probas, ſed inconſtantes, avaras. Debiles, inhoneſtas, ignobiles, infames, improbas.*

♂

♀

☿

Ex ſtatu Veneris quomodo de morib. uxoris iudicetur.

Ex ſtatu etiam Veneris hoc modo de uxoribus iudicatur, ſecundum Haly part. 5 cap. 5 & 6: & Schon. cap. 12 lib. 1. 1 ♀ Orientalis in dignitatibus ſuis, ſignificat uxorem nato imperituram, maxime ſi ♃ eam aſpexerit. Occidentalis vero ſignificat natum averſari mulieres & coniugium, inprimis ſi non fuerit in aſpectu aliquo Iovis. 2 Si ♀ in ſecunda extiterit, natus uxorem propter divitias eius ducet. 3 ♀ in 6, dat immorigeras, ignobiles, & ſervas uxores. 4 ♀ in 4 domo, in malo aſpectu

☽ in ♒, meretricem, in ♋ etiam nati ſcortationem cum ancillis ſignificat. 5 ♀ in 7 facit ſcortatores, & ideo tarde nubentes. 6 ♀ in 11 ſignificat copulationem cum muliere habente filios, cum qua vivet bene, & jucunde: Idem ſignificat dominus ſeptimæ in 11, vel contra. 7 ♀ in 10 in aſpectu fortunarum, ſignificat nobilem uxorem. 8 ♀ in prima Saturno iuncta, præcipue ſi ſit domus ♄, vel etiam ut vult Haly domus ♀, dat meretricem, anum, ancillam aut vilem mulierem, Schonerus. 9 ♀ Mercurio iuncta in quarta aut etiam in domo Mercurii, Saturno exiſtente in 10, dat anum aut ancillam ſordidam. In malo aſpectu Martis, etiam malam & maleficam; In ♑ & ♋ meretricem. 10 ☽ in 4, & ♀ cum ♄ in 10, dant ſterilem aut anum. 11 ♀ & utraque infortuna in 6 coniunctæ, uxores nato dant meretrices. 12 ♀ & ♄ coniuncti in 7, ſignificant ſterilitatem in viris. 13 ♂ ♃ & ♀ coniuncti in 10, dant meretricem. 14 ♄ ♃ ♀ & ☿ in 12, dant ignobiles & ancillas. 15 ♀ cum ♄ ♃ & ☿, dat laborioſas & Oeconomicas uxores, amantiſſimas virorum ſuorum. 16 ♂ cum ♀ animoſas, inſtabiles, negligentes rem familiarem, & prodigas uxores denotat, & maritum adulterum. 17 ♀ in ♍ & ♃ in oppoſito, nato decernit uxorem pudicam, & boni regiminis & ſatis pulcram, 2 Aph. 142. 18 Coronidis loco obſervetur regula Card. 6 Aph. 27: ♄ in Venereis auget fœditatem, horrorem, turpitudinem, inverecundiam & infamiam. ♃ pulcritudinem, decorem, mundiciem & voluptatem abſque infamia: ☿ detegit, vitiaque multiplicia efficit, ac ſæpe ad actus revocat.

Signorum conſideratio. *Conſiderant præterea Aſtrologi ſigna quoque in quibus ☽, ♀, ſeptima, & dominus eius ſunt. Rationem enim habent & moderatorum ſunt ingeniorum ♊ ♐ ♍ ♎ & ♒. Luxurioſa & bruta ſunt ♈ ♉ ♌ ♑ & ♓. Media ſunt ♋ & ♏.*

IIX. De uxoris dote. An divitem vel pauperem uxorem natus ducturus ſit?

De dote vxoris.

Gener. reg. *De hac quæſt. hæ duæ notentur regulæ generales: 1 Significatur qui uxorem promittit, ſi fuerit fortuna, fortis, & felix ratione eſſentialium dignitatum & loci, ſignificat aut divitem aut nobilem uxorem. 2 Significatores uxorum ſi fuerint malefici & debiles, ſignificant aut pauperes, aut viles & contemtas.*

Speciales. *Ex his generalibus hæ ſpeciales extruuntur apud Garc. Schon. & Haly.*

De bona fortuna. *De bona fortuna.* 1 Benigni Planetæ in 7 potentes, ſignificant divites & nobiles uxores. Si autem ♃ in ſuo caſu fuerit, ſignificat mediocres. 2 ♀ in domo Iovis, dat coniugium cum nobili; Iovi iuncta vel etiam in bono aſpectu, bonum coniugium ſignificat, Schon. 3 ♀ & ♃ coniuncti ſi in angulo 7 fuerint, & Luna eos ex ſuperiori loco ut decima domo, aut dignitate ſua aſpexerit: Caput præterea Draconis aut cum illis, aut cum Mercurio fuerit; natus ex uxore maximas divitias habebit, Card. 3 Aph. 28: ubi

Geneſis cuiuſdam. & tale exemplum addit viri cuiuſdam nati anno 1501 24 Auguſti die, qui ſine arte, ſine magiſtratu, & ſine opibus ullis ab uxore octingentorum

coro-

coronatorum reditus & fundos accepit. Habuit enim Venerem Iovi iunctam in ſeptimo loco, & Lunam in propria domo in M.C. quadrato partili Venerem intuentem: Caput præterea Draconis Mercurio iunctum in 8 domo in ſigno ♀, in ⚹ platico ☽ & ♂. Solem vero in partili ⚹. Lunam denique ipſam in △ ♂, & Martem in receptione Iovis ex domicilio. 4 Felix aſpectus Iovis ad Venerem vel ☽, cum receptione ex eadem dignitate, magnam proſperitatem, & coniugium cum nobili fœmina pollicetur, Schon. 5 Dominus ſecundæ in 7, vel contra Dominus 7 in ſecunda domo fortis & bene affectus, divitem ſeu opulentam vxorem ſignificat, inprimis ſi beneficus fuerit Planeta. 6 Dominus ſeptimæ in 10, vel contra Dominus 10 in 7 fortis ac bene affectus, vel nobilem vel alias ex clara familia prognatam vxorem decernit. 7 Dominus ſeptimæ in 7 dat honeſtam & ſimplicem. 8 Dominus ſeptimæ in 8 vel contra, ſi beneficus ac fortis fuerit, vxorem diuitem ac ampla hæreditate inſtructam ſignificat. 9 Stellæ fixę regiæ primæ magn. in cardine occidentis non procul à cuſpide ſeptimæ domus conſtitutæ, ſi cuſpis ſeptima ſimul fortunata fuerit, uxorem decernunt nobilem ac divitem, eximiaque forma præditam, præſertim ſi ibidem altera quoque ex beneficis hęreat, aut benefica fauſto radio cum fixa regia configuretur.

2 *De mala fortuna.*

De mala fortuna.

1 Malefici in ſeptima fortes ſignificant divitias, ſed cum labe coniunctas: ἐχθρῶν γὰρ δῶρα ἄδωρα. 2 Malefici in ſeptima imbecilles; ſignificant pauperes & ignobiles. 3 Dominus ſeptimæ in 12 aut 6, vel contra Dominus 12 aut 6 in 7, ſignificat ignobilem, ſervam, pauperem. 4 Non eſt bonum pro nato inquit Haly part. 5 cap. 5 ut ♄ vel ♂ ſint in 7, maxime ſi fortunæ non aſpexerint ibi, & fuerint cadentes ab ea. ♄ enim triſtitiam & laborem in cauſſa coniugii & infortunium: ♂ vxorum mortem & deſtructionem ſignificat. 5 ♀ in □ vel ☍ ☽, ſignificat damna ex coniugio. 6 ♀ in 2 in malo aſpectu malorum, detrimenta ſignificat propter vxorem. 7 Luna domina ſeptimæ in 8 domo, minuta lumine, negat felicitatem coniugii: Schon.

Nona quæſtio eſt de concordia ſeu mutuo amore coniugum.

De conſenſ. & amore coniug.

De hac quæſtione omnium quidem certiſſimum iudicium fertur ex vtriusq; perſonæ geneſi. Rect. enim Garcæus c. 18 genit. ex ſententia Haly parti 2 c. 16, & Card. 6 Aph. 64 & 65 monet: quod luminaria in vtraq; geneſi in locis commutatis conſtituta, ita ut vnum in una, alterius in altera geneſi loca occupet; vel etiam bonis aſpectibus ſeſe intuentia; concordiam ſignificent: □ vel ☍ radio ſeſe ferientia, diſcordiam & continuas rixas denotent. Similiter ſi aſpect. ſignificator. coniugij per ſuas applicationes fuerint vel ſextiles vel △, ſignificant, quod erit amor inter coniuges. At ſi oppoſiti fuerint vel □, rixas & contention. ſignificant: inprimis ſi nulla inter eos ſit receptio. Oppoſiti tamen radij magis nocent,

Optime iudicatur ſi conferantur themata natalitia viri & mulieris.

& ri-

& rixas perpetuas: Quadrati interruptas denotant. Septimæ quoq; domus ſignum in genitura mulieris, ſi eſt aſcendens in genitu a viri, ſignificat tranquillam coniunctionẽ viri & mulieris iuxta Schon. Sic ✶ in eodem loco in ambab. nativitatib. concordiam & amorem ſignificat.

Ex ſolius mariti quo modo cognoſcatur Reg. gen.

Cum vero raro utræq; geneſes ad manum eſſe poſſint, ex his regulis aliquo modo eadẽ de qua agimus concordia & diſcordia judicatur.

1 Benefici Planetæ benefico radio Lunam aut ſeptimæ dominum intuentes, concordiam ſignificant. 2 Si malus fuerit aſpectus beneficorum, concordabunt quidem ſed ut nonnunquam oboriatur ſereniſſima æſtate tempeſtas. 3 Mercurii quoque radius bonus concordiæ amicus eſt: Malus vero ſimultatum autor. 4 Malefici nunquam tutam præſtant concordiam. Malus ipſorum radius ſæpe in apertas inimicitias erũpit. 5 De concordia quoque vel diſcordia judicari poteſt ex Planetis inter M. C. & Venerem conſtitutis. Cum enim fortunæ intercedunt, concordiam; cum infortunæ diſcordiam ſignificant. 6 Haly citato antea loco dicit; Aſpice M.C. principii matrimonii, & ſi in eo inveneris infortunam, ſignificabitur contentio & rixa inter conjuges. Si vero fortunam cõcordia denotabitur. *I*dem ex imo cœli ſeu quarta domo judicari poteſt.

Reg. ſpec.


His regulis generalibus ſpeciales addi poſſunt ex Sch. cap. 12 libr. 2 genit. 1 *♀ ſi cum Saturno participaverit & Martem ſimul aſpexerit, erit inter virum & uxorem zelotypia. 2 ♀ in 12 mala notat conjugia; & ſi cum ea Iupiter fuerit, ſignificat ſubſtantiæ paucitatem. 3 ☉ in 12, à mulieribus detrimenta minatur. 4 ♀ ſi cum infortunis & luminaribus participaverit, erit diſſid. viri & mulieris propter fornicat. & faſcinationem aliquam. 5 Significatores conjugii in ſignis mobilibus, non dant felicia conjugia, ſed varia & mutabilia. 6 ♀ in ſigno mobili, ſignificat inſtabilitatem cum mulieribus, & vix una contentus erit, præſertim in ♋ vel ♑. In ſigno vero communi bonam deſponſationem ſignificat. 7 Quod ſi etiam Dominus aſcendentis fuerit in ſigno communi, & ♀ infortunata natus non erit una contentus. 8 Luna ſi Solem bene aſpexerit, fuerintque ambo in ſignis convenientibus & fortuna etiam ad luminaria radium beneficum miſerit, erit, amicitiam inter virum & uxorem. Si autem diſcordaverint, vel infortunæ ea aſpexerint, erunt in odio. 9 ☽ lumine diminutam coniuncta Martis in ſigno mobili, uxor nati nunquam diliget eum vero amore, ſed ſemper alium. 10 ☽ quoq; lumine diminuta domina ſepitima, ſi fuerit in octava domo, nullam penitus nato felicitatem in matrimonio ſignificat.*

De morte conjugum.

Decima quæſtio eſt de morte: Vter conjugum præmorietur?

In hac quæſtione reſpiciendi ſunt ſignificatores uxoris, ſeu domini ſeptimæ domus; qui ſi à maleficis ſint læſi, aut in locis cœli malis, octava inprimis vel 2, quæ octavæ opponitur & tantum diſtat ab ortu, quantum octava ab occaſu ſignificant uxoris infirmitatem aut mortem. Inprimis autem de Lunam hi ſpeciales notentur Aph. quorum pleriq; Albub. ſunt cap. 180.

1 Luna



1 Luna unico tantum Planetæ coniunƈta, atq; ita unicum matrimoniũ ſignificans, ſi Luna potentior eſt præmorietur uxor. Si Planeta potẽtior eſt quã Luna, præmorietur maritus uxori, Cypr. Leov. 2 ☽ in quarta, uxores nati morientur, ac inde dolens erit. (Stat enim q. in ſepulcro) 3 Quando Luna á Marte ſeparata Veneri in occidẽte applicuerit, natus multas uxores habebit: ipſæ tñ omnes ante eum morientur. 4 ☽ & ♀ Saturno iunƈtæ in 7, ſignificãt coniugii impedimentum, & uxoris mortem. Reg. de L.

Sic

De Venere *Sic & de Venere hæ obſerventur regulæ*: 1 ♀ in angulo terræ in malô aſpectu ♄ vel ♂, ſignificat uxorem nati morituram. Quod ſi inſuper in ſigno fuerit mobili, multæ uxores ante natum morientur. 2 ♀ in 7 in aſpectu infortunarum, ſine aſpectu Iovis vel ♀, ſignificat natum viſurum mortem uxoris. 3 ♀ Occidentalis peregrina, conjuncta malis vel eorum malo aſpectui, ſignificat celeritatem mortis uxoris. 4 ♀ & ♂ coniuncti in 12, ſignificant natum uxorem ſuam interfecturum, vel etiam male tractaturum. Albubater citato antea loco.

De ſeptima domo. *De ſeptima quoq; domo hæ inveniuntur regulæ apud eundem*: 1 una infortunarum in quarta vel 7 domo, natus mortem uxoris videbit. 2 Infortunæ peregrinæ in 7 loco aſcendenti dominantes, uxorum aut inimicorum mortes denunciant 6 Aphor. 172. 3 Dominus ſeptimæ domus combuſtus vel cadens, uxoris nati ante ipsũ morietur. 4 Dñs 7 in 8, nati uxores ante ipſum morientur & remanebit ſolus. Referri huc poteſt geneſis Henrici Staupitii Capitanei militum, qui duas habuit uxores, ex quibus primam mox poſt partum amiſit, propterea quod Luna ex oppoſito fuerit ♀ & ♄: & Veneri primum, poſt Saturno, radio oppoſito ſeſe applicaverit. Etſi vero alteram ſat diu habuit, tamen & ipſam amiſit, quando & Dominus ſeptimæ in 8, & quidem combuſtus fuit, & maleficus ♄ ſeptima occupauit.

Geneſis Henrici Staupitii.

Exemplũ noſtrum primum. *In noſtro primo exẽplo non opus eſt ut per omnes quæſtiones diſcurramus. Coniugium enim denegant nato: Primo domus ſeptima, in qua reperitur ♒ ſignum minus fæcundum, cui dominatur ♄, radium □ ad eam habens. Poſtea ☽ & ☉ coniuncti in ♑, ſigno ſterili fere, & ſexta domo. & ♀ in eodem ſigno peregrina, eademq; domo abjecta, inprimis cum & ♄ potens, ♀ & ☽ debiles ſint, & nulli Planetæ in ſeptima exiſtant, nec ullus Planetarum præter Saturnum ſeptimam reſpiciant.*

Exemplũ alterum. In altero exemplo, *ſignificatores primarii conjugii ſunt*: 1 ♀ in ♉, *proprio & mediocriter fæcundo ſigno, ob exaltationem etiã ☽, in domo tamen* 12, *ſub radiis ☉ & □ ☽* 2 *Luna in ♒ domicilio ♄, & ſigno minus fæcundo, in cuſpide M. C. Secũdarii ſunt*: 1 *domus ſeptima in ♐, bicorporeo & mediocriter fæcundo ſigno.* 2 *Dominus ſeptimæ ♃ in ♍, ſigno Mercuriali &*
1 *ſterili, & domo quinta.*
2 1 *Ergo natus cœlibẽ vitã non egit, quando & 7 domũ fæcundũ ſignũ tenet,*
cuius initiũ ⚹ ☽ irradiat, & ♀ in proprio eſt domicil. fæcũdo, ac exaltatione ☽.
Etſi vero dom. ſeptimæ ♃ imbecillis & Retrogr. eſt, in domo ☿ domini primæ a
fovetur tamẽ radio △ eiuſdem, & excitavit natum in juventute ad ineun-
3 *dum coniugium, cum & ♀ & ☽ inter horoſcopum & M. C. exiſtant, Venuſq;*
inprimis Orientali ſit à Sole, & motu velox. Nec difficulter impetravit
ſponſam. *Licet enim de ♃ debilis ſit, juvatur tamen △ ☿; & quia □ habet*
ad domum ſeptimam in ſignis brevium deſcenſionum, qui æquipollet ⚹: Sic
4 *licet ♀ copulata ſit Soli; & ſub radiis eius hæreat: erigitur tamen □ ☽, &*
quia mediocriter fortis eſt. Adminimum vero duæ uxores nato decernuntur, *quando & ſeptima & dominus ſeptimæ ♃ duplicia ſigna tenent. Nec diſſentit Luna, etiamſi nulli Planetarũ corpore jungitur: Venerem enim partili*

tili

tili □, & Martem ante exitum ſigni ✶ aſpicit. Sunt & inter M. C. in quo Luna hæret, & Venerem, duo Planetæ ♄ & ♂: Dominum quoq; ſeptimæ intuentur ♄ oppoſito & ☿ △ radio. Porro cum ♃ dominus ſeptimę peregrinus, & ☽ in do- 5
mo ♄ peregrina ſit, qui & ipſe in ♓ peregrinatur, promittuntur nato vxores extra patriam terram quæ formoſitate *mediocres erunt, ob ♐ ſignum ſeptimę &* 6
dominum eius ♃. Cum vero & ♄ Iovi ſeſe miſceat oppoſito radio, & Luna ſit in ſigno Saturnino, ♀ ſub radijs ☉, forma erit ſubtriſtis, Saturnina aliquo modo, non Venerea ad laſciviam invitans. Mores *quoq; animi prioris coniugis, quam* 7
per Iovem ſignificari ſtatuimus, fuerũt magis ſimplices, honeſti, mãſueti, ad Oeconomiam accõmodati. Alterius quæ Luna Veneri quadrato copulata ſignificatur, ſunt varii, de natura ♄ ☽ ♀. Nonnunquã enim taciturna, parca, laborioſa, nonnunquam affabilis & remiſſa comperitur. Dotem *ambæ non contemnendã* 8
afferũt, quod ♃ ſeptimæ dominus divitiarum autor ſit: multum tamen ei detrabit, quod peregrinus, tardus motu, & ℞ exiſtit. Sic & ☽ in M.C. & dignitatem & divitias largitur cum vxore; at in □ ♀ detrimenta affert, inprimis cum & ♀ in 12 ſub radiis ſit. Concordia *in primo matrimonio maior ſignificatur, quod* 9
beneficus Planeta ſeptimæ dominetur, & quod Luna ad eãdem radium habeat ✶, ut ut ♄ oppoſito feriat Iovem. Mercurii enim △ ad Iovem, Saturni malignitatem temperat. Minor in altero, quod ſignificatores ♀ & ☽, □ ſeſe mutuo lædant, Venus & Sol ſint in 12 domo coniuncti, ipſaq; luminaria quadrato ſe affligant. Prioris coniugis mortem, *♄ dominus octavæ, lædens Iovem dominũ ſe-* 10
ptimæ oppoſito radio, ſignificavit. Poſterioris v. quã Luna & Venere ſignificari diximus, vitã, ♄ diſpoſitor ☽ potentior in geneſi ipſa Luna & Venere, denotat.

De coniugio mulierum.

De mulierũ coniug. Significat.

Significatores coniugii mulierum primarii ſunt ☉ & ♂ Sol enim Lunę & Mars Veneris obtinet vicem: Secundarii ſunt, 7 domus, & quę ad eam pertinẽt, vt dominus eius & Planetę in ea. Conſiderandum vero in horum examine itidem ut prius, an hi ſignificatores ſint ſteriles aut fœcundi, in ſignis duplicibus vel paucorum liberorum; An vero benefici uel malefici, fortes uel imbecilles. Hinc enim iudicium ferri poteſt de ſubſequentibus quęſtionibus.

Quomodo examinãdi

1 An ſint nupturæ?

An mulier ſit nuptura viro.

Iudicatur hæc quæſtio ex ſignificatoribus qui ſi fœcundi, fortes, in locis fortunatis & à beneficis bono radio adiuti fuerint, coniugium pollicentur. Steriles vero debiles & in locis infelicib. conſtituti, negant coniugium, prę ſertim ſi inſuper afflicti ſint a maleficis. 2 Venus quoq; veſpertina in 7. & ♄ in 4 in fœminæ genitura, eam abhorrere faciunt actus Venereos. 3 ☉ & ☽ ſi inveniantur in ſignis maſculinis, vel in eadem quarta maſculina, vel etiam in vno eodemq; ſigno maſculino, viraginem denotant, quæ ſpernit viros, ac ſi nupſerit, erit refractaria, nec reverebitur virum. Schon. cap. 12 lib. 1 genit.

2 An faciles vel difficiles ſint futuræ nuptiæ?

An facile

Hic rurſus ut ſupra ad ſignificatores reſpiciendum, qui ſi Solem, Martem, & dominum ſeptimæ felicibus radiis vel præſentia iuverint, promovent nuptias. Malefici autem reſiſtentes, multas ſignificant difficultates.

3 Quando nupturæ ſint?

Tempus quidem ſpeciale in mulierum genituris accipitur principaliter ex di- Quo tẽp.

 rectio-

rectione ☼ & medij cæli. Generale vero Ptol. lib. 4 c. 5 ſeu text. iuxta Card. 24 ſic iudicat. In mulierum (inquit) genituris oportet ſpectare Solem. Is in quadrantibus Orientalibus repertus, eas ſignificat vel in prima adoleſcentia nuptui dari, vel Iuveni vel ſeni: vel poſt ætatem conſiſtentem cum adoleſcente matrimonium contrahere. In occidentalibus vero ſignificat tarde nubentes, aut mature, ſed cum ſene.

Quotnum. Reg. gen.

4 Quot maritis nupturæ?

1 *In hac quæſt. primum generales hi Aph notentur: 1 Ptol. in prius citato textu. ☼ in ſigno unius formæ, aut cum Planeta uno matutino deprehenſus, ſemen tantum nubentes ſignificat; in multiformi, aut pluribus matutinis configuratus, ſæpe coniugium iterantes*

2 *2 Card. gen. 59: Septimus locus, & dominus eius, item ☼ in ſigno bicorporeo, mulieri duos maritos ſignificant.*

3 *3 Schon. c. 12 lib. 1. Cum Sol & ♂ ſignificent viros: Ideoq; ſi in nativitate fœmellæ aliquis eorum ſit in duplici ſigno, duos maritos habebit Venus quoq: in duplicibus vel etiam tropicis ſignis, & domini loci Veneris ſimiliter in duplicibus ſignis, denotant mulieri plures maritos. Si vero ♀ non fuerit in his ſignis, & Lunam tantum aſpiciat, dabit mulieri unum tantum maritum.*

Speciales

Poſtea obſerventur & ſpeciales de hac quæſt: Aphor. qui ut in virorum nativitate à Luna & Venere ſumti fuerunt, ita hic accipiuntur à Sole & Marte. Primo n. quot Planetis excluſa Luna ☼ iungitur corpore ſive partiliter ſive platice, ante tamen exitum ſigni, in quo eſt tempore nativitatis mulieris, tot ſignificat maritos.

2 Si vero nulli iungitur corpore, vide quot Planetæ fortes in eodẽ ſigno eum partiliter aſpiciant, ſi. ut Sol ad eos accedat. Tot enim feminæ adjudicabis maritos. Qui vero Planetæ ſint fortes; ſupra in virorum conjugio diximus. 3 Si nihil occurrit eiuſmodi, tot habebit maritos ſecundum Dorothium, quot fortes Planetę fuerint inter M.C. & Martem, progrediendo verſus ortum. Et addit Albub. c. 181. Si ♂ ipſe in M.C. fuerit, fiat computatio à Marte ad Iovem. 4 Si nec hoc inveneris, recurrendum eſt ad dominum ſeptimæ, ut in virorum nativitate. Quot enim Planetæ dominum ſeptimæ aſpiciunt partiliter, tot mariti decernuntur.

Vnde nuptura.

V Vnde nuptura?

In hac quæſtione ſimiliter ſignificatores conſiderandi ſunt, qui ſi in locis itinerum aut peregrini fuerint ſignificant maritum peregrinum. ∴ quoq; in tertia in nativitate mulieris, ſignificat peregrinum ſponſum.

Qua forma quibus moribus.

VI De forma corporis & animi moribus.

Quemadmodum ſupra pro animo & moribus uxorum Lunam cum rel. Planetis configuratam conſideravimus: Ita merito hic in genituris mulierum pro maritis, Solem rel. Planetis configuratum attendimus, ex præſcripto Ptol. text. 24 li. 4 quadr.: ♄ ergo Soli configuratus, ut ſit in dignitatibus ejus, ſignificat compoſitos maritos, commodos & induſtrios. ♃ venerabiles & magnanimos: ♂ immorigeros, crudeles, ſtrenuos, à liberis & uxore alienos. ♀ iucundos & formoſos: ☿ victui conſulentes & agiles. ♀ cum ♄ ignavos, & in re venerea leſſos. ♀ cum Iove bonos, iuſtos ac verecundos. ♀ cum Marte callidos, libidinoſos, adulteros. ♀ cum ☿ liberorum amantes.

VII De

VII De fortuna.

Indicatur ea ex conditione ſignificatorum. Nam 1 feliciter poſiti ſignificatores maritos decernentes, ſignificant fortunam. Infeliciter conſtituti, infortunam. 2 ☼ in bono ſtatu in nativitate femellæ, ſignificat coniugum bonum, in malo malum: Schon. 3 ♀ domina aſcendentis cum regulo, & ☊ capiti Draconis iuncta in ⚹ vel △ ♂ non impedita, denotat mulierem pulcram, quæ nubet viro potenti, & ad magnas divitias perveniet: 6 Aph. 112. 4 ♀ in 6 magnas difficultates fœminis ſignificat, & in partu pericula vel abortus, ſi non à M. C. aliquis benignius radius affulſerit. Schon.

Cuius fortuna.

VIII De concordia.

Huc referenda ſunt ea, quæ ſupra de virorum coniugio diximus. Conſideranda ſcil. & hic eſt natura ſignificatorum; utrum benefici, malefici, vel mediocres ſint & qualitas aſpectus, quo cum Sole principali coniugis ſignificatore copulantur. Erũt enim concordes, quando ſignificatores iſti benefici fuerint, & benefico radio ſe aſpexerint. Diſcordes, quando malefici fuerit, & inimicis radijs ſeſe pulſaverint.

Quomodo cum eo cõſentiet.

Caput XVI.

De religione nati.

A*Bſolutis decretis 7 priorum domorum, dicemdum quidem nunc eſſet de octava domo, quæ de morte, & ijs quæ ſequuntur mortem pronunciat. Sed quia mors ultima linea rerum ſeu terminus rerum agendarum eſt, de ea ultimo loco monebimus: Nunc vero de religione agemus.*

Et quanquam, ut pie Card. monet 3 Aph. 118, fruſtra quæramus sãctos, beatos, ac vere Deo gratos ex ſideribus, ſiquidem maius eſt Deo gratum eſſe, quam cœli promiſſa poſſunt polliceri; tamen ne quid neglexiſſe videamur in doctrina Aſtrologica, quædam ſaltem, cum ex ipſo Cardano, tum Haly, & aliis, huc pertinentia annotabimus; præſertim cũ plurimarum geniturarum exemplis conſtet, ex tertia & nona de pietate & impietate aliquomodo iudicari poſſe.

De relig. ex aſtris vix iudicari poteſt.


Significant autem religionem: 1 Planeta vel Planetæ in nona domo, ac huic oppoſita tertia verſantes: ubi tamen nona præfertur tertiæ. 2 Signum nonæ domus, & Planeta qui in ſigno nonæ dominatur. 3 ♃ conſignificator nonæ domus. Hi enim ſignificatores ſi feliciter ponantur religioſum denotant: Infeliciter poſiti, ἄθεον & contra uſitatam religionem diſputantem, aut de hæreſi ſuſpectum ſignificant. Quod ſi etiam none domus ſignum fixum, & dominus eius beneficus & fortis fuerit, religioſum hominem & in pietate perſeverantem deſignat. Si vero mobile vel commune fuerit, ac dominus eius Planeta maleficus debilis ac ℞ fuerit; contrarium, impium nempe & inconſtantem in religione denotat. Semper enim ſignum nonæ commune, & eius dominus in communi ſigno inconſtantem ſignificat, Schon. cap. 15 lib. 1. Seorſim vero Chriſtianam religionem ſine ſignificatore ♍ & ♎ denotant. Item ♃ cui particeps

Significat. relig.

Significat. ſectarum.

Pp 2 adiun-

adiungitur ♀, item ☊. Depravatam religionem ſignificant ♄ ♂ & ☊ item ♄ & ♏



Aphor. ad pietatem iudic. inclinantes.

In ſpecie autem tradit ſolent hę pietate Regulæ: 1 ♃ ♀ & ☊ in 9 aut 3. vel etiam cum ſpicia ♍, religoſum & amantem veri Dei & piorum ſignificant: Garc. cap. 14. 2 ☉ ♃ & ♀ in eodem gradu ſeu in Cazimi coniuncti, q. Prophetam faciunt. Almanſ. Aph. 136 & Card. 5 Aph. 93. 3 ☉ ☽ ☿ & ☋ ⁘ in 9 vel 3, faciunt hæc mediocria, bona tamen, quæ augentur cum felici radio ♃ aut ♀; minuuntur cum maleficus radius eoſdem in dictis locis affligit: Garc. ibidem. Exempli loco nobis eſſe poteſt Genitura Illuſtriſsimi Principis Ioannis Georgii Electoris Brandenburgici, cuius pietas, devotio, & ſtudium religionis & Iuſtitiæ paſsim notiſsima ſunt, & a ſubditis aliiſque grata memoria recoluntur. Habuit enim ☉ ☿ & ⁘ in 9 domo ſigno ♍ religioni accommodatiſſimo in △ ♃. 4 ☉ in 9 felix pietatem ſignificat, plerumque etiam dignitates religoſas largitur, & celebres concionatores facit.

Gen. Elect. Brandenb. Io. Georg. laudatiſs. memoriæ.

5 ♄ ſi

5 ♄ ſi fuerit in aliqua ſuarum dignitatum, ſignificat religonem, caſtiratem & fidem. Sed ſi dominus nonæ fuerit ſeparatus à Domino aſcendentis, non cogitabit de religione neque curabit eam: Haly part 5 cap. 9. 6 Dominus nonæ fortuna quidem, ſed male diſpoſita in comparatione ad dominum aſcendentis, ſignificat natum recte quidem, ſed parum crediturum, 2 Aph. 58. 7 ♄ vel ♂ in 9 vel 3 directi, & à beneficis amico aſpectu irradiati, ſignumque fixum occupantes, pietatem laudatam, & amorem ac reverentiam erga Deum ſignificant, non tamen quod ſignificant prorſus ita firmum ac ſincerum exiſtimandum, ac ſi benefici in illis locis eſsent. Debiles illi Planetæ contrarium ſignificant. 8 Cum ☉ & ♃ nonæ præfuerint ac in locis ☿ ☽ & aſcendētis digitatem habuerint, alteto alterum reſpiciente, oracula vir ille profetet, 5 Aph. 20. 9 ☉ & ☿ △ ſeſe aſpicientes in convenientibus locis, faciunt virum prudentiæ & doctrinæ ſingularis, & ſacerdotem magnæ dignitatis: Et Luna ſimul in aſcendente, Sole vero cum corpore ♀ in eodem gradu, Cardinalem faciunt, 3 Aph. 50. 10 Plures Planetæ in 9 aut 3 mixturam pitatis ſignificant. 11 Si nullus ſit in 9 vel 3, conſideretur ♃. Is enim bene poſitus in domo exaltationes receptione cum Veneres, Sole, ☽, ☿, vel in Veneris coniunctione △, vel ✱ partili, in angulo, religioſum facit. Garcæus. Religioſum quoque facit Cardano ♃ cum ♍ in ſecunda.

De impietate hæ obſerventur Regulæ: 1 ♄ ♂ ☋ in 9 aut 3 in ſignis mobilibus, Io ve peregrino, aut in detrimento, atque in cadente, à maleficis damnato, ſignificat natum non manſurum in una religione. 2 Domini loci noni infelices & in angulis, faciunt contemtores deorum; magis tamē ſi in ipſo loco nono retrogradi & male affecti fuerint. 3 Contemtores quoque deorum faciunt, quibus infortunæ ſunt in aſcendente vel angulis: magis tamen ſi in ipſo loco nono fuerint. Mars inprimis facit palam Deum convitiis inceſſentem: ♄ hæreticum, 5 Aphor. 38. 4 ♄ cum ♀ & ſpica ♍ Theologos quidem facit, ſed qui pro hæreticis habentur. 5 ♄ in 9 ℞ & in ſigno communi ſignificat nullam fidem, & religionis tantummodo ſpeciem. Cardan. in genit. ad 7 Aphoriſ. 129. 6 ♂ in 9 infortunatus plerumque facit mendaces, contemtoreſque deorum, 5, Aphoriſ. 169. 7 Si quis Luna inter infortunas exiſtente ſupervixerit, Deo non credet, 5 Aphor. 182. 8 Si ☽ & ☿ & dominus aſcendentis fuerint in bicorporeis, natus hæreſis aut alienæ religionis particeps fiet, 5 Aphoriſ. 183. Imp. Aph.

9 ♀ aut ☽ in 9 vel 3, præſertim in mobili ant bicorporeo ſigno, varios & inconſtantes in religione faciunt, amantes divinationum.

10 ☽ domina noni loci in prima, contentorem religionis, & cum ☋ deceptorem oſtendit, Genit. 44 Cardan. 11 ☿ in 9 convertit natum de una religione in aliam.

In noſtro primo exemplo ♂ *in 9 domo exiſtit; verum ſignum nonæ Ioviale eſt, cuius trigonocrator eſt* ♂. *Domina* ὑψώματος ♀; *Tertiæ domui* ☿ *dominatur; Eſt &* ♃ *cum Marte in themate fortis. Vnde licet* ♂ Exemplū noſtrum primum.

natum

natum de religione parum ſollicitum facit, præſertim cum & ♄ ad nonam, & ♂ trigonum radium habeat: tamen ♃ præſes nonæ in domo ♀, quæ & ipſa cuſpidem nonæ ✱ fovet, curam quandam religionis & pietatis in nato excitat, & à religione alienum eſſe non permittit.

Alterum exemplum. In altero exemplo nullus quidem Planetarum nonam, vt nec tertiam domum occupat: nonæ tamen dominus eſt ♄ in ♓, Ioviali ſigno fortis, qui & ✱ nonam intuetur. Vnde conſtellatio hæc natum ſollicitum de pietate & religione vera indicat: dubium tamen aliquomodo & inconſtantem ob nonæ domus ſignum mobile, & Lunam tertiæ dominantem. Cumq; ipſam primam ♄ quadrato intueatur, atq; ita à prima non ſeparetur, anxie cogitabit natus de religionis veritate & conſtantia, ad quam rem Iupiter trigono irradians nonam & Mercurium primæ dominum, prudentiam & circunſpectionem largitur.

Caput XVII.

De itineribus & peregrinatione.

Significat. itinerum. IN itineribus dijudicandis attendendum eſt ad hos præcipue ſignificatores: 1 Ad domum nonam, quæ longa itinera; & tertiam, quæ breviora notat. Etſi enim Ptol. cap. 9 libr. 4 quadrip. in conſideratione itinerum domus præcipue cadentes, quales ſunt 3, 6 9 & 12 aſpiciendas monet; quod in illis homo non firmus, ſed maxime mobilis, imo ex ſede ſua q. cadens deſignetur: tamen neglectis ſexta & 12, quod ſexta potius morbos & mortem, 12 alias ærumnas, quæ natum in lucem editum comitantur, ſignificet; tantummodo nona ac tertia, aſſumuntur, nona præſertim; cum tertia ſub terra animum tantum vt nona ad peregrinandum movere nequeat. 2 Ad dominos illarum. 3 Ad Planetas in nona vel 3. Et 4 ad luminaria Solem, ☽, & ☿; vtpote nuncium deorum iuxta Poetas Nam ☽ & ☿ cum inſtabiles ſint, & maxime inter Planetas vagentur, ſignificationem habent peculiarem de itineribus. Ptol. citato antea loco addit conſiderationem Martis, propter itinerum laborem, & quia præeſt impetui animi. Vnde & Card. 3 Aph. 84 inquit: Mars ☉ ac ☽ itinera ſignificant, nonaq; ac tertia domus, ſi eorum ſignificatores cum luminaribus, maxime temporis convenerint.

Ex his vero ad ſubſequentes circumſtantias pronunciatur. 1 An natus ſit ſuſcepturus aliqua itinera, an vero perpetuo domi manſurus. Etſi ſuſcepturus eſt itinera, an crebro & aſſidue ſit peregrinaturus ad exteros, an vero rarius & interdum tantum?

Reperiuntur enim nonnulli qui adeo delectantur peregrinatione, vt maximam vitæ ſuæ partem extra patriam conſumant. Alij è contra reperiuntur adeo amantes patriæ, vt per univerſam vitam rariſſime vel etiam nunquam natale ſolum mutare, terminoſq; patrios egredi audeant. Regula ergo hæc generalis obſervetur primum:

Regula gener. decernens itin. Si ſignificatores ante dicti, potiſſimum vero Luna & ☿ fuerint inter ſe coniuncti aut in mutua receptione; aut coniuncti vel recepti à domino primæ

vel

vel nonæ domus, ita ut dominus tertię vel nonæ ſit in domicilio vel exaltatione ☽ vel ☿; & viciſſim Luna vel ☿ ſit in domicilio vel exaltatione domini nonę vel tertiæ, aut deniq; occupaverint vel nonam vel tertiam, vel primam, vel in eis dominium habuerint, omnino itinera decernunt. Cypr. & Garc. cap. 32.

Deinde notentur hæ ſpeciales. 1 Dominus nonæ in prima, vel primæ in 9, aut hi ſimul iuncti ſeu invicem recepti, itinera ſignificant. 2 Plurimi Planetæ in 9 aut 3, ſignificant hominem peregrinaturum & in loco natalitio non manſurum. 3 Si dominus itineris applicuerit domino aſcẽdentis, accident nato itinera, quæ non cogitavit: quod ſi adfuerit fortuna aut receperit eum dominus aſcendentis, habebit in illis itineribus vtilitatem, honorem, & lucrum. Si v. adfuerit infortunium, nec dominus aſcẽdentis receperit eum, habebit damnum, amiſſionem, & laborem in itineribus Ha'y part. 5 cap. 8. 4 ♂ in nona plurima longa & laborioſa itinera facit, ex quibus parum vtilitatis ad natum redundat. Non n. bonum aliquid habere poteſt inquit Ha'y prius citato loco, cui in domo itineris ♄ vel ♂ exiſtunt. Denotat & conſtitutio hæc hominem incertæ religionis. Nam certus in hoſpitibus non eſt amor, errat vt ipſi. 5 ⁙ in 9 aut 3. divitiarum cauſſa durabilem extra patriam manſionem ſignificat. *(Aphoriſmi ſpeciales itinerum.)*

6 Planetæ plurimi non in domo ſua, ſed peregrini, præſertim dominus horoſcopi & genituræ, peregrinatores ſignificant. 7 ♃ ♀ & ☿ iuxta cor cœli peregrini, ſignificant claritatem doctrinæ extra patriam maxime. Genit. 96 Card.

8 Planetæ in occidente inprimis ☽ & ♂, homines aut brevis vitæ, aut peregrinantes, & in aliena terra morantes ſignificant: Card. in com. ad 58 text. lib. 4 quad. Prol. 9 vt ſigna mobilia itineribus valde commoda ſunt, & celeritatem ac reverſionem indicant, fixa autem peſſima, 5 Aph. 65: Ita plurimi Planetæ in mobilibus ſignis, hominem vagum, amantem itinera ſignificant. 10 Quicunque ♄ in Iovis oppoſito habent, nunquam quieſcunt, 2 Aph. 3. 11 ☿ ac ☽ coniuncti aut recepti invicem, vel ☿ in domo ☽ & Luna in domo ☿, ſignificant multa itinera. *I*dem denotant ☿ & ☽ in 9, 3, prima, aut iis dominantes, ſi videlicet ſigna ipſorum fuerint in illis domibus. Quod ſi & ☿ aut ☽ aut uterque ſimul Soli iungatur, aut ab eo recipiatur, aut Sol in ipſorum domo ſit, ſignificat quoque itinera. 12 Multæ peregrinationes nato decernuntur, ſi plurimi ſignificatores ſint occidentales, inprimis ☽, ♂ ☿ dominus genituræ & aſcendentis. Vel etiam ſi peregrini ſint, ſine dignitatibus eſſentialibus, remoti ab angulis, in 9 præcipue domo & 3, ac in ſignis mobilibus.

13 Tradit & Ha'y part. 5 cap. 9 de domino nonæ hæc præcepta: *Si* dominus nonæ fuerit in aſcendente, natus erit bonus politicus, & viator, lucrum inde habiturus. *In* ſecunda habebit ex itineribus lucrum. *In* tertia habitabit cum mulieribus extraneis, & migrabit de loco ſuo. In quarta parentes habebunt infirmitatem occultam, & ipſe in itineribus morietur. In quinta habebit filios extra regionem ſuam & gaudebit illis. *In* ſexta lucrabitur ex ſervis & iumentis, & infirmabitur in itinere. *Si* vero ſanus fuerit in itineribus, damnum habebit à ſervis. In 7 vxorem habebit

bebit

bebit bonam & morigeram, & erit obediens ei. *In* 8 maximam habebit cupiditatem aggregandi ſubſtantiam, & ideo itinera faciet. *In* 9 erit paucorum itinerum, occupatus in dando, & accipiendo, & cuſtos ſuæ legis.

Ex his regulis colligantur teſtimonia itinerum: quæ ſi nulla occurrerint, ſignificant hominem manſurum in patria deſidem. Si pauca, interdum peregrinaturus eſt. Si multa, ſignificatur natum aut perpetuo peregrinaturum, aut extra patriam manſurum.

In quam partem mundi natus iter ſit facturus.

Secunda quæſtio: In quam plagam mundi iter ſit facturus.

De hac circumſtantia iudicium fertur 1 à Planetis, itinerum ſignificatoribus: 2 à ſignis in quibus ſignificatores conſiſtunt.

Nam ſi itinerum ſignificatores fuerint Orientales, & in Orientalibus ſignis, verſus ortum: Si occidentales; verſus occaſum itinera à loco patrio nati ſignificant.

Planetæ & ſigna quę Orientalia quæ Occidentalia, quæ Meridion. quæ Septentr.

Sunt autem Planetæ Orientales ☉ & ♄. Occidentales ♂ & ☽, Meridionalis eſt ♀ Septentrionalis ♃ Mercurius indifferens eſt & eius naturam aſſumit, cui vel coniunctus eſt, vel etiam in cuius dignitate eſſentiali reperitur. *Sic* ſigna ignei trigoni, ♈ ♌ ♐ Orientalia, Terrei ♉ ♍ ♑ Meridionalia. Aerei ♊ ♎ ♒ occidentalia: Et Aquei ♋ ♏ ♓ Septentrionalia vulgo habentur.

Quomodo teſtimonia colligenda & tandem iudicādum ſit.

Colligenda ergo ſunt teſtimonia eodem modo, quo ſupra in doctrina de temperamento fecimus. Scribendæ enim ſunt ordine mundi partes vel regiones, & ſingulis ſua teſtimonia ſubiicienda, atq; iuxta vincentem numerum pronunciandum. In eam namq; mundi plagam natus iter faciet, cuius indicia ſignificatores præbent. Quod ſi omnium plagarum indicia adſint, natus in omnes 4 plagas peregrinabitur: in illam tamen frequentius, quæ plura teſtimonia habet.

Ptolemęi doctrina.

Ptol. text. 62 lib 4 quadrip. ex luminarium præcipue loco plagam mundi determinat. *Inquit* enim, ſi luminaria reperta fuerint in quadrantibus orientalibus itinera verſus ortum & meridiem inſtituuntur: *In* occidentalibus vero quadrantibus verſus *Septentrionem* & occidentem. Etſi vero Haly Abenrodan, notante *S*chonero cap. 15 lib. 1. per quadrantes orientales intelligit duos illos a domo quarta per ortum ad decimam vſque: Per occidentales, duos reliquos a medio cœli ſeu 10 domo per occaſum ad quartam vſque: tamen iuxta Ptol. Cardan. & doctrinam aliquoties repetitam Orientales cenſentur, ab horoſcopo ad M. C. & ab occaſu ad angulum imi cœli. Occidentales ab angulo imi cœli ad horoſcopi initium, & a medij cœli initio ad occaſum. Vult quoque Card. in com. ſuper text. citarum Ptol. conſiderandam eſſe latitudinem, Planetarum iter ſignificantium præſertim ☽ & ♂, Si enim Septentrionalem habuerint latitudinem, ſignificabunt iter verſus Septentrionem. Si Meridiona-

Digitized by Google

dionalem verſus meridiem. Et 3. Aphor. 92 dicit. Quod a 10 domo ad primam meridies, à prima ad quartam oriens, à ſeptima ad quartam Septentrio, à 7 ad 10 occidens notetur. Sed hæc principaliter in luminaribus obſervari ſolent.

Tertia: An per aquas aut terram iter facturus ſit?

An terra vel mari iter ſit facturus.

De hac quæſtione annotarunt autores, trigonos ſignorum ſignificare qualitatem itineris per aquam aut terram. Significant enim ſigna ignea & terrea, ſi ſignificatores in illis fuerint, itinera per terram. Aquea, per aquas. Aerea, mixta, nunc per terras nunc per aquas. Sic ſignificatores in quadrupedibus, ſignificant iter equis aut curru. In humanis pedibus, Schon.

IV Quæ cauſſæ natum ad iter impellant?

De cauſſis itinerum.

Cauſſa itinerum etſi iuxta Card. 3 Aph. 93 in genere per dominos ſignificatorum oſtenditur: tamen ut diſtinctius eam intelligamus, aſpicienda eſt primo natura Planetarum, qui itinera ſignificant. 2 Significatio domorum in quibus ſignificatores itinerum commorantur.

Iudic ſumitur vel ex Planetis.

♄ enim itinerum ſignificator vel ipſe, vel ſignificatori iunctus, peregrinationes ſignificat, vel ratione mortuorum, hæreditatum, conditionum à mortuis relictarum fodinarum, metallicarum, architecturæ, &c. vel perſonarum Saturniarum: ut ſunt ſenes, avari, agricolæ. ♃ cauſſa religionis, honoris, praxis Iuridicæ, iudiciorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel iudicum, prælatorum, nobilium, &c. de quibus copioſius ſupra cap. 9 in loco de divitiis egimus. Sic *prima domus* ſignificat naturalem peregrinandi amorem. *Secunda* propter contractus, emtionem, venditionem & lucrum. *Tertia* cauſſa fratrum & cognatorum. *Quarta* cauſſa parentum, patrimonii, agrorum, &c. vel domib

♃ in nona domo combuſtus, vel in ſuo caſu, iter cauſſa abſcondita, vel exilium nato ſignificat. ☽ quoque ſi non aſpexerit dominum domus ſuæ, ſignificat quod natus erit inquiſitor victus ſui extra patriam ſuam.

V Quo ſucceſſu itinera inſtituet?

De ſucceſſu itinerũ.

Reg. gen. *Hic in genere ſi ſignificatores natura à benefici, fortes, & feliciter copulati beneficis fuerint, aut in eorum domibus, ſignificant felicia & lucroſa itinera. Si vero ſignificatores infortunati, debiles, & in malorum infelici aſpectu, aut in eorum domibus extiterint, varia pericula cum ſubſtantiæ amiſſione denotant. Mediocres ſignificatores mediocritatem ſignificant.*

In ſpecie etiam hæ notentur regulæ, quas recitat Haly par. 5. cap. 8. Speciales.
1 Si dominus nonæ domus fuerit infortunatus, vel fuerint infortunia in 9 domo applicantia domino aſcendentis, vel ad ea applicet dominus aſcendentis, ſignificantur nato mala itinera, & accidens malum

amiſſiones, & indigentiæ, & quod malæ fidei erit. 2 Si dominus aſcendentis fuerit contrarius aſcendenti, & dominus domus Lunæ contrarius ☽, natus quidem erit multorum motuum & itinerum, ſed ita tamen, vt ſi adfuerit fortuna, habeat lucrum in itineribus ſuis. *Si* infortunium, contrarium eveniat. 3 Si ♃ fuerit dominus nonæ domus, & fuerit in aſcendente vel M. C., natus habebit in itineribus ſuis bonum nomen & famam. 4 Si ☉ fuerit dominus nonæ domus, & fuerit in aſcendente vel M. C., natus in itineribus ſuis habebit dominium & honorem. 5 Si ♂ fuerit dominus nonæ, & fuerit in aſcendente vel M. C. & Iupiter eum aſpexerit, natus lucrabitur in itineribus multum ab hominibus claris & dominis militum. *6* ♂ in tertia domo vel nona, ſignificat natum multorum itinerum, & infirmum in illis.

VI Quæſtio. Quali cum periculo peregrinabitur?

De peric. itinerum. 1 ex Saturno & Marte.

In hac quæſtione conſiderandus præcipue eſt maleficus, qui præ cæteris ſignificatorem vel ſignificatores omnes itineris lædit. Lædunt autem ♄ & ♂; 1 radio, 2 corpore, 3 dominio & 4 elevatione ſuper ſignificatores. Namq; ♄ affligens ſignificatorem itineris radio aliquo inimico, vel ipſe ſignificator exiſtens debilis, & ab altero malefico læſus, vel etiam dominus exiſtens ſigni illius, in quo ſignificator verſatur, difficultates & pericula adfert nato, per res & perſonas Saturninas, vt per aquas, navigationes, loca ſolitaria, captivitates, carceres æs alienum: Item per nautas, agricolas, Eremitas, Iudæos, Monachos Mars per res perſonas Martiales detrimenta notat: Veluti ab igne, latronibus, militibus, a feris & beſtijs, &c.

Indicatur quoque periculum ex ſigno & domo, in qua conſiſtunt malefici & lædentes, de quibus iam antea quædam monuimus.

2 ex domibus.

Signa enim *aqueæ* ſignificant incommoda itinerum ab humore, lapſu in aquam, periculo naufragij, pluvia, ſolitudine, &c. *Fixa* excepto ♏ ſignificant incommoda a lapſu, præcipitatione, vel tempeſtate ventorum. *Mobilia* ex defectu commeatuum, aeris mutatione, graveolentia, peſtilenti conſtitutione, aliiſque impedimentis. *Humana* à latrocinijs, deprædationibus, inſidijs. *Ferina* vt ♌ ♑ poſterior medietas ♐, lacerationes à beſtijs & feris animalibus. *Domeſtica*, vt ♈ ♉ ab equis excutientibus ſeſſorem, vel alio modo lædentibus, à morſu animalium domeſticorum, vel canis rabioſi. *Venenata* vt ♏ ex morſu ſerpentum, ſcorpionum, &c. Et ♉ à proprietate præcipitium ſignificat 3 Aph. *91*.

Quod ſi in ſignis aqueis ſignificatores fuerint itinerum, infortuneq; ſuper eas elevatæ, aut fortunæ inimicæ ſignificatoribus extiterint, tempeſtatibus obruetur in itinere 3 Aph. 88. *Si* ♄ fuerit cum domino nonæ in 12 domo, natus necabitur, & morietur in mari vel flumine iuxta ſignum triplicitatis aqueæ. Et ſi fuerit ibi ♂ vice Saturni, intrabunt latrones domum eius, & deprædabuntur eam. Haly part. 5 cap. *9*. Luna tempore inceptionis itineris ſi fuerit in via combuſta, ægrotabit peregrinus in peregrina-

Digitized by Google

grinatione ſua, vel alias graves moleſtias patietur. Hermes Centil. 54.

VII Quæ regio fortunata ſit pro vita nati.

De regionib. convenientibus nato.

Solent Aſtrologi non ſolum in genere fortunam bonam vel malam nati in itineribus præcognoſcere: verum etiam in ſpecie oſtendere quę loca particularia, terræ regiones, vrbes & oppida nato conveniant, vt per ea iter faciat, vel in ijs vivat. Ad quam rem multum conducit noſſe quę regiones, quęq; vrbes ſingulis ſignis ſint ſubiecta, de quibus ſupra cap. 1 ſecundi membri huius partis in generali iudicio tempeſtatum monuimus. Hic ſolummodo hoc notandum:

1 Quod fortunatæ cenſeantur regiones ſubiectæ ſignis felicium domorum, præcipuè 1. 10, 11, 2, ſi domus illæ non læſæ ſint à malis malorum radijs, ſed potius à beneficis, vel præſentia, vel benignis radiis foveantur. Nam ſi leduntur, mediocritatem tantummodo ſignificant. 2 Fortunatà etiam cenſentur loca ſubiecta ſignis, quæ occupantur à fortunis felicibus Iove ♀, ☊, & ⊗, inprimis ſi careant inimicis maleficorum radiis. A maleficis enim impediti, mediocritatem ſignificant. Mediocritatem etiam pollicentur ſigna domus tertiæ 5 & 9, ſi à maleficorum læſionibus libera ſint. Læſa n. adverſitates minantur. Adverſę vero ſunt nato regiones & vrbes ſubiectæ domibus infelicibus, præſertim ſextæ, octavæ, nonæ, quartæ & ſeptimæ, inprimis ſi beneficorum fauſtis radiis deſtituantur, & à maleficis quoquo modo affligantur. Item in quibus ſunt ♄ ♂ ☋, præcipue ſi fuerint in 4, 7, 12. Ea enim quæ extreme infauſta ſunt, quia nati actionibus & contractibus adverſantur merito ab eodem vitantur, vt nec per ea iter faciat, neque ibidem habitet neq; contractus exerceat. Ac ſane ſi quis vrbis thema propriumque ſuę nativitatis habeat, illaque inter ſe conferat, optima electio eſt loci habitationis pro valetudine ſi aſcendens vrbis ſit & aſcendens nati, pro dignitate vero ſi aſcendens vrbis ſit cor cœli vel Solis locus nati, &c. 2 Aph. 172.

Exemplū noſtrum primum.

In noſtro primo exemplo ſignificatores ſunt, 1. *♓ ſignum nonæ Ioviale, & ♍ ſignum tertiæ Mercuriale, ambo communia ſeu bicorporea: Deinde domini nonæ & tertiæ, ♃ & ☿, ex quibus ille in quarta domo, in □ luminarium fortis & directus: Hic in ſexta debilis & retrogradus eſt. 3 ♂ in nona in ſua triplicitate fortis; & 4 luminaria duo ☉ debilis, ☽ infortunata ac peregrina & ☿ ſimiliter debilis & Retrogradus, omnes in ſexta domo.* Cumque plu-
res Planetæ *☉ ☽ ♀ ☿ & ♃ in ſignis mobilibus ſint, inſuper ♄ ♀ & ☽ peregri-* 1
ni, nato quidem extra patriam terram vivere plurimum contigit: itineribus tamen longioribus frequenter ſe non dedit, quod pleriq; Planetæ in domo ſint ſexta adverſæ valetudinis. Multum vero ſeſe movit, & itinera breviora plurima perfecit, quandoquidem vt dictum, plurimi Planetæ ſigna mobilia tenent. Longiora quoq; & laborioſa itinera Mars ipſi in nona deſignavit, & militaria quidem, quæ etiam quia luminaria in exaltatione ſunt Martis ad ſummos honores
ipſum evexiſſent, niſi luminaria in ſexta languerent. Fuerunt autem *pleraque* 2
itinera verſus meridiem, ob ♍ tertiæ ſignum, & ♑ in quo plurimi Planetæ exiſtunt, & quia ☿ brevium itinerum præſes Veneri ibidem iungitur. Quædam

etiam verſus ortum, cum 4 Planeta à Sole Orientales ſint ♃ ♄ ☿ & ♀: Non-
nulla verſus occaſum item Septentrionem fuerunt, ob ♂ in ♓ & Iovem nonæ
3 dominum. Terreſtri vero itinere, & vel curru, vel in equis pleraq; peracta
ſunt, cum ſignificatores plurimi ſint in ♑ terreo & quadrupede ſigno. Navigio
tamen etiam vſus eſt natus in longioribus ob ♓ in quibus ♂ in nona reperitur.
4 Cauſſas itinerum oſtendit ♃ in 4, ☿ & luminaria in ſexta & ♂ in nona.
Mars quidem ratione exercitiorum militarium, luminaria & ☿ ratione hære-
ditatum & defunctorum: ♄ enim in quarta, diſpoſitor eſt cum luminarium &
Mercurij in ſexta, tum ipſius etiam octavæ domus. Iupiter ratione iudiciorum,
5 quæ cum nobilibus partim de bonis ſuis, partim de hæreditate exercuit. Suc-
ceſſus in itineribus maxima ex parte boni & felices, quidam etiam infelices
fuerunt, quod ♂ & ♃ fortes ſint, neq; ſignificatores malis malorum radiis af-
fligantur. ☿ vero & ☽ debilitate quadam in ſexta premantur: infelicitas tamē
ſi quæ in itineribus contigit, natum non multum affligere potuit, quod ea non à
maleficis lædentibus, ſed debilitate tantummodo ſignificatorum proveniat.
6 Habent enim ♄ & ♂ ad ſe mutuo △, & ad luminaria & ☿ ⚹ radios. Regio-
nes, & loca nato feliciora præter ea quæ ♌ & ♎ ſubiecta ſunt, dari non poſ-
ſunt. Ad ♈ enim in 10, luminaria □ ex ſexta, & Iupiter oppoſitum radium
habet. Tauro ♄, & virgo Marti opponitur. Geminos & ♐ ♂ □ radio fer t:
7 Cancro opponuntur luminaria: & Iupiter □ radio eum petit. Leonem in pri-
ma fortunat ⁘ & Libram ♃ ſua præſentia nec nocere multum poteſt □ lu-
minarium, quanquam nec prorſus infelix ſit ♒ ſignum, cui ſubeſt vrbs noſtra
Francofurtum Viadri. ♄ enim fortis in □ Martis diſpoſitoris in eodem exiſtit,
& luminaria radio ⚹ idem fovet.

Alterum exemplum. In altero exemplo ſignum nonæ eſt ♑ Saturninum: Tertiæ vero ♋ lu-
nare, ambo mobilia & peregrinationi apta. Cumq; ſignificatores eorum in pe-
regrinis ſint locis, in nullis dignitatibus eſſentialibus, remoti ab angulis & v-
terq; dominum primæ ☿ intueatur. Luna quidem △, ♄ ⚹: Sol quoq; peregrinus
ſit in □ ☽ ſit inſuper ♄ in oppoſito iovis. Idcirco nato varia itinera ſignifican-
tur, itaq; extra patriam, ac tum etiam breviora itinera multa nato obveniunt,
propter Lunam dominam tertiæ in M.C. elevatam ſuper reliquos ſignificatores.
2 Diriguntur vero itinera in diverſas plagas mundi longiora pleraq; verſus or-
tum & Septentrionem, ob Saturnum nonæ dominum in ⚹ Iovi oppoſitum: quę-
dam quoque in meridiem & occaſum, ob ♑ nonæ ſignum Solem Veneri coniun-
ctum in ♉ & □ ☽ ac ♀. Breviora & frequentiora verſus occaſum ob △ ☽ &
☿ in aëris, quæ tamen & meridiem verſus ob Lunam declinant. Nonnulla e-
3 tiam in Septentrionem ſunt ob ♋ ſignum tertiæ. Quædam vero pedeſtri itine-
re confecta ſunt, cum Luna & Mercurius, qui partili △ ſeſe intuentur, ſint in
humanis ♒ & ♊: Pauciora navigio, ob ♋ ſignum tertiæ, & ♄ in ♓: reliqua
4 curru ob ♑ ſignum nonæ, & Solem ac ♀ in ♉; Item Martem in ♈. Porro ♄ do-
minus nonæ in 11 longiora quædam itinera amicorum & hæreditatis cauſſa
ſignificat, quibus tamen ♃ oppoſito adverſatur: ☽ & ☿ doctrinæ & honoris
cauſſæ. Pleraque & iucunda quidem propter agnatos & liberos inſtituuntur,
quando & ♄ in ſigno Ioviali Iovi oppoſitus 11 tenet. Iupiter quintam, radiuſ-
que eſt ⚹ ♄ ad Mercurium: quanquam & hic quædam praxeos cauſſa ſeſe ex-
hibent.

bibeant. Succeſſus *in itineribus mediocris promittitur, quod ſignificatores iti-* 5
nerum ♄ & ☽ item ☿ fortes ſint, nec malis malorum radiis infeſtentur: La-
boriosa *tamen ærumnoſa & periculis non carentia nonnulla ſunt ratione do-* 6
mus 12, in qua ſignificatores quidam ut ☿ & Sol debilis hærent: Iupiter quoq;
retrogr. in oppoſito Saturni, quædam in itineribus damna affert, quæ tamen na-
tum non multum lædunt, cum natura ſua Iupiter aliàs ſit beneficus. Felicitas 7
nato *maxima in regionibus & locis ♊ & ♒ ſubiectis ſignificatur. Ea enim*
ſigna domus felices primam & 10 obtinent, & ☽ cum ☿ in iis △ partili fove-
tur, quanquam cum piſcibus, nec ♉ prorſus negligi poſſit, modo ☉ in ♉ domi-
nam Venerem non combureret.

Cap. XVIII.

De ſomniis.

DE ſomniis cum agitur hoc potiſſimum quæritur: vtrum natus ſit ha-
biturus ὀνείρατα μαντικὰ vel ἀμαντικὰ h.e. talia ſomnia, quæ futurum
aliquod accidens lætum vel adverſum ſignificent vel præſagiant?
An vero ἀσήμαντα καὶ ἀσυμπτωτα ſignificationis expertia, vana, & Significat.
quæ ciea natura, quibus nulli reſpondeant eventus? Vtraq; cognoſcuntur 1 ex ſomniorũ.
Planeta vel Planetis domum nonam occupantibus. 2 Ex natura ſigni nonam
domum incoantis vel etiam intercepti. 3 Ex natura Planetæ, qui nonæ domi-
nus exſtit.

Namque primo aliquis beneficorum ♃ vel ♀ in nona, fortis, & à Reg. iudic.
maleficorum inimicis radiis liber, ſomnia *μαντικὰ*, quibus plerumq; even-
tus aliqui reſpondent, efficit. Afflictus v. à maleficis: vel per ſe debilis be-
neficus, ambigua ſomnia, quibus interdum reſpondent, interdum non re-
ſpondent eventus parit. Maleficus in nona vtpote ♄ vel ♂ debilis, ſo-
mnia inania & fallacia, quibus nunquam eventus reſpondent, affert. For-
tis maleficus, non ℞. & à beneficis feliciter irradiatus, ambigua ſomnia,
quibus raro eventus conveniunt: ♄ tamen veriora, ♂ falſiora, ſignificat.
2 Mediocres Planetæ in 9 vtpote ☉ ☽ & ☿ ſomnia ambigua, quibus raro
eventus conſentiunt, ſignificant. *Si* tamen cum beneficis feliciter confi-
gurentur, & per ſe fortes ſint in ſigno fixo, ſæpius vera ſomnia & eventu
non carentia. Si v. à maleficis affligantur: aut debiles ſint in ſigno mobili,
incerta & fallacia vt plurimum ſomnia producunt. 3 Quando nullus Pla-
neta in 9 conſtituitur, ſignum 9 primum aſpice, quod ſi fixum & ſalvum
fuerit, ſomnia vera, ſi mobile, falſa, ſi commune, partim vera partim falſa
largitur. Deinde & dominum eius aſpice, ac ex præcedentibus duabus
Regulis ſecundum eius conſtitutionem iudica. 4 Quod ſi plures & di-
verſæ naturæ Planetæ in nona conſtituantur, ſemper potentior eorum
ſomniorũ ſignificator erit. 5 ☉ cum Saturno nonę domui præſidens, vera
& mala ſomnia dabit ☉ & ♃ aut ♀ vera ac bona, ♄ & ♀ mixta veraque.
♄ & ☽ aut ♄ ac ♂, vel ♄ ac ☿, vel ♂ & ☿ falſa ac mala: ☽ & ☿ aliquan-
do vera. Venus ſola debilis aut ♃ iucunda & pleraque falſa, 3 Aph. 74.

Qualia autem natus ſit habiturus ſomnia, Planeta is oſtendit, qui ſecun- De qual. ſo
dum aliquam regularum iam traditarum ſignificator ſomniorum conſtituitur. mn. videã-
tur Planet.

Si

♄ Si enim ♄ ſignificator fuerit, habebit natus ſomnia de rebus, & perſonis Saturninis de agricultura, de fodinis metallicis, de inventione theſaurorum abſconditorum, de cavis ſubterraneis, locis ſolitariis, tenebricoſis, viis per deſerta, de ſepulcris, mortuis ſpectris. Dæmonibus, rebus, triſtibus, metum & formidinem incutientibus, planctibus
♃ & ſimilib. ♃ ſignificator ſomniorum læta ſignifica ſomnia, de reb. & perſonis Iovialib. de honoribus, de converſationibus, de regibus, principib.
♂ hominib. claris, orationibus Eccleſiis, &c. ♂ dat ſomnia content. onum, rixarum, pugnarum, bellorum, odiorum, diſcordiarum incendiorum, tu-
☉ multuum, Equorum, canum, venationum. ☉ ſignificator, ſomnia ciet Iovialibus fere ſimilia, de perſonis nempe honorabilibus, regibus, principibus, Magiſtratu.
♀ ♀ ſignificatrix ſomniorum, ſomniat convivia, choreas, voluptates, lætitiam, converſationes cum fœminis, virginibus, precioſas veſtes, ornamenta corporis varia, donationes, picturas pulcras & artificioſas,
☿ materias aromatarias odoris præſtantis, &c. ☿ ſomnia excitat de ſcholis ſtudiis, itineribus contractibus, negotiationibus, converſationibus cum doctis viris, artificibus ingenioſis, legationibus numeris & num-
☽ mis, &c. ☽ ſomnia affert temperamento phlegmatico reſpondentia, de navigationibus, piſcationibus, itineribus per mare, periculis in mari, de balneis, mulieribus, volatu per aera. Ac ſi ♄ cum ☋ in nona fuerit, in ſomniis horrenda videbit. Schon. cap. 15 l. b. 1.

Exempl. noſtrum primum. In noſtro primo exemplo ♂ *reperitur in nona; Signum vero nonæ eſt piſcium commune, cui præeſt* ♃ *in themate valde fortis. Habent* ☉ ♀ ☉ ☽ *ad nonam* ⚹ *radios,* & ♄ △; *unde nato ſignificantur ſomnia maxime ex parte vana. Licet enim ratione ſigni communis quædam vera vanis miſceantur,* ♃ *quoque ea verificare elaboret: tamen quia nonam non intuetur* ♃, *ludunt ſomnia plurimum natum, quæ habet de rebus & perſonis Martialibus, ut rixis, pugnis, bellis, odijs, igne, Chimicis, Equis, militibus, Chirurgis, canibus, venationibus, nonnunquam etiam ſed rarius de rebus & perſonis Iovialibus, ut converſationibus cum regibus, principibus, viris, claris, honoribus, &c.*

Alterum exemplum *In altero nullus Planetarum corpore eſt in nona: Ad eam tamen habent radios, Iupiter quidem* △, ♄ ⚹, & ♂ □. *Deinde* ♑ *ſignum mobile occupat nonam: Eſtq;* ♄ *præſes nonæ mediocriter fortis. Ex quibus nato fallacia plurimum ſomnia tribuimus, quorum eventus natum fallunt. Etſi enim* △ ♃, & ♄ ⚹ *veridica excitare conantur ſomnia; parum tamen aſpectus illi operantur, cum & mobile ſignum nonam teneat, & radius Martis* □ *ea vana reddat. Erunt autem ſomnia nati de natura* ♄, *ut rebus, & perſonis Saturninis, agricultura, fodinis metallicis, rebus ſolitarijs perſonis mortuis, & rebus triſtibus, &c.*

Caput

Caput XIX.

De Magiſterio ſeu genere vitæ nati.

QVæſtio hæc de magiſterio, quo ſtudium, artem, genus vitæ & profeſſionem ſeu actionem nati, qua victum quærit, intelligimus, omnium difficilima eſſe videtur Card. cap. 16 lib. de iud. genit. ut quæ coniectura, non certa ratione deprehendatur. Et 6 Aph. 43 inquit: Artem exquiſite ſcire omnino ſt impoſſibile. Nam præter immenſam artium multitudinem regionis, loci, familiæ, patris, religionis, opumque, decernitur ſæpe eadem ars à diverſis ſignificatoribus, & ab iiſdem diverſa: Et certum eſt eam regi ut plurimum parentum conditione, gentis conſuetudine, & nutritiorum conſilio. Quando ergo in Aſtrologicis de genere vitæ quæritur, non tam idipſum propter circumſtantias diverſas ab artificibus determinatur, quam inclinatio certa, & naturalis quidam ductus, ad certos labores generaliter oſtenditur. Difficil. eſt iudic. de gen. vitæ.

Videmus namq; alios ad Theologica & Philoſophica ſtudia atq; ita ad docendi munus, alios ad Rerumpublicarum gubernationem, ad præfecturas & functiones in aulis Principũ & Rebuſpublicis, alios ad Mathematicas artes, Architectonicam, & quæ manu exercentur, natura magis aptos & accommodatos eſſe. De hiſce vitæ generibus ſeu ſtudiis antequam iudicet Aſtrologus, ſollicitum eum eſſe oportet de ſignificatoribus artis, ut inde cognoſcatur.

I An natus ſit tractaturus artem, an vero ocioſam vitam ſine omni exercitatione aut opificio ducturus? An natus ſit tractat. artem.

Sunt autem ſignificatores artis, iuxta Iulium Matern. lib. 4. cap. 15, Albubat. cap. 90. Cypr. Leovit & Garc. cap. 27. Primo hi tres Planetæ ♀ ♂ & ☿. Mercurius enim ſapientiam animi, ſubtilitatem, iudicium intellectum & ſcripturam: Mars robur & laborem corporis. ♀ voluptatem ſignificat. Poſtea domus magiſterio aptæ ſunt hæ tres; 10, 1 & 7. Decima enim potentiam, Prima eruditionem: Septima contentionem ſignificat animum, 1 ☉ honorem, 7 adverſarios. Significat. artis.

Ex his iuxta ſequentes regulas iudicetur de exercitio ſeu arte nati. Otioſi enim fiunt & deſides, quorum nativitates non incidunt in aliquam ſequentium regularum. 1 *Si* in conſideratione artis vel exercitij nati, vel unus trium ſignificatorum ☿ ♂ & ♀, vel etiam plures conſtituti reperiantur in locis Magiſterio aptis, 10, 1 vel 7, in eſſentialibus dignitatibus ſuis, extra combuſtionem & radios ☼, ille vel illi ſic poſiti, ſignificationem Magiſterii & artis obtinebunt. 2 *Si* nullus horũ ita conſtituatur, conſideretur an horum trium aliquis ſit dominus ſigni M.C. & in dignitate ſua conſtitutus: Peregrinus enim Planeta, aut in caſu vel detrimento exiſtens, ad hoc officium plane ineptus eſt. 3 Quod ſi iudicium profeſſionis iuxta duas præſcriptas regulas non proceſſerit, Luna conſideranda erit: Eius enim ad ſtellas figuratio, ut docet Ptol. Aph. 23. Centil. natum bene Reg. iud.

agilem

agilem facit. Quæ ſi potentes fuerint, effectivam, ſi imbecilles, inettem ad agendum commotionem indicant. Hinc ille Planetarum accipiendus erit, qui Lunam partiliter aſpexerit: Et ſi plures aſpiciunt, præfertur ex his felicior & partilior aſpectus; Item ſiniſter dextro. 4 Si nec hoc ſucceſſerit, videatur, quem Luna orbis ſui medietate, aut fortiori, aut meliori radio aſpexerit. Is enim dominus erit opificii, ſi non fuerit à maleficis infectus. Si plures aſpiciat Luna orbis ſui medietate, præfertur is, quē partiliori radio irradiaverit. 5 Si & hic fruſtra quæritur, eccipiatur ille, qui Solem motu primi mobilis antecedens, ex eius radiis exit, quem Ptol. cap. 4 lib. 4 quad. & Card. maximæ autoritatis cenſent. Ita n. Card. 6 Aph. 28 monet: *In exercitio ſeu arte nati, Planetam, qui primo radios Solares orientalis exiſtens egreditur, conſiderabimus. Quod ſi cum hoc alius in M.C. ſit & Lunam aſpiciat, illum aſſumemus ſocium.*

Quod ſi nullus iuxta cœli Cor ſit, dominum M.C. conſiderabimus, locaque in quibus ♂ eſt & ♀ ac ☿. Notandum v. natum illum cui plures Planetæ in nativitate ſic conſtituuntur, ut ipſi exercitium deſignent, varietatem ſtudiorum artium & opificiorum tractare, ex quibus tamen illa frequentiora & magis diuturna ſunt nato, quæ à fortiori Planeta ſignificantur. E contrario vero, qui iuxta propoſitas regulas, inprimis duas priores, dominum Profeſſionis in ſua geneſi non habet, is aut obſcuram artem, aut eam quoque negligenter tractat, quod & Ptol. innuere videtur citato antea loco in hunc fere modum loquens: *Cui nec in 10 domo Planeta Lunæ conciliatus, nec ante Solem mane primo apparens fuerit, ſed ex domino decimæ tantummodo opificium decernitur, is plerumq; naſcitur ocioſus.*

De qualit. artis quam nat. tract. Ac 1 de Planetis

II Quæſtio. Qualis ars ſit futura?

Qualitas artis ex his tribus præcipue circumſtantiis indicatur: 1 Ex natura & proprietate Planetæ opificium decernentis: 2 Ex ſigno quod is occupat. 3 Ex partili alterius Planetæ ad ſignificatorem artis aſpectu. Præter has tres circumſtantias ſolent conſiderari & aliæ, ut domus cœli, & ſignificatores extraordinarij, de quibus poſtea agemus.

R eg. Iud. Hinc primo, ſi ſignificator artis ſolitarius fuerit, dat artificium pro ſua natura aut Mercuriale, aut Venereum, aut Martiale. 2 Si vero fuerit cum alio artis ſignificatore forti, radio aut corpore partiliter iunctus, cum eodem communicat ſignificatum. Atque hoc pacto, ſi ☿ fuerit dominus artis in forti & bono radio ♂, relinquit ſuam artem Mercurius, & Martis, qui alias nihil ſignificabat, artem profitebitur. Eodem modo iudicandum eſt de aliis. 3 Planetæ reliqui, ſicut & ſigna & domus, augent & minuunt ſignificata. Nam ♃ prodeſt, ♄ obeſt, ☉ autoritatem apud magiſtratum, Luna apud plebem addit. Etſi vero ♃ dominus potius eſt religionis, orationis, & ſimplicitatis, ♄ dominus pigritiei, avaritiæ, ponderoſitatis miſeriæ, triſtitiæ, ut parum autoritatis habeant hi duo in decernendo opificio nati, quod notat Albubater cap. 90: ♃ tamen ſolitarius

rius dominus artis, facit ut natus diſciplinas diligat, 2 Aph. 65. Et ♄ cum valde diſpoſuerit artem vix evadet filius ne ſuccedat in arte aliqua agricolarum, nautarum, onera geſtantium veſpillonum & greges cuſtodientium, 6 Aph. 34. Vt vero accuratius iudicemus, ordine ſingulos ſignificatores cum per ſe, tum aliis commixtos conſiderabimus.

1. De Mercurio domino artis.

Mercurius dominus artis ſolitarius.

☿ ſignificat ſpiritum cerebri, & quæ eo geruntur. Ideo dat artificium, quod rationis potius induſtria & ſermonis opera, quam corporis viribus perficitur, iuxta illud: Conſilio pollet cui vim natura negavit. Huiuſmodi artificia ſunt literæ, numeri, ſcriptura, doctrina, eloquentia, Arithmetica, Aſtrologia, Philoſophia ſpeculativa, Mercatura, Poetica, artificioſorum fabricatura. Facit ergo Grammaticos, Archigrammatêos, Arithmeticos, Geometras, Philoſophos, vates, negotiatores, mercaturæ deditos, & diſciplinæ intentos, 6 Aph. 33. In his tamen omnibus ſi ☿ non foveatur radio aliquo Iovis, nullam fortunam natus habet, Haly part. 5 cap. 10.

De Mercurio aliis commixto.

Mercurius aliis commixtus.

1 ☿ cum Saturno corpore aut radio commixtus, *(quamvis radius benignus melior ſit: Corpus enim □ & ☍ radius linguam lædunt, & inimica ſunt ☿)* facit adminiſtratores ſerviles alienarum rerum, vel qui miſeram in templis, vel ratiocinando vel ſupplicando, ducunt vitam. Eidem vero cum teſtimonio ♂ commixtus, agricolas, nautas, paſtores, coriarios, ſutores, ſtatuarios, ſomniorum interpretes, incantatores, ſuperſtitioſos, moroſos, occultatores, Pont. cap. 3 lib. 7 de cœl. & Ptol. text. 15 lib. 4 quadr. 2 ☿ cum *Iove* corpore aut radio iunctus, oratores honoratos, in iudicando rectos, in reddendo iure iuſtos & circumſpectos, in coercendo moderatos, potentum amicos, Theologos, Iuriſconſultos, Rhetores, iudices, trapezitas efficit. 6 Aph. 33: 3 ☿ cum Sole ſi non ſit ℞ & ſimul combuſtus, ſed vel in Cazimi ☉, vel in aliqua dignitate, adiuvat converſationem cum Magiſtratu & viris potentibus, facit ſcribas, quæſtores, regiis publiciſque rationibus præfectos, Conſiliarios, Prætores, & opera aurea pulcra facientes. Quod ſi Martis acceſſerit teſtimonium, inclinat ad eadem quæ infra de Marte dicentur, & facit chymiſtas, adulterinæ monetę artifices, præſertim ſi ♄ quoq; miſceatur: 6 Aph. 37.

4 ☿ cum Luna aut eius radiis præſertim bonis auget ingenium, & facit ad divinandi artes propenſos, imprimis ſi ☽ ad ☿ vel radios eius acceſſerit, in ♉ ♋ ♑. *In* ♍ & ♒ facit Aſtrologos, faſcinatores, veneficos. In ♈ ♌ ♎ ſponte & ſine arte divinantes. In ♐ & ♓ Magos, aut ſpe aut ſimulatione: 6 Aph. 38. ☿ cum ♀ inclinat ad illa de quibus infra dicetur, maxime ad morum varietatem & eloquentiam.

2 De Venere.

Venus domina artis ſolitaria.

♀ ſignificat voluptatem, delectationem, mollitiem, ornatum, convivia, hoſpites, & quæ omnibus ſenſibus placent; Multũ vero opponitur diſciplinis & eruditioni, nec vincitur niſi à Saturno. Ideo eruditi vt plurimum ſunt malorum

morum: 4 *Aph*. 102. *Facit ergo ſola magiſterij dominium,nacta, Pharmacopolas, Aromatarios, Vnguentarios, Oenopolas, Caupones, Pictores, Veſtiarios, Gemmarios, Gynaceis deditos, Muſicos quoq; ſi a domino ſuo aſpiciatur, vel etiam ipſa domina M.C. conſtituta ſit in horoſcopo ſigno Iovis: In nocturna nativitate feliciter poſita,facit honoratos,& gratos, quibus ex actionibus magna facultates atq;opes,magna item gloria accedit*: *Pont.cap.* 2 *lib*. 7.

De Venere cum aliis commixta.

Ven᷒ aliis commixta. 1 ♀ cum Saturno feliciter poſita, facit mercatores rerum ad voluptatem facientium: vtroque vero vel altero male affecto facit ſcurras, deceptores,caupones, Magos, incantatores, contemtos pictores, quos Germani appellant *Leimlecker l* aut fuci artifices, 6 Aph. 31. 2 Cum Iove facit Athleticam & craſſam corporis conſtitutionem, honores & divitias cauſſa mulierum & religionis. Facit & Pyhſicos & Theologos. 3 Cum Sole, ſi combuſta eſt ♀, non ſignificat artem. At in corde ☉, largitur ingentes divitias: 3. Aphor. 49. ♀ quoque in Solis dignitate aliqua, addit arti excellentiam, famam & vtilitatem, facit & præfectos nomine fæminarum, aut hæc quæ ♀ ſignificat cum autoritate diſpenſantes: 4 ♀ cum ☿ in ♎ iuxta apicem ſextæ domus, Luna inſuper ad ⚹ aut △ radium Saturni applicante, facit textorem vilium pannorum varii coloris, qui & eoſdem lavat: 6 Aph. 32.

3 De Marte.

Mars dominus artis ſolitarius. *Mars ſignificat laborioſa, qua & robur magnum corporis & conatum requirunt. Ideo precipue manuaria officia regit, operoſa, & ſeorſim quæ ferro exercentur; Si acceſſerit Solis radius,etiam cum igne*: 6 *Aph*. 30. *In nocturna quoque genitura, qua præcipue gaudet, vel ſi alias ♂ fortis & fortunatus ſit, decernit militiam & gloriam, ac honorem ex rebus bellicis; Pont. cap.* 1 *lib*. 7 *de reb.cæl. Facit igitur optime conſtitutus, milites, equites, capitaneos, duces exercituum, & venatores: Mediocriter poſitus, pugiles, fabros ærarios, ferrarios, tormentarios, fuſores, cauteria exercentes, agricolas, Medicos Chirurgicos, lapicidas, architectos. Debilis, cocos, lignarios, coriarios, foſſores, piratas, latrones*.

De Marte cum aliis commixto.

Mars aliis commixtus. 1 Mars cum Saturno aut eius radio infelici, amittit ſignificationem Magiſterii prorſus, præſertim ſi ☿ aut ♀ fuerint melius collocati, & ipſe ♂ ſimul retrogradus fuerit, aut certe tollit ſignificationem militarem & Equeſtrem, quia ♄ frangit animum Martis, & facit timidiores. Hinc ſignificantur per talem conſtitutionem tantum foſſores, hortulani, baliſtarij, arcularii, & coriarii. In abiecto loco conſtituti denotant cerdones, calefactores, caminorum expurgatores, balneatores, molitores, cloacarum expurgatores, & meliuſcule poſiti. Chirurgos. 2 ♂ cum Iove feliciter poſitus, facit præfectos aulicos, & in militia maxime fortunatos. Infeliciter, milites gregarios, publicanos, ianitores, & caupones. 3 ♂ cum Sole minus dat quam ♃. Feliciter tamen poſitus

evehit

evehit ad magiſtratus. Infeliciter facit in igne operantes, aurifabros, & è terra aurum, argentum & alia precioſa metalla fodientes, monetarios, 4 ♂ cum Luna facit lanios: 6 Aphor. 38, & accedente teſtimonio Saturni foſſores, qui rivos ducunt, & piſcatores, magos, veneficos: 6 Aph. 39.

4 De Venere & Mercurio.

Venus & Mercurius domini artis.

☿ & ♀ aut coniuncti, aut ſe recipientes feliciter, ſi fuerint domini artis, decernunt artem ingenioſam, & faciunt loquacem, levem, lætum, vo uptuarium. Faciunt & Muſicos, præſertim in Venereo ſigno, Poetas, Oratores, ſaltatores, funambulatores pictores, qui etiam ex cera imagines faciant, & iocoſis ſermonibus & dicteriis laudem quærunt: ita tamen vt ſermo libidinis & turpitudinis aliquid ſapiat, niſi opituletur radius Iovis. Faciunt & pulcre ſcribere. Mercurii enim virtus eſt ſcribendi, & ♀ figurandi & pingendi, & habere manus ſubtilitatis & magiſterii. Atque hi ſignificatores plurimum concurrunt in ſtudioſorum, pædagogorum, ludimagiſtrorum & organiſtarum genituris.

Iidem cum ſocietate aliorum.

Venus & Mercurius aliis ſignificatorib. commixti.

1 Si vtrumque aut alterutrum ♄ aſpexerit, facit ex leviore ſeveriorem aliquanto. Quod ſi aſpectus non ſatis felix fuerit, facit muliebrium ornamentorum aut factores aut venditores. Saturnus enim vilitatis autor eſt. 2 Si Iupiter ſuo radio conſenſerit cum ♀ & ☿, facit pædagogos, maxime in 5, 11 & 3: Concionatores, Syndicos in 9: In 12 magis Cauſidicos, præfectos publicis muneribus aut plebi. Significat etiam quoddam imperium, cum opinione pietatis & eruditionis. In genere compoſitio ex Iove ♀ ☿ & ☊ ſuavitatem eloquii maximam affert. 3. Aphor. 125. Excellentibus Poetis plerumque Iovi ☊ ſimul iunctum eſt, inprimis ſi Mercurii aut ♀ teſtimonium acceſſerit; Card. Gen. 16. 3 Si ♂ feliciter ſuffragatur Veneri & Mercurio, facit Poetica & Medica ingenia. Bonus quoque cantor evadit, cui ☿ Retr. cum Venere in eodem ſigno copulatur: Almanſ. prope 28. 4 Si Sol faſtigio ſuo Mercurium & ♀ illuſtrat, facit artis & artificis claritatem, eumque magiſtratui commendat. 5 Si Luna aſpuletur Veneri & Mercurio, dat ingenium excellens, & ratiocinandi artes adiuvat, conciliat quoque plebis favorem.

V De Mercurio cum Marte.

Mercurius & Mars ſignificatores artis.

♂ & ☿ ſimul adepti imperium artis & recte diſpoſiti, faciunt acutiſſimos ingenio, iracundos, Medicos, Chirurgos, armorum & ſtatuarum opifices, pugiles, Chimiſtas, ſculptores: Interdum Notarios, Architectos & impreſſores librorum. 6 Aph. 36. Male poſiti, aleatores, falſarios, delatores, ſcortatores etiam.

Iidem cum ſocietate aliorum.

Iidem aliis ſignificatorib. mixti.

1 ♄ Mercurio & Marti aſſociatus, facit monetæ adulterinæ fabricatores, fures, latrones, ſicarios, venenorum opifices, falſarum aleatum autores, deceptores & ſycophantas: 6 Aph. 37. 2. Si ♃ pro Saturno aſpuletur,

 puletur,

pulerur, denotat induſtrios, agiles, vehementes, Iuriſconſultos, cauſidicos. Si radius Iovis malus ſit, faciet Thraſones, rabulas, avaros. 3 ☉ aut ☽ aſpicientes Mercurium cum Marte feliciter, augent felicitatem. *Infe*liciter, infelicitatem. ♂ quoque & ☿ cum Luna iuncti maleque diſpoſiti, latrones & fures faciunt. Quod ſi ♄ eos aſpexerit, & in loco ſeptimo fuerit, dabunt ob ſcelera pœnas. Sola etiam radiatio ♄ & ♂ mala ex angulo, hoc facere poteſt: 6 Aph. 118.

VI De Marte & Venere.

Mars & Venus ſignificatores artis.

Hæc conſtitutio miſcet Martialia Venereis, laborioſa iucundis, audaciam blanditijs. Facit cocos, farcinatores, ientaculorum conditores, Medicos etiam pręſtantes; ſi ♂ Veneri vel coniungatur, vel opponatur, vel etiam in mutua ſint receptione ex domicilio, veluti in ♈ ♉ ♎ & ♏: Item Chirurgos, tonſores, pharmacopolas, agricolas, hortulanos, tinctores, & qui metalla, argentum & aurum artificioſe fundunt: 6. Aph. 30. ♂ & ♀ non recte diſpoſiti, lenoniam ſignificant. Recte diſpoſiti, armorum lulus & pictarum veſtium fabricatores, Phrygios (qui acu pingunt) & ciniflones (h. e. paraſitos qui calamiſtros in cinere calefaciunt, quibus matronæ capillos criſpant) denotat: 6 Aph. 35. Quod ſi locum cum Marte commutaverit, adulterum facit, atque eo magis ſi illum aſpexerit, aut ſi cum regia de illius natura fuerit. 6 Aph. 119.

Cum ſocietate aliorum.

Iidem aliis ſignificatoribus mixti.

♂ & ♀ cum ſociete Saturni, facit qui mortuos curant concione, cantu, Epitaphio, ſepultura, quales ſunt veſpilones: Idem facit agricolas. Nec eſt hæc conſtitutio ſine libidine. 2 Cum *Iovis* ſuffragio facit religioſiſſimos, & iucundis rebus deditos, Eccleſiaſtici muneris, Epithalamia ſcribentes, diligentes patresfamilias, temerarios, ac voluptuarios cum periculo. 3 *I*upiter Mercurio & ☽ configuratus regulariter ad fora deducit, & actiones vtiles humanæ ſocietati præſtat. Ac tantum de natura Planetarum dixiſſe ſufficiat.

Secundo de natura ſignorum.

2 De natura ſignorum.

Mobilia.

In iudicio Magiſterii conſideranda quoq; ſunt ſigna, in quibus ſignificator artis reperitur. Nam 1 ſigna mobilia, vt ♈ ♋ ♎ & ♑ conducunt ad artes, quæ in ingenij contemplatione verſantur. Veluti ad Geometriam, Medicinam, interpretationes, agriculturam. Fixa tamen etiam eruditionem præſtant: Card. 2. *Aphor. 20, excepto* ♏: *2 Humana ſigna* ♊ ♍ ♎ *&* ♒, *ut humanos affectus ita artes homini proprias ſignificant, quæ ſunt liberales & quæ alias in vita maximum vſum habent, & cum autoritate docentur. 3 Aquea & terreſtria, vt* ♋ ♏, ♓, ♉ *&* ♑ *circa aquas & terram verſantur, circa [illegible], medicinam, naves, ſalſamenta, res funebres. 4 Quadrupeda, vt* ♈, ♌, ♐, *ſignificant mechanica, lanios, paſtores, ædificatores, coriarios, lanarios, lapidum artifices, metallorum foſſores. 6 Aph. 40.*

Fixa.

Humana.

Aquea.

Terreſtria.

Quadrupeda.

Albu-

Albubater cap. 90 ſic diſtribuit ſigna: *Ignea* ſignificant magiſteria ignea ferrariorũ, aurifabrorum, piſtorum, vitreariorum & ſimilium. *Terrea* ſignificant, quæ per terram vel ex terra fiunt; vt figulorum, murariorum, foſſorum, terræ quoque menſorum, inprimis ſi ☿ adſit. *Aerea* ſignificant cantores, iaculatores, aucupes, molitores vento. *Aquea* ſignificant piſcatores, lotrices, fullones. *Fera* ſignificant magiſteria ferarum circa Leones, vrſos, ſimias. *Humana* artes humaniores.

Albubat. doctrina.

Idem etiam in eodem capite ſignificata artis iuxta dominos ſigni hoc modo diſtribuit. Significator inquit artis in domo Saturni ſine aſpectu fortunati, ſignificat magiſterium malum, miſerum, vile. In domo Iovis fortunatus, bonum, ſplendidum & glorioſum. In domo ♂ fortunatus, cum ingenio & artificio, in quo gaudium & lætitia adhæret. In domo ☉ fortunatus, magiſterium in rebus dominorum ac principum cum honore portendit. In domo ☽ magiſterium extraneum, quod homo aſtutia & ingenio ſuo faciet.

Obſeruandum autem eſt in ſpecie, ex lectione autorum & propria experientia, quid ſignificatores in ſingulis ſignis pro conditione regionis & familiarum effecerint, conferendumq; ad ſequentes Aphoriſmos, 1 ♄ in ♉ natum ad terræ culturam inclinat: Albubat. cap. 108. 2 ♄ in ♑ Lunam in ♋ conſtitutam oppoſito radio feriens, mercatorem be barum notat: Idem cap. 107. 3 ♃ in ♋ remotus ab aſcendente, non vero impeditus ab aliquo, ſignificat natum rationabilem quidem, & in ſcientia valde peritum, ſed diligentem vitam ſolitariã, nec habentem laudem de ſcientia ſua. Herm. prop 52. Centil 4 ♃ in ♍ ☽ in ♓, Poetas facit, 3 Aph. 125. 5 ♂ in ♋ occidentalis, nec Saturnum Iovem ♀ aut ☉ aſpiciens, phlebotomatorem ſignificat. Sic ♂ in ♑ corruptorem hominum & amatorem effuſionis ſanguinis: Hermes 43 prop. Centil. 6 ♂ in ♋ facit eos qui volentibus ſanguinem detrahunt; In ♑ qui nolentibus; 2 Aph 57. 7 ♂ in ♈ ♌ vel ♐ venatores efficit: Idem ſignificat vbi fortis exiſtens dominum magiſterij aſpexerit: Cypr. Exempli loco nobis eſſe poſſunt Geneſes 1 Maximiliani I Imperatoris *qui habuit ♂ in ♌ in △ ☿ domini Cordis cœli. 2* Ioannis Georgii Electoris Brandeburgici *qui Martem habuit in ♐ horoſcopante ſigno & ⚹ ♀ conſtituta in M.C. in ſigno proprio ♎. Quomodum enim venationibus delectatus accepimus. 8 Illud quoq; animadvertere conveniet, quod ♂ in ♋ in 12, aliquam cum doctrina & eruditione ſignificationem habeat, inimicoſq; debilitet; Card genit. 3. 9 ☿ in domo ♂, naturam eius aſſumit, & ſi ei cadenti configuratus fuerit, erit natus amator venationis. Si vero ♂ non ceciderit, erit natus miles animoſus Hermes 64 prop. Cẽtil. 10 ☿ in ♐ in proprijs terminis ac in aſcendente motu velox, eloquentem & doctum ſignificat: Idem prop. 46 Centil.*

Aphoriſmi alii in iudicio magiſterii notandi.

Geneſ. Maximiliani I Imperat. Ioannis Georgii Elect. Brandeburgici.

3 De domibus.

Tertio de domibus.

Videndũ quoq; eſt, in qua domo ſignificator artis ſit. Nam communiter, iuxta ſignificata domorũ in 3 & 9, inclinat magis ad religionem & peregrinationem. In 5 & 11, ad pædagogias: In 6 ad Medicinam In 10 ad gubernationem politicam. In 7 ad controverſias In 1 ad oſtentationem. In ſecunda ad lucrum.

Signif. Planet. artē ſignificant. domicil.

In ſpecie. 1 ♄ in aſcendente Martem in angulo occidentis conſtitutum aſpiciens, natum venatorem aut piſcatorem ſignificat: Albubat. cap. 102. Idem ſignificat ☽ cum ☿ in ſignis aqueis. 2 ☽ in aſcendente, divinandi cupidum & futurorum ſcientem facit, maxime in communibus & mobilibus ſignis, 3 Aph. 163. 3 ♀ in domo 4 infortunatus, ſignificat ſutorem. Albubat. cap. 92. 4 ♀ ☿ ♂ in 6 7 dant medicum. Sic qui habent Iovem in ſexta, fiunt plerumque medici, quia dat divitias ex valetudinariis.

4 De ſignificatorib. extraordinariis.

Quarto de ſignificatoribus extraordinariis.

Ubi res ſeria eſt, ſimul tota genitura conſideranda eſt. Sicut enim incivile eſt Iuriſconſ. pronunciare niſi inſpecta tota lege; ita temerarium eſt de arte & profeſſione nati iudicare, antequam omnes quæſtiones nativitatis examinatæ fuerint. Multa enim cum arte & profeſſione immediate copulata ſunt, ſine quibus ea exiſtere non poteſt, aut exiſtit infeliciter. De illis igitur pauca hic annotabimus.

Regul. obſeruatu digniſſimæ.

1 Qui iuventutem non attingit vita non profitebitur artem: 2 Qui ingenio caret, omnino aut ex parte non exercebit artem ingenioſam. 3 Qui divitias maximas corradet, exercebit feliciter artem lucroſam, mercaturam, praxim iuridicam, Medicam, &c. Ex honoratis familiis quoq; religioſa profeſſio dives eſt. 4 Theoricæ artes, ut ſunt Matheſis, Logica, Theologia, etiam artificum ingenioſa opera, ut pictorum, aurifabrorum & qui horologia artificioſe fabricant, plerunque habent comitem paupertatem; propterea quod ☿ reliquas conſtellationes vincat, & ♃ infeliciter ut plurimum poſitus ſit, quæ avocant ingenia a cura corporis, & corporalium rerum, & ſuæ arti tantum intentos faciunt. 5 Valde honorati & honoratis parentibus orti, raró ſolidè ſunt eruditi, ſed magis eloquentiæ, politicæ & iuriſprudentiæ ſtudent aut armis; nec tractant opificia ſordida. 6 Illuſtres genituræ pauperum, elevant eos de ſtercore divino dono. Et hoc plerumq; propter ſapientiam; ſicut Syracides inquit cap. 11. verſ. 1 Sapientia humilis viri, exaltat caput eius, & in medio magnatum conſidere eum facit. Talibus ergo excellens artificium eſt prædicendum, & ſi exiſtat ſignificator egregius, eruditio, aut ſapientia politica. 7 In nobilium & principum genituris, imbecillitas conſtellationis facit eruditionem: Excellentia ad honores magis & bella propendet. 8 Qui deſes eſt domi futurus, raro exercebit mercaturam fructuoſam, militiam, ſtudia. Peregrinationes enim & ſtudia ſemper coniunguntur. Et ideo quoque docti plerumq; ſunt peregrini.

De ſucceſſu artis.

III Quæſtio. Quo ſucceſſu artem ſit tractatutus?

In hac quæſtione explicanda reſpiciendum eſt ad ſignificatorem artis.

Nam 1 ſi is potens & fortunatus fuerit, facit celebres & felices artifices, intelligitur autem fortunatus 1 ratione eſſentialium dignitatum,

domus

domus præcipue & exaltationis. 2 liber à partili & platico radio malô maleficorum. 3 In angulis, præcipue in M. C. aut prima. 4 Orientalis à Sole

2 Significator vero infortunatus facit ignobiles & imperfectos in ſua arte. Eſt autem infortunatus 1 Occidentalis à Sole 2 Cadens ab angulis 3 à maleficis hoſtiliter læſus.

3 Si fortis per ſe fuerit ſignificator in eſſentialib. dignitatibus ſed tamen a maleficis læſus, fortunam cum adverſitatibus & difficultatibus multis notat. A Saturno propter res & perſonas Saturninas. Item deſperationem, imbecillitatem, timorem & ignaviam. A Marte propter temeritatē & infamiā vel manifeſtā violentiā aliquā, per ignem & incendium. 4 Quod ſi ambo malefici dominum magiſterii læſerint maxime & multiplices adverſitates ſignificantur, quas ſuperare propria diligentia & induſtria natus, vel vix vel prorſus non poteſt; Garc. cap. 27 lib. de iudi. genit. 5 Quod ſi etiā ſignificator artis omni ex parte fortunatus & felix fuerit, & inſuper Soli aut Iovi fixa aliqua illuſtris iungatur, ſignificatur natum tandem artem ob felicem ſucceſſum & opum abundantiam relicturum: Cadens vero à dignitate ſua vel etiam combuſtus ſignificator, aut ſolitarius, ☿ excepto, ſignificat arte cariturum natum, aut arte non uſurum quam didicit. 7 Quod ſi ſignificatore magiſterii combuſto vel Retrogrado, & in domo abiecta 6 vel 12 exiſtente, nullus quoque Planeta Lunam aſpiciat, erit natus mendicus.

Exemplū noſtrum primum.

In noſtro primo exemplo, *nullus quidem Planetarum in locis Magiſterio aptis conſtituitur. Aſt ♂ M C. dominus in nona domo & ſigno ♓ ſua triplicitate exiſtit. Unde aliquam ipſi ſignificationem attribuere poſſumus; Etſi vero ♃ ex imo cœli Lunam ſub Sole combuſtam in ſexta domo intuetur □ radio: tamen cum Planeta non ſit artificium ſignificans, & Martem inſuper ſignificatorem nullo radio aſpiciat; à ſignificatione merito excluditur. ♄ deniq; Martem intuens, eidem quoque ſignificationem adimere nititur. Hinc cum alias generoſæ familiæ artificia raro tractent, nato huic noſtro artem certam attribuere non poſſumus; niſi quod ♂ eum ad exercitia belli inclinet, in quibus etiā fortunatus fuiſſet, ſi iis ſedulo ſtuduiſſet. Martis quoque ad Venerem & Mercurium in ſexta domo conſtitutos radius ⚹, ad medicinam remque herbariam eum propenſum fecit, curamque ægrotorum iniecit, in quibus felices & proſperos eventus expertus eſt ob Martem fortem, in exaltatione Veneris, & domo Iovis conſtitutum, & felici radio ⚹ Venerem irradiantem:*

Exemplū alterum.

*In altero exemplo in quæſtione prima: An natus ſit tractaturus artem,
duæ quidem primæ regulæ locum non habent: Nam nec ☿ nec ♀ nec ♂ in locis
magiſterio aptis conſtituuntur, ſed 12 domum omnes occupant, nec ullus eorū
M.C. dominus exiſtit. At iuxta tertiam & quartam Regulas, non modo ♀ quæ,* 1
*partili □ Lunam in M. C. poſitam intuetur, ſed & ☿ primæ dominus, Lunam
△ felici irradians domini Magiſterii recte conſtituuntur; præſertim cum &
nullus maleficorum eoſdem inficiat. In altera vero quæſtione qua qualitas ar-* 2
tis determinanda eſt, principaliter ad Mercurium reſpicimus, quod is horoſcopi & Gen t. dom. ſit, fortis, liber à radiis ☉, & △ feliciori radio à Luna, quam

Venus,

Digitized by Google

Venus,quæ & combuſta eſt,ut non adeo partiliter,aſpiciatur.Venerem tamen in hoc iudicio merito coniungimus , quando & radio partili à Luna irradiatur, & motu primo Solem antecedit.Hinc nato ex natura ☿,qui in proprio domicilio ♊ Lunæ commiſcetur,nato ingenium præſtans, & artem quæ ratione & oratione non manibus adminiſtratur,merito adiudicamus;utpote Philoſophiam, Oratoriam, Poeticam, &c.cui ♀ in ♉, ſimiliter in propria domo, elegantiam , venuſtatem,& delectationem addi, quæ non ſub umbra hærere, ſed in publicũ prodire, aliis placere, & amice cum aliis converſari gaudet . Poſtremo maiori cum felicitate & ſucceſſu hæc ſua ſtudia tractaret , ob ſignificatores liberos à maleſic.radijs,& in proprijs domicil.conſtitutos; niſi ambo in cadenti,& quidẽ 12 domo laborũ,moleſtiar.& ærumnarum eſſent.Ad cõmunẽ tñ utilitatem oĩa nati ſtudia dirigunt radii Mercurii , & Veneris ad Lunã,in M.C. culminantẽ.

Cap. XX. De ſtatu , & honoribus nati .

Honor nati depẽdet à præcedentib. & ſubſeq.

H*Onorum & ſtatus ſignificatio,quia alia multa bona ſecum portat,& in iudiciis Genethlialogicis pulcerrima ac utiliſſima eſt, diligentem conſiderationem poſtulat . Conſtatur vero Card.6 Aph. 52 ex præcedentibus & ſubſequentib.* Præcedentia *ſunt familia,affines,parentes, lex,quæ transferri non ſinit,coniunctiones magnæ , & regnum .* Subſequentia, *divitiæ, mores, robur,amici ac cætera eiuſmodi.Ac ad regnum adipiſcendum ex tribus duo ſemper neceſſaria ſunt : Coniunctio familiæ cum ſucceſſione . Bonum aliquod ingens in genitura . Et eius convenientia cum regno, 6 Aph.22 .Facile igitur eſt intelligere,cur facilius & frequentius amittatur,ſucceſſione,quã propriis virib.partum,6 Aph.23 .Nos hoc in loco de trib.agemus.*

Quæſt. digñit. tres.

1 An natus honores conſecuturus ſit , an vero totam vitam ſuam in loco & conditione obſcura & neglecta ſit tranſacturus . 2 Qualitatem genus & originem ſeu cauſſam honorum conſiderabimus. Et 3 de duratione honorum dicemus. Num ſcilicet natus honorum ſtatum per totam vitam conſervaturus , an vero honores amiſſurus ſit , & propter quam cauſſam ? *Solent vero iuxta Cypr. & Garc. c.26 & alios, ad has quæſtiones decidendas hi quinq;præcipui ſignificatores adhiberi:1 Luminaria,præcipue ☉. 2 Planetæ luminarib. iuncti vel orbium ſuorum medietate aut aſpectu felici,luminaria,inprimis Solem circumdantes. 3 Dom.M.C. Medium enim cæli ordinarius eſt locus honorum. 4 Planetę in ipſo M.C.quotcunq; etiam fuerint.Fortius tamen ſignificatum eſt eius,qui cuſpidi fuerit propior. 5 Fixa regia primæ vel ſecundæ magnitudinis nõ procul ab Ecliptica,& in angulo vel 1 vel 10 domus ,aut cum ſignificatorib. reliq.Ut vero iudicium dextrum ſit,diligenter colligendæ ſunt,fortitudines & debilitates ſignificatorum, iuxta tabulam ſequentem .*

Ex quinq. ſignific. eruuntur & enodãtur .

Tab.fortitud. & debil ſignif. dignit. & honorum.

Significatores

Fortes ſunt		Debiles cenſentur	
I domo propria teſtimoniis	4	*Peregrini*	5
Exaltatione	5	*In detrimento*	5
Receptione ex domicilio	4	*Cadentes*	4
Receptione ex exaltatione	6		
Triplicitate	3		

Ter-

Termino	2		
Facie	1		
♃ vel ♀		Maleficus	
Fortes in decima vel prima	5	*In decima infelix*	5
Significator in 10 vel 1	5	*In octava*	4
In quarta vel ſeptima	4	*In 12*	5
Dominus decimæ in prima	2	*In 6*	4
Dominus primæ in 10	2	*Sine fixis*	3
Significator cum fixa	3	*Nulla fixa in angulis*	2
Fixa ſola in angulo fortunata	4		

Ac ubi iuxta hanc tabulam examinati fuerint ſignificatores, addendæ erunt fortitudines ſeorſim, & debilitates ſimiliter ſeorſim & iuxta vincentem numerum ad primam quæſtionem pronunciandum eſt. Teſtimoniorum collectio.

Regulæ generales ad primam quæſtionem pertinentes. Regulæ iudicii generales.

1 *S*i nulli fuerint dignitatis ſignificatores fortes, non dubium eſt fore hominem obſcuriſſimum, quales ſunt Carbonarii, aut qui in ſylvis & campis degunt, ruſtici, mancipia: Et tales nec artem aſſequuntur egregiam, nec opes. 2 Signific. vero fortes in eſſentialib. dignitatib. ſignific. offic. publ. amplas dignitates, autoritatē ſingularē in ſocietate civili, & favorem magiſtratus. Imprimis hæc ſignific. ſi fuerint in domo & exaltat. vel receptione ex domo & exaltat. In triplicitate vero terminis aut faciebus, faciunt mediocria omnia. Peregrini in detrimentis vel caſu, exiguas aut nullas dignitates pollicentur. 3 Significatores in angulis, quoque augent dignitates, præcipue in 10, poſt 7, tandem 1, poſtremo 4. Hunc enim ordinem domiciliorum ponit Card. 6. Aph. 50. In ſuccedentibus 2, 5 & 11. Item 3 & 9 promittunt mediocritatem. In 8 & cadentib. reliquis 6 & 12 nihil largiuntur. Quod ſi utrumque ſimul contingat, ut ſignificator ſit in proprio domicilio, & in angulo, duplicato teſtimonio effectus evidentior erit. Eodem modo accidere poteſt ut ſecundum utramque debilitatem infirmus atq; infortunatus ſit, ac tum geminum nullarum dignitatum teſtimonium exhibet. 4 Stellæ Bebeniæ ſeu fixæ regiæ, intra diſtantiam 5 gr. cum ſignificatoribus honorum, ſignificant maximos & ſplendidiſſimos honores. Haly part. 4 cap. 11 & Stad. cap. 9 tab. Berg. Numer. vero ſtellæ fixæ regiæ hæ: Regulus in 24 grad. 30 *l* ♌, Oculus ♉ in 4 grad. 30 *l* ♊. Hercules ſeu caput ♊ ſequens in 18 gr. ♋. Spica ♍ in 18 grad. 30 *l* ♎. Lucida lancis Auſtralis in 9 grad. 45 *l* ♏: Et cor ♏ in 4 grad. 30 *l* ♐. 5 Quibus culminant verticales ſtellæ, illos favore populari ad honores attollunt. 6 benefici in 10, decernunt eximias dignitates. Malefici præſertim afflicti, negant etiam mediocres. 7 Dominus primæ in 10, aut decimæ in prima, confert magnas dignitates. 8 Planetæ omnes ſupra terram, niſi fuerint inſigniter afflicti, in vita & factis omnibus mortalibus cognitum faciunt natum: 4 Aph. 145.

Regulæ ſpeciales.
1 De lumi-naribus.

Regulæ ſpeciales. *I De luminaribus.*

1 Vtrumq; luminare in eodem gradu ſuæ exaltationis liberum ab infortunis, facit Monarcham, cuius ſemen diutiſsime hæreditate obtinebit terras: Almanſor Aph. 71. 2 Luminare temporis, ☉ in diurna, Luna in nocturna genitura, in exaltatione ſua & medio cœli, ſi aſcendens ſignum regium fuerit, & dominus ſigni luminaris vel aſcendentis quoq; in aſcendente vel M.C. extiterit, deſignat nato regnum, ſi eſt regij ſtemmatis; vel ſi non eſt regij ſtemmatis, erit tamen ſimilis regi, vel dux & autor in conſilijs regum: Schon. cap. 10 lib. 1 ex Holy pa. 4 c. 11. 3 Si luminare temporis ☉ in diurna ☽ in nocturna natiuitate, in apice anguli fuerit cum regia ſtella, & ſuperiores Planetæ orientales ab eo fuerint, inferiores occidentales, natus etiamſi ſeruus fuerit, ad regiam dignitatem aſcendet: Atq; hoc magis fiet, ſi in ♈. ♌ & ♐ fuerint proxime in aereis: 6 Aph. 50. 4 Cum luminare temporis in anguli regiæ domus apice fuerit, a Planetis circumdatum vt oportet, natus erit regni adminiſtrator; 6 Aphor. 53. 5 Cum vero in anguli apice ſine Planetarum conſtitutione fuerit, erit natus aut inter primos apud regem abſq; adminiſtratione, aut cum adminiſtratione, proximus primis: 6 Aph. 54. 6 Quartus ſtatus eſt cum luminare temporis non in apice anguli fuerit, Planetæ tamen illud, vt oportet, circumdederint: aut ſi in apice anguli, luminare non temporis, ſine Planetarum aut etiam cum Planetarum teſtimonio, fuerit: 6 Aph. 55. 7 Quod ſi luminaria in angulis nec ipſa à Planetis circumdentur, erit ſtatus eius ſimilis parentibus: 6 Aph. 56. 8 At ſi ab Angulis cadant luminaria & Planetæ, erit miſer & deiectus, & forſan in villis & oppidis verſabitur: 6 Aphor. 57. 9 Quibus neutrum prorſus luminare in cardinibus neq; in maſculino ſigno reperitur, neq; ſtipantur à beneficis extreme abiecti & infelices naſcuntur: 6 Aph 58. 10 Cum domini loci ☉ & ☽ & aſcendentis fuerint à Sole Orientales ac potentes, natus ſeipſum euehet ad magnum ſtatum, modo Luna non obſtiterit: 5 Aph. 79.

II de Sole pro regijs geniturìs ex 19 cap. lib. de indic. Genit. Card.

De Sole in ſpecie pro regia dignitate.

Regiam dignitatem decernunt ſequentes conſtellationes: 1 ☉ *in corde cœli in ſigno igneo, & vel cum ♀ in ♐, exiſtentibus interim Ioue in ♌, & Marte in ♈: vel Sole cum ♀ in ♌, conſtitutis interim Ioue in ♐, & Marte in ♈ in iiſdem partibus. 2 Si Sol cum Venere vt prius diſponatur, Luna vero pro Ioue in eodem loco ♌ vel ♐ exiſtat: Venus enim in Cazimi ingentes largitur dignitates: 3 Aph 49 3 Aut Sole, Ioue & Marte ſic conſtitutis in ſignis igneis, ♀ aſpiciat Martem & Iouem □ radio ex eadem parte; inprimis ſi Sol aut Iupiter cum aliqua ex ſtellis Bebenijs ſeu regiis fixis exiſtat 4 Aut ſi ☉ in ♌ vel ♈, ♃ & ♂ in ♌, ♈, aut ♐ in iiſdem partibus, ſed non cum Sole fuerit. 5 ☉, ♂ & ♀ coniuncti in eadem parte, in Veneris dignitatibus in ♉ vel ♎, apud pleiades, vel alias inſigniores ſtellas, natum faciunt regem potentiſſimum, quem omnes ſponte audient, ſed malis quaſſabitur morbis: 5 Aph 94.*

III de

III de Sole quædam, quæ etiã promittunt regnum ſed minus.

Plura de Sole pro illuſtri dignitate.

Regias quoq; dignitates adferunt Cardano in 19 c. lib. de iud. gen. 1 ☉ ♃ & ☽ △ *partili ſe aſpicientes ex ijſdem partibus.* 2 ☉ *in medio cœli in* ♐, & ♃ *in* ♌ *vel* ♈, *cum* ♀ *ſeu regia fixa potente.* 3 ☉ *in* ♋, ☽ *in* [illegible], ♃ *in* [illegible] *vel* ♓. Minus adhuc pręſtant, ſed tamen illuſtrem dignitatem largiuntur: 1 ☉ *in ſuo trigono in corde cœli in aſpectu* ☽ 5 *Aph.* 78. *Maius quid pollicetur* ☉ *in ſigno igneo, & Luna in* ♉: *Almanſ. ſent.* 102. 2 ♃ ♀ & ☽ *coniuncti vel corpore, vel bono radio partiliter.* 3 ♃ & ♀ *feliciter coniuncti felicibus in locis, medio nempe cęli, uel prima domo.* 4 ♌ & ♃, *Item* ♌ & ☽ *in* ♈, ♌ ♐ ♋ ♓ *in corde cęli in eadem parte.*

4 Alia de Sole huc pertinentia.

1 *Quicunq; natus fuerit æquinoctij verni meridie, vel hoc ſolo magnus evadet:* 5 *Aph.* 10. 2 ☉ *in prima,* 10 *vel* 9, *natos iuſtos & in gloria ac dignitate perſeverantes ſignificat.* 3 *Cum* ☉ *in prima cum regia aut magna fixa de natura fortunæ in ſigno maſculino fuerit, &* ♃ *vel* ♀ *in* 2, *tum quando* ♀ *vel* ♃ *ad Solem directione, conſentiente Alfridaria, pervenerit: impoſſibile eſt natum non adipiſci magnam fortunam & dignitatem pro ſua conditione: Eadẽ hęc ſignificantur, ſi Sole eodem modo in* 10 *exiſtente* ♃ *aut* ♀ *in* 11 *loco fuerit; Card. c.* 19 *antea cit.* 4 *Quãdo* ♀ *in* 11. ☿ *in* 12, ☉ *in* 1, ♃ *in* 2, ♄ *in* 6, ☽ *in* 9 *domo fuerint, nato evenient tot tãtaq; bona, vt prodigioſa videatur eius vita,* 6 *Aph.* 149 5 ☉ *in* 10 *felix, magnam poteſtatem etiam in iuventute ſignificat.* 6 *Si* ☉ *vel* ♃ & ♂ *vel* ♄ *in trigono igneo fuerint, & in locis ſublimib. vel cum fixis mobilib. ſe aſpexerint, natus erit magni nominis ratione potentiæ, & ſi* ☉ *cum Iove &* ☿ *in aeris eodem modo, erit ratione induſtriæ:* 3 *Aph.* 135. 7 ☉ *in corde cœli peregrinus, in* □ ☽ *ex domo* 7, *deſignat natum maximum inter ſuos, qui tamen repente ſeu ſubitanea morte morietur:* 6 *Aph.* 138. 8 ☉ *in* 4, *gloriã perpetuam præſertim cum regia ſtella denotat.* 9 ☉ *in ſeptimæ cuſpide dignitatem affert Card. gen.* 68, & *poſt finem vitæ nominis claritatem.* 10 ☉ *in* 6 *honoribus adverſatur, n ſi ſit in* △ *cordis cœli.* 11 *Quando* ☉ *fuerit ab* 8 *domo ad* 6, & *tres ſuperiores Planetę à prima ad ſecundam, natus cum maximis impedimentis ſẽper aſcendet, eritq; in perpetuo fortunę augmento. Quod ſi v.* ☉ *in* 8 & *tres ſuperiores ſimiliter in* 8 *vel* 7 *fuerint, natus ab initio magnis felicitatib gaudẽs ſucceſſu temporis declinabit, donec miſer evadat:* 5 *Aph.* 107. 12 ☉ & ♃ *in* 2 *ſplendidum efficiunt:* 5 *Aph.* 24. 13 ☉ & ♄ *coniũcti in ſigno maſculino, in eadem parte, in corde cœli, natum faciunt maximæ autoritatis, maximiq; vigoris: Almanſ. ſent.* 138, & *Card.* 5 *Aph.* 95; 14 ☉ *in* ♎ & 7 *domo Saturno iũctus, negat honores Cadit enim ibi* ☉, *exaltatur* ♄ *vilitatis autor.* 15 ☉ & ☋ *iũcta, detrimenta in vita afferunt, & natum ab honoribus retrahunt, Card. genit.* 92.

V *De Luna.*

1 *Malam fortunam experiri nequit, cui Luna eſt in aſcendente: Card. in genit.* 7 *Caroli V Imperatoris.* 2 *Luna in horoſcopo per noctem, inventa in ſignis, in quibus gaudet, inprimis ſi plena fuerit, grandia fortunæ incrementa decernit, fratribuſq; præponit, ætate & merito: Iulius Maternus cap.* 15 *lib.* 3. 3 *Luna in prima Soli in* 7 *oppoſita, in Iovis* □, *ex quarta, potentiam & diuitias largitur*

Specialia de Luna.

ex magiſtratu, legationibus, &c. 4 ☽ in aſcendente, & Sol Veneri partiliter iunctus, Cardinalem efficiunt: Aph. 50 in genit. tertia Cardin. de Prato. 5 ☽ in quarta, hominis memoriam diuturnam, ſed variam ſignificat. 6 ☽ in ♉ in linea aſcendente, Sole verſante in ♌, dat magnos honores: Almanſ. ſent. 59. 7 Si Luna fuerit cum corde ♌, ♃ vero in decimo loco in △ Martis ac potens, ☉ cũ ♌, etiamſi filius ruſtici fuerit, exaltabitur: 3 Aph. 89. 8 ☽ oppoſita Soli in nocturna genitura, clarum facit: Tum enim ☽ ſupra horizõtem eſt, & radios ſuos ſpargit efficaciſſime ſupra terram. 9 ☽ cum Iove in ♋ in M. C. vel aſcendente conſtituta, natum bonæ fortunæ, & gratię apud regem deſignat in quo rex fiduciã ſuam ponit: Albub. c. 130. 10 Famoſi ſeu clari viri ſunt, in quorũ genituris Luna multorum Planetarum radiis illuſtratur, aut etiam fixæ potenti regiæ iũgitur: 5 Aph. 17. 11 ☽ ♃ & ♀ coniuncti in cęli corde, gratijs ornant hominem. 12 Cum ☽ & dominus aſcendentis ad abſidem Eccentrici aſcendunt, nec cadunt caſu aliquo, & fortunæ ſe invicem aſpiciunt, natus inclyti exiſtit nominis, 5 Aph. 72. 13 Luna poſt ſeparationem à ſua coniunctione, alicui Planetæ in exaltatione vel M. C. exiſtenti applicans, regnum denotat. 14 Qui genituram pro divitiis & honoribus habent infelicem, Lunam vero cum præclara fixa, is vt aliquando inſperato fit potens, ita viciſſim efficitur miſer. 15 ☽ in ♒ vel ♓ minime gratum facit principibus: 5 Aph. 57.

De medio cœli. Regulæ.

VI De medio cœli.

1 Quando M.C. fuerit in poteſtate infortunarum, ſic vt illi dominentur, natus mediocrem ſed perpetuam habebit exaltationem. Si in poteſtate fuerit fortunarum, exaltabitur quidem multũ, ſed cadet aliquando: 5 Aph. 106. 2 Gradus M.C. ſi fuerit vel Solis vel Iovis exaltatio, nati nomen expandetur per vniverſum orbem: Schon. c. 10 lib. 1. 3 ♄ de die in 10 domo, & ☉ in horoſcopo conſtitutus, facit natos duces, præfectos, prætores, & habentes aliquas dignitates in ſua civitate, ſecundum conditionem nati: hocq; inprimis ſi ♂ ſe nulla radiatione coniunxerit. Sed per noctem in decima domo vel in alijs quibuſcunq; cardinib. invẽtus, mala maxima decernit, præſertim ſi & in malignæ ſtellæ vel ſigno vel loco vel finib. reperiatur. Et ſi ſic poſitus cum Luna deficiente in ſigno fœminino fuerit paupertatis onere adeo conficictur, vt & quotidianæ vitæ alimenta vix habeat. Cum Luna vero lumine creſcente exiſtẽs, decernit nato inæqualitatem vitæ, vt non ſit in eo qui ſic Saturnum habuerit vnius vitæ ſimilis curſus, ſed ſemper mutabili diverſitate ſe convertat: Iulius Mater. c. 3. l. 3. 4 ♃ in 10 domo per diem inventus publicorum negotiorum facit principes decuriones & quibus à populo maximi honores conferuntur, claros etiam, qui oſtentationis cauſſa ſe exerunt, & in vita luxum adhibent, inprimis ſi nulla malevola ſtella ei reſtiterit. At ſi malevola ſtella Iovem in 10 impugnaverit, amittet in vita poſteriore, vel etiam evertet, quicquid in prima ætate dignitatis honoris, & divitiarum habuerit, niſi ex ſeptima domo benevolæ alicuius ſtellæ omine muniatur: Idem c. 4 lib. 3. 5 ♂ in 10 domo per noctem in maſculino ſigno, & vel domo propria, vel Iovis facit periculoſos & vario genere ſæpe deceptos, ſed nihilominus præſides, duces, vitæ neciſque dominos, tribunoſque in provincijs & civitatibus terribiles. In eadem vero conſtitutione Luna coniunctus, Iove alium

Digitized by Google

lium genituræ cardinem poſsidente, potentes duces, ac orbis dominos efficit, Quod ſi ſic conſtitutum Iovis deſtituerit ſtella, nec ipſi aliqua radiatione ſe coniunxerit, faciet nihilominus armatos, tribunos, præpoſitos, habentes in minori dignitate nihilominus gladii & vitę ac necis poteſtatem. De die in fœminino ſigno inefficaces homines facit, quibus in omnibus actibus varia impedimenta, damna, & amiſſio patrimoaij obveniunt: Facit quoq; præſcriptiones & condemnationes. Idem cap. 5 lib. 3. 6 Sol in 10 domo, vel exaltatione propria, vel domo ♃, facit reges, quibus à patre imperium traditur, vel duces, quibus hoc honoris ſimili modo paternis tractatis honoribus confertur, vel etiam adminiſtratores, Conſules, proconſules, quibus hi honores ex merito deferuntur. Quod ſi Sole ſic poſito ♂ alium genituræ poſſederit cardinem, regna, ducatus, adminiſtrationes, conſulatus, per pericula, pugnas, ac per invidiam conſequentur. Imo ſi ♂ in occaſu Lunā in horoſcopo poſitam intueatur, facit eum qui ſic natus fuerit, ſive rex, ſive dux Conſul aut adminiſtrator fuerit, exulem & captivū: Idem c 6. l. 3. 7 ♀ in 10 facit claros & coronatos, & quib. grandis gloria & fortuna maxima confertur: Saturno vero uel Marte ſeſe coniungente, facit infames: Idem c. 7 l 3. 8 ☿ in 10 matutinus, admirabiles & magnos in actibus ſuis reddit. Ac ſi ita conſtitutum, vel ♀ ⚹ vel ♃ ⚹ aut △ aſpexerit, erunt magni, potētes, maximarum civitatū vel imperatorum negotia tractantes, fideles, benevoli, ſapiētes, & graves. Si vero ♂ □ vel diametro Mercuriū ita conſtitutū petierit, promotiones venientes vario offenſarū genere à talib. repellentur, eruntq; frequēter exules, vel alicuius damnationis onera ſuſtinentes. Veſpertin. v. ☿ peregrinationes & aſſiduas locorū cōmutationes ſignificat: Idem l. 3 c. 8. 9 Luna in 10 per noctē inventa in ſignis, quibus gaudet vel exaltatur, creſcens lumine, ſi eam ♃ opportunis radiat on b. protexerit: Imperatores maximos facit, aut potentes adminiſtratores, quibus vitę & necis poteſtas facili ratione creditur, & dat ordinarios conſulatus. Si v. partem M.C. proxime præcedat aut ſequatur, duces, tribunos, adminiſtratoreſq; perficit. Idem c. 15 l. 3. 10 Quod ſi dominus M.C. applicaverit domino aſcendentis, ut ambo ſint in exaltutionib. ſuis Orientales, erit natus magnus & honoratus in regno, & regibus carus. 11 Si dominus M C. fuerit ſeparatus à domino primæ, natus erit cum regibus infortunatus: Schon. cap. 10 lib. 1.

VII De aſcendente.

De aſcendente Regulæ.

1 *Coniunctio Planetarum in prima dat ſapientiam, in M.C. regnum, in 7 famoſum obitum, aut laudabiles calamitates, in 4 gloriam poſt mortem: 5 Aph. 39. 2 Dominus aſcendentis ſi fuerit in aſcendente, natus erit honoratus inter gentes, & progeniem ſuam, Abenragel par. 4 c. 9. 3 Dominus aſcendentis ſi applicuerit Planetæ exiſtenti in exaltatione ſua, & fuerit in angulo, ipſe per ſe ad nobilitatem perveniet. Si vero fuerit in ſuccedenti, erit ſtatus eius minor. Idem ibidem. 4 Cum dominus aſcendentis aſpexerit Solem benigno aſpectu, vel fuerit Orientalis, proximus Soli, vel iunctus domino cordis cœli, natus à regibus diligetur. Cauſſam autem habebis ex natura domini aſcendentis ipſius, ac illius loco: 5 Aph. 90. 5 ♂ Dominus aſcendentis, ſi fuerit in corde cœli, natus habebit potentiam crudelem, quia male vivetur: 4. Aph. 99.*

VIII De

Digitized by Google

De ſtellis fixis Reg.

VIII De ſtellis fixis.

1 Stellæ fixæ dant dona grandia, & ex paupertate elevant ad ſublimitatem, quod non faciunt Planetæ ſeptem. Almanſ. prop. 27. 2 Stellæ fixæ in angulis admirabiles felicitates adferunt, quas tamen plerumq; calamitatibus inſigniunt, niſi & Planetæ ad felicitatem conveniant: Ptol. ſent. 29 Centil. 3 Lucidę fixæ largiuntur magnos honores: ut duæ Caniculæ, Sirius & Procyon, enaſcentem Solem circumſtantes, aut cum eodem culminantes, inſignes honores, regiam poteſtatem, & maximam autoritatem cum magno faſtu præſtant. Stad. cap. 9 tabul. Berg. & in Prognoſt. ex fixis, Ephemeridib. adiuncto: Unde & ſequentes Aph. deduximus. 4 Regulus, Arcturus, item dexter humerus Orionis, aut ſiniſter aurigæ cum Sole, Iove vel ☽ culminantes, amplam fortunam, facultatum acceſſionem, & dignitatis excellentiam ſignificant. 5 Pleiades & hyades culminantes vel exorientes cum Luna aut Sole faciunt duos militares, Imperatores, tribunos, & equitum magiſtros. 6 Caput Meduſæ culminans cum Sole, Iove, vel Luna, dat vitæ & necis poteſtatem in alios. 7 Oculus ♉ & cor ♏ cum Sole, aut ☽, ſimiliter culminantes vel aſcendentes, violentia & ferocia, ſed diſcriminibus plena, gradum & aditum ad honores ſibi aperiunt. 8 Spica ♍ magis ad Eccleſiaſticas dignitates prodeſt. 9 Ultima ♒ Fomahand, & vicinæ exorientes cum 12 grad. ♊, nominis immortalitatem præſtant. 10 Stellæ Saturninæ Solem ſtipantes, varijs miſerijs implicant, & gravius premunt. 11 Ioviales & Venereæ, Item Mercuriales & Venereæ in aſcendente, vel corde cœli, cum Sole aut Luna, dignitates & facultates accumulant: 4 Aph 120. 12 Stellæ de natura Mercurij ♂ & ☽ cum Sole, dignitatem & gloriam conferunt nato.

De qualit. honorum.

De ſecunda quæſtione, nempe de qualitate & origine venturarum dignitatum?

Iudicatur ea ex his duobus. 1 Ex natura Planetæ, qui inter ſtipatores luminarium potentior, atque ideo ſignificator honorum maxime principalis eſt, ſive is benignus, ſive malignus ſit. Deinde ex natura & ſignificatione domus, in qua ille verſatur.

Principalem autem ſignificatorem iuxta has 4 regulas conſtituimus:

Principal. ſignificat. quis.

1 *Si* aliquis Planeta vel corpore luminaribus coniungitur, vel etiam partili eadem inprimis Solem radio aſpicit; is principalis honorum ſignificator exiſtit. 2 *Si* plures Planetæ luminaribus iunguntur, cave quocunque ſive benigno ſive maligno aſpectu intuentur, principalis ſignificator is eſt, qui inter eos fortiſſimus exiſtit ratione dignitatum eſſentialium, & maxime partili radio alterutrum luminare intuetur. 3 Quando nullus Planeta luminaribus iungitur, vel eadem aſpicit: pro principali honorum ſignificatore Planeta in decima conſtitutus, aut ſi plures ibidem verſentur, fortior ex his aſſumitur, ac ſecundum eius naturam, qualitatem & cauſſam, venturæ dignitates diiudicantur. 4 Cum in 10 nullus conſti-

Digitized by Google

conſtituitur, dominus decimę domus ſignificator honorum conſtituitur, & ſecundum naturam eius & domus, in qua verſatur, de origine venturarum dignitatum iudicatur. Card. 6 Aph. 60 diſpoſitorem loci luminaris conditionarii, cauſſam potentiæ ac honoris oſtendere dicit. *Ipſa* enim luminaria per ſe conſiderari non ſolent.

Eruto iam iuxta harum regularum aliquam principali dignitatum ſignificatore: Primo conſideretur quales res & perſonas is per ſe ſignificet, & ab earum rerum & perſonarum proprietate coniectura de qualitate, cauſſis & origine honorum qui nato decernuntur, colligantur. Quales ſinguli Planetæ dign. nato conf.

Vt ſi ♄ principalis honorum ſignificator ſit: acquiret natus dignitatem per res & perſonas Saturninas, ut per ædificationem, culturam terræ, hæreditates, poſſeſſiones amplas bonorum immobilium, per felicitatem in cultu fodinarum metallicarum: Promovebitur quoque ad dignitates tales per homines ſenes, parcos, avaros, agricolas, ſolitarios, graves, &c. ♃ Principalis ſignificator, dignitates Eccleſiaſticas ut plur mũ confert per commendationes à claris viris factas, per beneficia, per virtutem, honeſtatem, probitatem, iuſtitiam gravitatem. Item per perſonas Ioviales, ut homines claros, nobiles, reges, regum miniſtros, autoritate valentes, qui promovere natum ſtudebunt ad officiorum publicorum adminiſtrationes, ex quibus ſplendorem & exiſtimationem acquiret. ♂ dignitates affert politicas, ex adminiſtratione alicuius officii in bene conſtituta Republica, vel alicuius regis, vel principis aula, aut propter res præclare in bellis geſtas, propter officium quoddam quod per ignem abſolvitur: Item per perſonas tales, capitaneos, duces exercituum, milites, aulicos. ♀ propter Muſicam, propter pręſtantiam in arte textoria, propter venuſtatem, urbanitatem, comitatem, per dotem, promotiones ab amicis factas nato dignitates cõciliat. Et per perſonas et ã tales, ut Muſicos, comites, mãſuetos, humanos, textores, ſculptores. ☿ principalis ſignificator, nato pollicetur honores propter ingenii dotes, propter excellentem doctrinam, prudentiam, cognitionem multarum rerũ. Item propter contractus, negotiationem, induſtriam, inventionem alicuius novæ artis: Item per perſonas ſimiles, homines doctos Philoſophos, ingenioſos, mercatores, &c. qui natum promovere ſtudebunt ad officia, ex quorum adminiſtratione autoritatem & exiſtimationem ſibi comparare poteſt.

♄

♃

♂

♀

☿

Deinde perpendatur, in qua cœli ſtatione ſeu domo principalis is honorum ſignificator hæreat, eiuſq; natura & ſignificatio diligenter cum natura ipſius Planetæ permiſceatur. Do. cœli cuiuſmodi dignit. ſignific.

Veluti cum in prima domo conſtituitur principalis ſignificator, natum honores conquiſiturum eſſe per propriam induſtriam, per ſedulitatem, & diligentiam in conficiendis officii ſui negotiis & actionibus oſtendit, præſertim ſi cuſpidem primæ teneant ♍ & ♓. In ſecunda propter divitias. In tertia cauſſa fratrum & conſanguineorum, qui eum ad dignitates & honores evehunt, & ſic de reliquis.

De

Digitized by Google

De tertia quæſtione: De duratione honorum.

De honorum duratione.

Hæc iudicatur ex natura & conſtitutione principalis ſignificatoris. Per regulas enim iam traditas; conſtituatur primo principalis honorum ſignificator, qui eſt Planeta, vel iunctus luminarium alteri imprimis Soli; vel partili etiam eadem radio feriens: vel ſi plures ſimul luminaria aſpiciant, horum potentiſſimus, vel ſi nullus ea aſpiciat, Planeta in M. C., ſeu domo 10 conſtitutus; Vel deniq; ſi in 10 nullus conſtituatur, dominus decimæ domus. Deinde diligenter ipſius natura conſideretur, utrum beneficus, maleficus vel mediocris ſit, & conſtitutio eius perpendatur, an fortis ſit in propoſito themate, an debilis.

Iudic. ea ex principalis ſignificatoris natura, & robore.

Reg. gen.

Primo enim beneficus ſignificator, ac fortis ratione eſſentialium dignitatum, ſtatum honorum non ſolum cum facilitate quadam per totam vitam nati duraturum eſſe, ſed ſubinde etiam accreturum indicat. Beneficus ratione eſſentialium dignitatum mediocriter affectus, duraturos quidem per totam nati vitam honores, ſed quadam cum difficultate denotat. Beneficus denique debilis, duraturas quidem dignitates, ſed abſque incremento & ad tempus ſignificat. Decreſcent enim paulatim & attenuabūtur; ſed ita tñ, ut nunquam in univerſū evaneſcāt. 2 Maleficus honorum ſignificator, ſi fortis fuerit & potens, ratione eſſentialium dignitatum, oſtēdit honores per totam nati vitam duraturos eſſe, ſed abſque incremento, & quidem cum variis difficulatibus, quæ periculum amiſſionis earum nonnunquam minitabuntur. Si verò mediocriter fuerit affectus, honores quidem durabunt, ſed cum aſſiduo eorundem decremento ac imminutione, nunquam tamen eoſdem penitus natus amittet. Si denique debilis fuerit maleficus, ſubitam honorum amiſſionem ſignificat. 3 Quando ☿ principalis honorum ſignificator exiſtit & feliciter ac bene conſtituitur, in principio honores cum inſigni felicitate durabunt, & incrementum etiam accipient: Circa finem vero vitę difficultates in his varię nato objicientur nūquam tamen prorſus evaneſcent Medio[c]iter conſtitutus ☿, ruinam quidem honorum ſtatui nati ſæpius minitabitur; attamen non cadent. Debilis ☿ ad tempus tantum duraturos honores cum exitu infelici oſtendit.

Sunt & hæc ſpecialia notanda.

Reg. ſpec.

1 Rex ille firmiter regnum adminiſtrabit, cuius genitura cum regni initio conſentit, 3 Aph. 119. 2 Quando ☉ fuerit in ♎ vel ♒ cum bonis & malis, vel ſolitarius cum fixa aliqua, conveneritque directio ☉ mala cum revolutione mala, natus decidet à perpetua dignitate prodigioſe. Si vero inciderit unum eorum tantum, id eſt vel directio vel revolutio tantum, decidet natus à dignitate quidem, ſed caſus ille non eſt durabilis: 3 Aphor. 54. 3 Cum ☽ fuerit in M.C. in ♑, & ♄ aut ♂ in imo natus erit infamis. Quod ſi ♂ fuerit in ♉, & ☽ in ♌ eodem modo, erit hoc deterius & firmius, & erunt toto tempore vitæ nati infortunia: 4 Aphoriſ. 5. 4 Fixæ in angulis, præcipuè hyades, Hercules, Cor ♌,

Lanx

Lanx Auſtralis,in malo aſpectu maleficatū,quos ex ſtercore extulerunt, tandem ex dignitate rurſus præcipitant:Stad.in tab.Berg.cap.8 & 9.

In noſtro primo exemplo *luminaria admodum languent,non modo propter ſitum in ſexta : verum etiam quia nullis eſſentialibus dignitatibus fulciuntur, præterquam quod ☉ in facie propria conſtituitur : qui tamen inde parum dignitatis nato conferre poteſt. Deinde ♃ luminaria □ quidem intuetur ſatis partiliter quia radius ille benignus non eſt,præferuntur ⚹ dexter ♄ & ⚹ ſiniſter Martis,vt illi platici ſint.Inprimis vero Martem,quia & M.C. dominus & Planetarum fortiſſimus eſt,& ſolus ſupra horizontem exiſtit dominum honorum facimus;qui & Martiales ipſi honores ſignificat. Quando vero obſcura dignitatum teſtimonia nato ideo adiudicantur, quod ♂ in nulla ſua dignitate eſſentiali quam triplicitate reperiatur,non eſt quod multum de vtriuſq;poſterioris quæſtionis determinatione laboremus.*

Exemplū noſtrum primum.

In altero vero exemplo 1 *luminaria hoc modo affecta ſunt, vt ambo nullas dignitates eſſentiales habeant, ſed peregrina ſint, Luna tamen in cuſpide M.C.& Sol in 12 domo:Deinde ♀ Soli coniuncta eſt,eandemq;Luna partili radio □ intuetur:ipſa tamen Luna platico △ Mercurium quoq; aſpicit. 3 Dominus M.C.eſt ♄ qui in vndecima domo quoq;dignitatibus eſſentialibus caret,& peregrinus eſt:Et ad extremum nulli alij Planetæ præter Lunam M.C.occupant. Etſi vero luminaria parum dignitatis nato largiuntur : Venus tamen in propria domo,triplicitate & fine ſua,ac Lunæ exaltatione Soli coniuncta Lunæ inſuper radio □ partili illuſtrata,nec non ☿ horoſcopi dominus Lunam ⚹ irradians, dignitatem quandam pollicentur,quam acquirit natus ob præcipuum ſignificatorem Mercurium,ratione ſtudiorum ex exercitiorum, de quibus in præcedenti cap.egimus;quæ cum induſtria, ſolerter, nec ſine venuſtate & iucunditate tractat,eamq;dignitatem aſſequitur per homines manſuetos,humanos,doctos,&c. Durabunt quoq;collati honores ad finem vſque vitæ, ob fortitudinem Mercurij & ♀,quanquam aliquid detrahere videatur poſitus ſignificatorum in 12 domo.*

Alterum exemplum

Caput XXI.

DE AMICIS.

IN *iudicio de Amicis,quos quis in vita habiturus eſt, reſpiciendum primo eſt ad domum vndecimam ; quæ amicitijs & familiaritatibus deputata eſt, eiuſque vel vnum vel duo ſigna in eam cadentia perpendenda ſunt. Secundo ad Planetas, qui vel in 11 domo ſunt, vel etiam domum illam quocunque radio aſpiciunt . Tertio ad Planetas in domo prima : Et quarto ad dominum 11,& reliquos Planetas cum domino illo exiſtentes,vel eundem radio aliquo intuentes.*

Significat. amicorum qui ſint.

a Haly part.5 c.13 Venerem,vt quæ læticiæ iucunditati & converſationi præeſt,& partem amicorū iungit, quę tam de die quam nocte ſumitur à Luna in Mercurium,& projicitur ab aſcendente,vt docet Sch.in doctrina proiectionis partium : Subtrahitur nempe Locus ☽ à loco Mercurij, &

Pars amicorū quomodo quęratur.

reſiduo additur aſcendens. *In primo exemplo ſubtracta ☽ in 28 grad. 32 l ♑ à Mercurio in 6 grad. 40 l eiuſdem ſigni, reſtant 11 ſign. 8 gr. 8 l: addito aſcendente 4 ſign. 3 gr. 6 l, evenit pars amicorum 3 ſign. 11 gr. 14 l. Cadit ſcil. in ♋ grad. 11, 14 l & domum 12. In altero exemplo ſubtracta Luna in 6 gr. 25 l ♒ à Mercurio in 0 grad. 14 l ♊ reſtant ſigna 3, 23 grad. 49 l: & adiecto aſendente cadit pars amicorum in ♎ grad. 4, 4 l. domum ſcil. quintam.*

Hinc enim ad quæſtiones ſubſequentes reſponderi poteſt. 1 An natus habiturus ſit amicos: 2 Quales & 3 quomodo erga natum affectos num fidos & conſtantes, num vero inconſtantes & fucatos.

An natus ſit habiturus amicos

De prima quæſtione; An natus ſit habituros amicos paucos, multos vel nullos?

Reg. gen. *In hac quæſtione decidenda, conſideranda eſt natura & fortitudo ſignificatorum in 11 & 1 domibus. Nam 1 benefici ut ♃ & ♀ bene affecti, ac fortes in locis dictis, ſignificant copiam bonorum & utiliũ amicorum. Idem decernit ☊ in ♊ ♓ ♋ ♉, ♎ & ♌. Debiles vero ſeu male affecti, mediocritatem, multos quidem ſed inæquales partim fidos ſeu ſinceros, partim infidos ſeu fucatus, alios utiles, alios inutiles ſignificant: Idẽ decernit ☊ in ♐ ♍, ♑, ♏, ♈ & ♒. Sunt qui beneficis debilibus ∴ iungunt. 2 Malefici ut ♄ & ♂ fortes & bene affecti, multos quidem amicos, ſed maiori ex parte ſuſpectos & fucatos ſignificant. Debiles, quibus & ☋ aſſimilatur, paucos & infidos amicos denotant. 3 Mediocres, ut ☉, ☽, ☿ & ∴: bene affecti multos mediocres dant amicos, fideles tamen magis: Male affecti paucos & infideles. 4 Si plures diverſæ naturæ ſignificatores in illis domicilius 11 & primo conſtituantur, mixturam & amicorum diverſitatem ſignificant, præferendum tamen eſt in multorum diverſo ſignificato, ſignificatum potentiſſimi. 5 Quodſi nullus Planeta in 11 vel 1 fuerit, conſideretur dominus 11, an beneficus, maleficus, fortis vel debilis ſit, & iuxta naturam eius ſimiliter ut dictum iudicetur.*

Reg. ſpec. His iungi poſſunt regulæ hæ ſpeciales 1 Amicis abundant, quibus fortunæ ſunt in 11, 5, 10, 7, 1 & 9 domo: Inimicis vero quibus in 12 domo, vel etiam in angulis ſunt infortunæ. Card. cap. 17 lib. de iud. genit. 2 Cui aſcendit ♋, is anxis quærit amicos: 2 Aphor. 92. 3 ☽ in ♒ & ♓ principibus facit ingratos: 5 Aphor. 57. 4 Si dominus 11 ſeparatus fuerit à domino aſcendentis, natus paucos habebit amicos, & abhorrebunt eum eius ſocii & amici, ipſeque eos: Haly part. 5 cap. 13. 5 Cum Dominus cordis cœli motu retrogrado ſeparatur a domino aſcendentis, princeps adverſatur natum; Quod ſi vero dominus aſcendentis regrediendo relinquat dominum cordis cœli, natus principem odio habebit: 5 Aph. 71. 6 Cum dom. cordis cœli retrocedendo applicat domin. aſcendentis, natus erit multum principi neceſſarius: 5 Aph. 84. 7 ♄ in 11 dat amicos infidos & ſegnes. 8 ♃ in 11, inimicorum frangit incommoda. 9 ♂ in 11. amicos promittit non omnino fidos. 10 ☉ in 11, amicos largitur fidos & vel potentes ipſos, vel potentibus viris notos. 11 ♀ iam cos

con-

conciliat mulierum cauſſa. 12 ☿ ſignificat amicorum copiam. 13 ☽ in 11, notum pluribus non amicum facit. Interdum quoque multos amicos ſed paucos fidos largitur. 14 Pars amicorum in bono ſtatu & fortunata, & dominus eius, ſimiliter & dominus aſcendentis, ſignificant natum in amicis felicitatem habiturum, maxime ſi angulares fuerint & in ſignis fixis: Schon. cap. 14 lib 1.

De ſecunda quæſtione: Quales natus ſit habiturus amicos?

De qualitate amicorum.

Hac quæſtio iudicatur ex qualitate ſeu natura Planetarum, qui ſunt in 11 aut prima, & ex domino vndecima.

Hinc ♄ ſignificat ſenes, agricolas, nautas, architectos, metallicos, lapicidas, ſordida opificia tractantes, ſutores, figulos, avaros, taciturnos, ſolitarios, fœneratores & ſervos. ♃ homines Eccleſiaſticos, prælatos, Iuriſperitos, nobiles, divites, potentes, provinciarum præfectos, dominia habentes. ♂ Capitaneos, homines militares, audaces, rixoſos, pugnaces, Chirurgos, fabros, Alchimiſtas, ſuperbos opifices in igne laborantes. ☉ Reges, Principes, Magnatum conſiliarios, autoritate præſtantes, Magiſtratum gerentes. ♀ Muſicos, Poetas, Pharmacopolas, amatores, luſores, vrbanos homines, lætos, effæminatos, pictores, textores, ſculptores, &c. ☿ ingenioſos, doctos, ſapientes, artifices præſtantes, Cancellarios, Mathematicos, Mercatores. ☽ Viduas, Matronas nobiles, legatos, nuncios, nautas, piſcatores, balneatores, homines inconſtantes, & novarum rerum cupidos, &c.

Iudicatur hæc ex natura ſignificaturum.

Haly part. 5 cap. 13 monet, quod optimus ſtatus in amicorum cauſſa ſit, ſi dominus aſcendētis receptus ſit à Dom. 11, eodem dom. 11 domus exiſtente fortuna, & in bono loco ab aſcendente, ſeu in bono ſtatu. Nam ſi ſic fuerit per receptionem, habebit amorem & convenientiam cum ſocijs & amicis, & vtilitatem ex ipſis & ipſi ex eo. Sed ſi Planeta non habuerit potentiam, nec fortunam, non poterit dare, nec vtilitatem aliquam inferre.

De tertia quæſtione: De conſtantia vel inconſtantia amicorum.

De conſtātia amicorum.

Iudicatur hac quæſtio ex his tribus 1 Ex ſigno 11 domus: 2 ex ſigni in quibus ſunt ſignificatores ipſi natura: 3 ex conſenſu dominorum 11 domus cum ipſa domo vndecima. Vt enim fixum ſignum fixas amicitias, mobile mobiles, commune medias denotat. Sic ſi dominus 11 non aſpexerit 11, nec ♀ dominum domus ſuæ, nec dominus partis amicorum ipſam partem vllo radio foverit, non habebit lætitiam cum amicis, ſed cupiet eſſe ſolus. Haly part. 5. cap. 13.

Huc referendæ ſunt quæſtiones quibus quæritur: Num Iuvenis cum puella ſit habiturus concors coniugium? Item de Principe, miniſtro, Col-

An inter duos poſſit eſſe conſēſus & amicitia.

Digitized by Google

lega, an inter ipſos ſit futurus conſenſus & amor? Ad harum quæſtionũ explicationem conferendæ ſunt genituræ utriuſq;,& videndum, num inter illos conſenſus vel diſſenſus ſit. Conſenſus n. in temperamento & moribus mutuam benevolentiam: Diſſenſus diſſidium & contentionẽ producit. Cumq; temperamentis, ingenio, & moribus præſit horoſcopus, & Planeta in horoſcopo conſtitutus: Idcirco in hoc iudicio aſpiciẽdi ſunt: 1 utriuſq; perſonæ horoſcopus: 2 Planetæ in horoſcopo: Et 3 domini utriuſq; horoſcopi; conſiderandaq; duorum horoſcoporum amicitia, an ſignum habeant idem, an Planetam recipiãt eundem, an amicum, an receptum ex dignitate, an bono radio connexum. Nam 1 unus & idẽ Planeta in utriuſq, horoſcopo, eoſdem mores & eundem amorem facit: Similitudo enim mater eſt amoris. 2 Si non eſt unus & idem, ſed unicuique particularis Planeta, vide an ſint amici vel inimici. Namq; ſi amici fuerint, amicitiam, benevolentiam & conſenſum ſi inimici, diſſidia, ab alienationem animorum, & odium ſignificant.

Planetæ qui inter ſe amici qui inimici ſint.

Sunt autem Saturno *amici* { ♃, ☉, ☽. *Hoſtes vero* } ♀ ♂ *&* { *Magis tñ* ♀ *quam* ♂

Nam licet ♀ *cum Saturno conveniat in frigiditate & conſenſu, quem habet in* ♎, *quæ eſt domus* ♀, *& exaltatio* ♄ *: Diſcordat tamen in moribus; cum* ♄ *ſit parens triſtitiæ, Venus mater lætitiæ.*

Iupiter *ſolum Martem hoſtem habet.*

Mars *ſolam Venerem amicam. Abhorret tamen ipſum* ♀, *propter contrarietatem naturæ, quæ eſt calida & ſicca, cum* ♀ *ſit frigida & humida. Malum vero & infortunium eius diminuit per manſuetudinem, & bona verba. Reliqui Planetæ omnes oderunt Martem, inprimis* ♃ *&* ☉.

Sol *ſolos Iovem & Venerem amicos habet: Reliquos omnes inimicos.*

Venus *ſolum Saturnum hoſtem habet: Reliquos amicos omnes.*

Mercurius *habet amicos* ♄ ♃ *&* ♀*: Reliquos inimicos.*

Luna *amicos habet* ♄ ♃ *&* ♀ *: Reliquos quoq; inimicos.*

☊ *amicos habet* ♃ *&* ♀. *vero amicos habet* ♄ *&* ♂.

3 Videatur Dominus horoſcopi, qui animos quoq; duorum inter ſe cõciliat his 4 conditionibus. 1 Quando idem eſt Planeta. 2 Quando ab altero receptus eſt ex domo vel exaltatione. 3 Quando coniunctus eſt domino horoſcopi alterius. 4 Quando in △ vel ✱ alterius exiſtit. Quorum vero nativitates non conveniunt ad harum regularum unam illi raro durabiles fovent amicitias. Poſſunt & hic obſervari regulæ, quas tradit Cardan. cap. 17 lib. de iud. genit. 1 Cũ in genitura duorum, loci fortunarum vel luminarum cum fortunis commutantur, ita ut unus Venerem habeat, ubi alter Lunam, tunc certa & fida eſt ſocietas. 2 Si vero ☉ ac Luna, vel ☿ ac ☽, vel ☉ ac ☿ vices commutent, minus integra erit benevolentia. 3 Si ♄ & ♃, vel ♀ & ♂ commutentur: erunt odia amicitiæ etiam mixta. Ac ♃ quidem cum Saturno mixtus mitigit

Regulæ Cardani.

quo-

quoſdam avaritiæ cauſſa. ♂ cum Venere, flagitii. 4 Si ☉ aut ♂, Soli Mercurio aut ☽ alterius genituræ opponantur, detrimenta alter alteri inferet. Deterior autem animo eſt, cui infortunæ dominantur. Ex æquo autem odium eſt, vbi ♄ Marti opponitur alterius genituræ. 5 Cum fortunarum loca invicem in diuerſis genituris ſunt oppoſita, pugnabunt mutuo lucro, vt advocati, Mercatores, & Medici. 6 Si infortunæ coierint in diverſis genituris, erunt amici ſibi invicem in malo opere, & vt plurimum infidi. 7 ☉ commutatio facit amicitiam propter honeſtatem, decorem & gloriam ♃ ob vtilitatem. ♀ ob voluptatem. ☽ ob naturę convenientiam: 3 Aph. 83. 8 Optima & firmiſſima inter duos amicitia eſt, ſi Sol ☽ ⁙ vel dominus aſcendentis vnius, ſit in eodem ſigno, in quo eſt in nativitate alterius. Et ſi accidat, vt horũ ſignificatorũ duo uel tres in ſignis conveniant, erit amor firmior: Haly part. 5 cap. 13.

Vter amicorum ſincerior.

Poſtremo cuius amor ſincerior ſit futurus, ex his tribus regulis cognoſcitur: 1 Is Magis amat, cuius dominus horoſcopi eſt benignus Planeta, aut etiam benignior Planeta in horoſcopo; vel cuius horoſcopi dominus ad alterius domini horoſcopi △ vel ⚹ ſiniſtrum habet. 2 Is magis odit, qui maligniorem habet horoſcopi dominum, aut Planetam in horoſcopo. 3 Nunquam conveniunt, in quorum figuris, quod horoſcopat vni ſignum alteri eſt vel in 12, vel 6, vel 8 domibus abiectis.

Exemplũ noſtrum primum.

In noſtro primo exemplo ♉ ſignum Venereum 11 domus cuſpidem, reliquum ♊ Mercuriale tenent. Etſi vero nullus Planetarum in 11 exiſtit, in eam tamen △ ſiniſter Iovis, & ☉ ac ☽ dexter, item □ Martis incidunt. Primam domum ♌ Solare ſignum occupat, & cadit pars amicorum in ♋ 12 domum Solis & ☽ oppoſitionem. Vnde nato varietatem quandam amicorum aſcribimus, præſertim cum ♀ & ☿ domini vndecimæ cum Sole domino aſcendentis in eodem ſint ſigno. Ex quibus omnibus Ioviales & Solares nato maxime favent, vt Iuriſconſulti, Principes, nobiles, homines Eccleſiaſtici autoritate præditi & in magiſtratu viventes. Rixoſi & audaces ob ♂ □ ad ſignum ♊ adverſantur nato, nec qui in familiaritatem admittuntur, fideles reperiuntur, quod idem de Chirurgis, Alchymiſtis, Medicis accipiendum, qui nato ob artificioſa quædam ſuccenſent, ſed Iovis fulcitur △, qui ex ♎ in ſignum ♊ cadens, Mercurialibus operibus favet. Venus quoq; domina 11, Poetarum, Pharmacopolarum, pictorum, ſculptorum & vrbanorum hominum, ac mulierum amicitiam excitat, cui tamen parum natus fidere poteſt, quod peregrina, in ſigno mobili, & domo ſexta ſit, vt cuſpidem 11 fixum eius ſignum ♉ teneat.

Exemplũ alterum.

In altero exẽp. cuſpidẽ quidẽ 11 domus ♑ Saturninũ ſignũ. Reliquũ vero iſtius dom⁹ non modo ♓ Ioviale ſignũ & exaltatio ♀, ſed & partem quãdã extremam ♈ occupat. Eſt deĩde ♄ corpore in 11, & habet in eãdẽ domũ, ♀ quidẽ et ☉ ⚹, ☿ □, & ♃ oppoſitum radium. Tertio prima domũ ♊ tenent Mercuriale ſignum in cuius initio ipſe ☿ exiſtit. Habet deniq; ♃ oppoſitum partilem ad Saturnum in 11 conſtitutum, & cadit pars amicorum in ♎ ſignum domum quintam. Vnde cum magna ſit varietas ſignificatorum, nato varietatem quoq; amicorum adiudicamus, ex quib. alii fideles alij infidel. ſunt. Etſi vero cõverſa-

tur

tur ratione Saturni cum ſenibus, agricolis, hominibus taciturnis, ſolitarijs & avaris; ratione Veneris cum Poetis, luſoribus & urbanis hominibus; ratione Iovis & ☉ cum Iur. ſp., Conſiliarijs, Eccleſiaſt. hominib., & magiſtratum gerentibus: ratione ♂ cum Capitaneis, Chirurgis, Medicis, &c. & deniq; ratione Mercurijs cum doctis, ſapientibus, & Mathematicis: tamen cum ♄ & ☿ maxime fortes ſint in genitura, principale ſignificatur ijſdem merito attribuitur, maximamq; vitæ partem in Mercurialium & Saturninorum amicitia tranſigit. Porro conſtantior amor à Mercurialibus exp̄ectatur, quod ☿ △ radijs ☽ & ♃ fulciatur, fortior ſit ac in prima domo, cum ♄ peregrinus, minusq; fortis ſit, & oppoſito Iovis affligatur, & alius in 11 infidos amicos denotet. Ambo tamen in communibus ſunt ſignis, & mediocritatem pollicentur.

Caput XXII.

DE INIMICIS.

Significatores inimicorum quatuor.

CVm de inimicis iudicium ferendum eſt, tum hi 4 potiſſimum ſignificatores conſiderandi ſunt. 1 Domus 12, eiuſq; dominus. Ea enim inimicos tectos & occultos ſignificat, hoc eſt, qui aperte quidem nato non adverſantur, ſed vultu, verbis, geſtibuſq; externis benevolentiam quandam præ ſe ferunt; clam tamen inſidias ſtruunt, natiq; commodis obſtant. 2 Domus ſeptima, eiuſq; dominus. Hæc enim, quia opponitur primæ, quæ vitam & ſtatum nati concernit, apertos inimicos, qui palam nato adverſantur, ſeq; eius inimicos eſſe manifeſte declarant, ſignificat. 3 Planeta vnus vel plures in 12 & 7 domo conſtituti: Et 4 Planetæ Solem & Lunam ☍ radio intuentes. His nonnulli non male Saturnum annumerant, vt qui odiorum inter homines præcipuus ſignificator eſt. Ex horum enim ſignificatorum conſideratione, ad has ſequentes quæſtiones reſpondetur.

An natus ſit habiturus inimicos.

I An natus ſit habiturus inimicos multos, paucos: vel nullos?

Deciditur hæc quæſtio ex multitudine vel paucitate Planetarum in his locis.

Nam 1 multi Planetæ in dictis duobus domicilijs poſiti, vel etiam luminaria oppoſito radio intuentes, multos adverſarios; pauci, paucos; & nulli nullos, ſignificant. Aequiparantur tamē ☊ & ☋ Planetis. 2 Quod ſi etiam nulli Planetæ in his duobus locis hæreant, & nulli luminaribus opponantur, iudicium ex domibus horum locorum ſumendum eſt, ac tum pauci inimici denotantur. 3 Almuten primæ in 12, aut 12 in prima: Item dominus ſeptimæ in 1, aut primæ in 7, multos inimicos ſignificant, etiamſi nec vlli Planetæ in 12 vel prima conſtituantur, nec vlli luminaribus opponantur. 4 Idem quoque Planeta dominus duodecimæ & primæ, auget inimicos. 5. Quod ſi dominus duodecimæ non aſpexerit dominum aſcendentis, ſignificatur paucitas inimicorum: Schon. cap. 14 lib. 1 & Haly part. 5 cap. 14.

II Quæ-

II Quæſt. cuiuſmodi inimicos natus ſit habiturus, num apertos vel occultos, & cuius ſtatus & conditionis?

Qualeſſint futuri inimici.

Cognoſcitur hoc 1 ex ipſa conditione domiciliorum. Duodecima enim domus occultos. Septima apertos inimicos exhibet. Sic Planetæ oppoſiti luminaribus præſertim Soli, apertos inimicos denotant: Et ♂ per ſe quoq; apertos: ♄ vero & ☿ occultos inimicos deſignant. 2 Ex Planetis qui vel in 12 vel 7 domibus conſtituuntur: ♄ enim in 12 domo vel Almuten eius, nato inimicos ſenes, invidos, viles de turba: ♃ ſapientes, Iuriſconſultos, nobiles & clericos: ♂ Capitaneos, milites. ☉ Magnates, parentes: ♀ muliebres, luſores: ☿ literatos, ſcribas: ☽ vulgares homines, &c decernit: Haly part. 5 cap. 14. 3 Ex ſitu Planetæ. Sequitur n ſignificatum Planetæ magis naturam eius domus, in qua eſt corpore, quam cuius eſt dominus. Hinc ſi accidat, vt vnus idemq; Planeta amicos & inimicos ſignificet: vt cum dominus 11 in 12 vel ſeptima domo conſtituitur corpore, tum ſignificantur amici nato magis infenſi, quam benevoli: E contrario v. ſi Planeta, qui corpore eſt in 11, dominus ſit 7 vel 12, ſignificantur inimici nato magis propenſi, quam adverſi. Dominus quoq; 7 vel 12 in prima, magis amicos quam inimicos, & dominus primæ in 7 vel 12, magis inimicos quam amicos ſignificat.

Cognoſcitur hoc ex natura domorum.

Et Planetarum.

Et ſitu eorundem.

III. Quæſtio: De viribus ſeu potentia inimicorum, an ea ſit futura nulla, magna, vel debilis?

De potentia inimicorum.

Ratiocinamur idipſum 1 Ex natura Planetarum, qui inimicos decernũt: Qui ſi benigni fuerint, inimicos ſignificant potentes; ſi maligni, viles & obſcuros 2 Ex loco figuræ cæleſtis, in quo conſtituuntur. Hinc ſi in angulis fuerint tam benigni quam maligni, ſignificant inimicos potentes: In ſuccedentibus mediocres: In cadentibus viles. 3 Ex fortitudine eorum ratione dignitatum eſſentialium. Hinc in dignitatibus eſſentialibus præcipuis conſtituti, vt domo & exaltatione, potentes inimicos: In triplicitate, terminis; & faciebus mediocres. Peregrini vero in detrimento, vel caſu, obſcuros & viles ſignificant.

IV Queſtio: De victoria, vtrum natus inimicos ſuos vincet, aut ab illis vincetur?

De victor.

Vincit natus inimicos ſuos, nec ab ipſis opprimi poteſt, quando ſignificatores hoc modo ponuntur, vt monſtrant ſequentes Regulæ ex Cypriano & Garcæo deſumtæ:

1 Dominus domus vel exaltationis ſeptimæ, ſi fuerit in 10 domo conſtitutus, vel dominus 10 in ſeptima: *Item* 12 in 10, aut decimæ in 12, modo non ſit in domo malefici, nato manifeſtam victoriam promittit. Decima enim, domus & domini eius victoriam ſignificant. Talis eſt Genitura

Regulæ Cypr.

Gene. Mauritii Elect. Saxoniæ. nitura *Mauritii Electoris Saxoniæ.* Nam ☽ domina exaltationis ♉, qui ſeptimam domum occupat, in 10 domo in ♍ cōſtituitur. 2 Dominus duodecimæ infirmus retrogradatione, caſu, detrimento, vel in ſexta conſtitutus, hoſtes infirmos ſignificat, Veluti in genitura *Maximiliani I Imperator.* Maximil. I Imperat. ☿ dominus 12 in ♈ eſſentiali dignitate Martis & exaltatione ☉, Soli platice coniunctus & retrogradus multas præclaras victorias ſignificavit. 3 Luminare conditionarium in eſſentiali dignitate ♂, & cu m-eo in ſignis permutatis h.e. receptis extra 8 tamen domum, manifeſtam victoriam decernit. Talis receptio Martis & ☉ eſt in genitura *Maximiliani primi.* Mars enim in ♌, ☉ in ♈ ſeſe △ partili intuentur. 4 ♂ fortiſſimus inter Planetas, circumdans alterum luminare, idem ſignificat. 5 Dominus etiam aſcendentis & eius adiutores, ſi fuerint firmi, natus felix erit, & victor inimicorum. Si vero domini 12 domus & 7 potentes fuerint, inimici nati confirmabuntur adverſus natum, & vincent eum: Haly part. 1 cap 14.

Schō. reg. *His regulis aggregentur alia ex Schon. cap. 14. lib. 1.*

1 ♄ aut ♂ in 12 domo fortes, denotant natum viſurum hoſtium interitum, ſed ſi ibi per debilitatem infortunantur, ſignificant contrarium, & membrorum debilitatem. 2 Alter ex maleficis in 12, alter in 6, ſignificant natum interfectum iri ab inimicis, aut etiam perpetua valetudine, aut carcere affligi. 3 ♃ vel ♀ domini 12, ſignificant inimicos nato nocere non poſſe, ſed evadet is feliciter. 4 Quibus aſcendunt ♊, ♐ vel ♒ illi ipſi irritant ſuos inimicos. 5 ♌ vel ♐ in 12, & Planeta in eadem infortunatus, ſignificat natum caſurum ab equo, vel beſtia, & ſic moriturum.

Cuius ſocietas fugienda. Coronidis quoq; loco hic notandum: 1 quod ſocietas illius fugienda ſit, cuius dom. aſcendentis eſt infortuna, cum nodo aut mala fixa, cuiuſq; genituræ cum tua non concors eſt. Nolens n. te offendet: 2 Aph. 146. 2 Quod ſi lumin. vnius Geneſeos, lumin. alterius ex □ vel ☍ affligant, inimici crudeles & perpetuo diſiuncti ſignific. Garc. c. 30. 3 Quod duorum

Vter hoſtiū vincat. Collatio Geneſium Caroli V Imperat. & Ioannis Friderici Electoris. hoſtium ille vincat, qui plures & evidentiores habet victoriæ & fortunæ ſignificatores. Garc. ibid. Caroli V Imperat. & Ioannis Friderici Electoris Saxoniæ genituras, quarum priorem ſequenti capite proponemus, poſteriorem vero pag. 609 habuimus, hoc modo confert. *In vtraque victoriæ ſunt teſtimonia ſatis quidem inſignia, at in illa manifeſtiora, in hac obſcuriora.* Nam 1 Carolus habuit Lunam luminare conditionarium, receptam à Marte, ex altitudine: Ioannes vero Fridericus dominum 12 domus in ſuo detrimento & domo ſeptima. Deinde felicior eſt conſtitutio Planetarum in genitura Caroli, quam in themate Electoris. Nam Carolus V habuit alterum luminare receptum ex altitudine, & Solem in ♓, beneficis Planetis coniunctum quorum vterque fuit in ſuis dignitatibus eſſentialibus, & in ſigno aqueo, quod ratione △ illius, qui tum viguit, efficaciſſimum fuit. Tertio habuit Elector tres ſuperiores Planetas in ſuis detrimentis, & Solem prorſus peregrinum, plurimoſque Planetas

netas in ſeptimam domum hoſtium apertorum incidentes. Vnde cum Geneſis Caroli V multo potentior ſit altera, facile victor extitit.

In noſtro primo exemplo, *ſignificatores inimicorum ſunt Luna duodecimæ domina, & ♄ ſeptimæ almuten. Sunt vero nulli Planetæ in 12 & 7, nec ulli luminaribus opponuntur. Duodecimæ quoq; domina ☽ Solem horoſcopi dominum non intuetur, ſed eidem coniuncta eſt: unde nato vel nulli vel pauci admodum inimici ſignificantur: Et ij quidem Lunares vel Saturnini, viles, nullius precij: quod Luna in detrimento, & ♄ peregrinus ſit in quinta ſuccedenti domo. Vnde cum inimici nati potentes non ſint, non opus eſſe indicamus de victoria etiam quidquam monere.* Exemplũ noſtrum primum.

In altero exemplo, *duodecimæ domus domini ſunt ♂ propter ♈, & ♀ propter ♉, quæ ambo ſigna duodecimam domum tenent, deinde ſeptimæ domus dominus eſt ♃. Etſi vero tertio & 4 nulli Planetæ luminaribus opponuntur, nec quiſquam in ſeptima reperitur; quatuor tamen duodecimam domum occupat, nempe ♂, ♀, ☉ & ☿. Eſt & Saturnus Iovi oppoſitus in 11; unde nato ſignificantur inimici occulti plures, qui aperte quidem nato ſeſe non opponunt; clam tamen ipſi inſidiantur, eiuſque commodis nocent, præſertim cum & ſeptimæ domus Iupter, Mercurium primæ, △ platico intueatur. Optimum vero eſt dominos duodecimæ ♂ & ♀ non aſpicere Mercurium dominum aſcendentis; augeretur aliâs in immenſum numerus, præſertim cum & ♂ & ♀ in proprijs domicilijs in 12 hæreant.* Exemplũ alterum.

Sunt vero inimici maxima ex parte Martiales, Venerei, pauci Solares & Ioviales. Ac Martiales quidem, qui vel arma vel ignem tractant, ut milites, fuſores, coqui, chymici, &c. in primis annis apertas oſtenderunt inimicitias, quas & nunc aliquando produnt, quandoquidem ♂ cuſpidi 12 viciniſſimus eſt. Venerei vero, ut mulieres, pictores, luſores, licet nato adverſentur & lædere tentent: infirmi tamen ſunt ob Venerem ſub radijs poſitam, ac qui ex illis vires quaſdam ex dignitate eſſentiali Veneris habent, illi aliquandiu quidem natum premunt, non tamen opprimunt, ob Mercurium primæ domini fortem & fortunatum. Solares & Ioviales, ut Magnates, Conſiliarij, Iuriſperiti, & Eccleſiaſticæ perſonæ, ſi quæ adverſantur, parum nato nocent, cum Sol & ♃ debiles & peregrini ſint, & ♃ etiam inſuper retrogradus. Præterea inimici Martiales aliquid potentiæ & dignitatis habent, quod ♂ inter Planetas poſt Mercurium fortiſſimus exiſtat. Minus dignitatis eſt in Venereis, quod ♀ ſub radijs lateat. Viles vero prorſus & nullius æſtimationis ſunt Ioviales & Solares, quod in themate maximæ debiles ſint ☉ & ♃. Poſtremo victoriæ certiſſima ſigna præbet ☿ primæ dominus, qui natum contra inimicorum inſultus poſt Deum adeo munit & tuetur, ut cum ad eum et luminaria nulli ſint hoſtiles radij, inimici ſuam acerbitatem effundere, natoq; inſultare minime valeant.

∴

Caput XXIII.

De captivitate & ærumnis nati.

Carceris iudicia inter alia Genethlialogica quæri ſolent, vt ſciatur: Vtrum natus carceres & vincula perpeſſurus, an vero liberam & tutam à carceribus vitam acturus ſit?

Qui enim ſapit ille animum fortunæ præparat omni,
Prævisſumque poteſt arte levare malum.


Significat. carcer. qui ſint. *Sunt autem ſignificatores carceris: 1 Luminaria ☉ & ☽. Licet enim per ſe non ſint ſignificatores carceris, tamen afflicta ab alijs, eos oſtendunt. 2 Malefici ♄ & ♂. 3 Domus 12 & 7, & Planetæ occupantes illas domos.*

Idem nobiſcum docet Card. cap. 21 ſuppl. Alman. ♄ inquit & domus 12, carceres, labores, & hoſtes occultos ſignificat. ♂ & 7 contentionem, rixas & hoſtes apertos. Et 6 Aph. 141 domum 12 & 4, & dominos earum, & Planetas in eis exiſtentes, pro carceribus conſidera, & ♄ proprius eorum eſt ſignificator.

1 Reg. de luminarib. *Nos vt de ſingulis ſignificatoribus ordine agamus, initio regulas trademº de luminaribus ex Cypriano & Garc. cap. 34.*

1 Luminare alterum in angulo aliquo à maleficorum altero ♄ vel ♂, coniunctione □ vel ☍ læſum, carcerem ſignificat; inprimis, ſi vel vtrumq; vel alterum luminare conſtituantur in domibus maleficorum, ♈, ♏, ♎, ♑, vel ♒, vel etiam in ſignis violentas ſtellas habentibus, vt ♉, ♊, & ♐, alter vero maleficus in domibus luminarium ♋ vel ♌. Cavendum tamen in hac regula, ne luminaria & malefici in ſuis principalibus dignitatibus reperiantur, neve ſint cum beneficis in ſignis permutatis. Hoc modo enim ſi ponantur, pericula tantum captivitatis minantur. Huius poſitus innumera ſunt exempla, etiam in genituris maximorum principum. *Maximiliano primo enim Imperatori,* Gen. Maximiliani I Imp. *☉ in angulo occidentis à □ Saturni ex imo cœli læſus, vtroq; luminari in domibus ♂, ac inſuper Marte in ♌ conſtituto, captivitatem ſignificavit, quæ ei recens ad imperium electo Brugis apud Belgas à ſuis ſubditis per ſeditionem contigit, anno Chriſti 1487 ætatis 28, quando horoſcopus ad oppoſitum Mercurij domini duodecimæ domus pervenit. Poſtea tamen liberatus eſt à patre Friderico Imperatore, auxilijs Imperij.* 2 *Luminare* alterutrum in 12, cum altero maleficorum coniunctum, ſi inſuper imbecille ſit, nec aliquam dignitatem habeat, carcerem ſignificat, vt ſi ☉ & ♂ ſint coniuncti in ♋, carceres denotant: quia ibi Sol non habet dignitatem. Luna vero & ♂ in ♋ carceres ſignificare non poſſunt, quod Luna in ♋ dignitatem domus habeat. Christier. Reg. Dan. *Ad hanc regulam pertinet genitura Chriſtierni Regis Daniæ, quam ſupra cap. 2 propoſuimus. Habuit enim Solem in ♋ Marti coniunctum in domo 12. Captus ergo eſt & regno exutus à Chriſtiano Principe Holſtatiæ & maritimis civitatibus Saxoniæ, & in carcere obijt anno ætatis 78.* 3 ♂ in 7 aut in domibus maleficorum aut luminarium, aut violentas ſtellas habentium, cuiuſmodi ſunt ♈ ♏ ♑ ♒ ♉ ♋ & ♌ altero luminari ſimul ab ipſo vel Saturno partiliter aut platice læſo, carcerem minatur.

Huc



Huc refer genituram Illuſtriſſ. Principis Alberti Marchionis Brandenburgici Caſimirij filii. ♂ enim in ♈ in ſeptima Soli platice iungitur ☍ ☽ in 8 ex quinta domo, ſiniſtro ⚹ ♄, qui æquiparatur quadrato in ſignis longarum deſcẽſionum, affligitur. Captus ergo eſt Anno Domini 1547 die 2 Martij à Ioanne Friderico Duce & Electore Saxoniæ ad Rochlitium [illegible]. Item Genit. Caſparis Peuceri ♂ [illegible] ♎ exaltatione ♄, & [illegible] ſuo ex 12 domo Solem in imo cæli in ♑ conſtitutum □ ſiniſtro, & Saturnum ex 5 Lunam Alberti Marchionis Brandẽburgici Caſimiri filii. Caſparis. Peuceri.

octava hærentem ſimili □ radio affligit: vnde per annos fere 12 in captivitate detentus eſt. ex qua tamen ope Illuſtriſs. Principis Anhaltini Ioachimi Erneſti liberatus eſt, innuente eam ipſam liberationem ⚹ ♀ partili ad Martem, & ☍ ♃ ad eundem in △ ♀.

4 ☉ & ☽ coniuncti in 8 domo in quovis ſigno, extra tamen ♋ & ♌, carcerem plerumque ſignificant, niſi inſigni aliqua fortunarum irradiatione fulciantur. In propriis etiam domiciliis coniuncta. & a maleficis læſa luminaria, idem minantur. *Hoc modo coniuncta fuerunt Illuſtriſs. Principi Guilhelmo Duci Iuliacenſi & Clevenſi luminaria in octava domo, in ♌ proprio domicilio ☉, feriente Marte luminaria □ radio ex ♏, & Saturno △ ex ♐. Captus ergo eſt Anno 1544 in bello a Carolo V, & erepta eſt ei Geldria.* 5 ☉ in 12, carcerem, triſticiam & inimicos ſignificat. 6 Luna domina aſcendentis in 12 peregrina, in △ ♄ ex octava, carceres minatur: Genit. 76 Card.

Guilhelmi ducis Iuliacenſis.

Poſtea de maleficis hæ obſerventur regulæ.

a Reg. de maleficis.

1 ♄ aut ♂ inter ſe coniuncti, vel □ aut ☍ radio ſeſe aſpicientes, extra domicilium, exaltationem, aut receptionem beneficorum, vel luminarium, ſi vterque aut alter ſit directus, & dominium ſibi vendicet in 7 vel 12 domo, carcerem minantur. 2 Idem minantur, ſi oppoſiti ex dignitatibus ſuis, vel in permutatis ſignis, alter eorum primam vel ſecundam, alter ſeptimam vel 8 domum occupet, altero dominante ſigno duodecimæ. 3 Infortunæ in ſublimi & cadentes, carceres & repentinam mortem, non tamen violentam ſignificant: Card. gen. 31. 4 Infortunæ in angulis, & ♂ præcipue in M.C. ſignificarunt *Cornelio Agrippæ* carcerem. Captus ergo fuit vt hæreticus, ob ☋ in aſcendente & manſit plus quam per annum in carceribus: Cardan. genit. 67. 5 ♄ in 12, carceres, hoſtes occultos & magna pericula ſignificat. Podagram quoq; minatur. Et in ſexta domo morbum perpetuum aut ſempiternos carceres: 5 Aphor 111. 6 Si ♄ aut ☿ in ſexto, 12, vel etiam 8 loco impediantur, natum carceri intrudunt. Quod ſi fixæ malæ cum his vel cum impedientibus Planetis fuerint, vel ☉ cum eis abſque fortunarum auxilio, natus morte mulctabitur: 4 Aph. 128. 7 Fieri etiam ſolet, vt ſi ☿ in 6 impediatur, natus in carcere moriatur. Sic ♄ in 12 carceres, & ſi ♀ in 8 fuerit, præcipitium minatur: Hermes prop. 95 Cent. 8 ♂ in 12, infamiam, infideles ſervos, & carceres ſignificat. 9 ♂ Veneri iunctus in 8, in ⚹ Saturni, ex domo 6, ad perpetuos carceres natum damnat: Card. gen. 81. 10 ♂ dominus 12 & ☿ infortunati in 7 vel 4, Et ♃ cum eis in eodem ſigno, & ſuo termino, ſignificat natum poſt miſerias & carceres fortunatum futurum: Albub. cap. 145. 11 ♂ in aſcendente infortunatus, & Lunam malo aſpectu aſpiciens, nato carceres ſignificat; Idem ibidem. 12 ♄ ♂ & ☿ in occidente combuſti, & dominus duodecimæ infortunatus malo eos aſpectu feriens, nato mala multa occaſione vxoris ac filiorum, imo & propter eos carceres ſignificat: Albub ibidem. 13 Cum ♀ domina ſextę exiſtens in duodecimo loco reperitur, & Marti retrogrado radio inimici copulatur, tum nato mala mul-

Cornelii Agrippæ geneſis.

la multa eveniunt,& occaſione mulierum incarceratur. Idem. 14 ♄ ☽ & ♂ coniuncti in domo quarta,aut unus reliquos malo aſpect ì lędens carceres & triſtitiam timoremq;ſignificat. 15 ♄ & ♂ coniuncti in uno ſigno in 12 infortunati,mala gravia & carceres ſignificant.

Tertio de domo 12 & 7.

3 Reg. de do no 12 & 7.

1 Dominus duodecimę in eſſentiali dignitate ♂,in 7 pàrtiliter damnatus à maleficis, captivitatem minatur. 2 Dominus 12 in detrimento vel caſu , damnatus à maleficis vel partiliter vel platice, carcerem portendit. 3 ☽ & ♄ infortunati & coniuncti,&☋ ex malo loco Marti duodecimæ domino, peregrino & retrogrado, in 6 domo alligati, mala multa & carcerem minantur: Albub. cap. 145. 4 Si dominus nonæ combuſtus fuerit in uno angulorum, ſignificabit natum capi in itinere; Albubater ibidem. 5 Dominus duodecimæ ſi fuerit junctus domino aſcendentis,& fuerint ambo in domo 4,aut 6,aut 8,aut 12,& fuerit dominus aſcendentis infortunatus, natus in carcerem coniicietur. Hiſpal c. 18. 6 Simili modo ſi dominus aſcendentis fuerit retrogradus,vel ſub luce ſeu radiis, & in angulo aliquo in aſpectu □ vel ☍ domini 12 domus, captivitatem portendit:Hiſpal.ibidem. 7 ☉ ♄ ♂ ☽ & ♀ in 12 coniuncti, carcerem ſignificaut,& tales plerumque ſunt furioſi. 8 ♃ ♄ & ♂ in uno ſigno in 12 coniuncti,& infortunati, mala gravia & carceres ſignificant. 9 ♀ domina 6 domus coniuncta Marti, & ♃ in 12, ſignificat natum cauſſa mulierum carceres paſſurum. 10 ☉ ♂ & ☿ in 7 coniuncti, ita ut ſint combuſti ♂ & ☿, & ſit dominus ſeptimæ in 12 infortunatus, malo aſpectu eos lædens,propter uxorem & liberos carceres minatur.

Quarto. De extraordinariis ſignificatoribus.

4 De extra ordinariis ſignif.reg.

1 Dominus genituræ ſub radiis ☉ in 10 domo,extra ☊ & ♈,ſignificat natum ſerviturum regibus,eoſq; natum in carceraturos:At ſi aſpexerit infortuna,etiam interfecturos: Albub.cap.145. 2 Dominus genituræ in 6 vel 12 ex ſtens,ſignificat natum ab inimicis captum iri. Idem. 3 Qui naſcuntur à 16 grad. ♎ ad 19 grad. ♐ noſtris in regionibus, illi ad carceres & vincula proni ſunt. Eſt enim Andromeda in occaſu; 5 Aph. 126. 4 Infelicem fortunam ſortiuntur, quibus pars cœli à 23 grad. in 27 ♉ oritur. Nam Delphinus cor cœli occupat 5 Aph.127.

Deinde quæritur etiam de qualitate & cauſſis carceris.

Qualit & cauſſæ carceris.

De ijs etſi nihil privatim dici poteſt,cum nimis ſuperſtitioſum ſit in eas accurate inquirere velle;ut plurimum tamen iudicatur,ex domorum,Planetarū, & ſignorum natura, in quibus ſunt ſignificatores carceris, imprimis ex ſignis & locis eorum, qui lædunt luminaria. Humana enim *ſigna ſignificant carceres propter latrocinia.* Martialia *propter violentiam,crudelitatem.* Saturnina *propter fraudem, vulpinam aſtutiam & dolos.* Mercurialia *propter ingenium & doctrinam.* Sic quantitas & duratio carceris *ex robore ac fortitudine maleſic. ſtellarum, duodecimam domum oppugnantiū indicatur. Si enim maleficæ fortes ſint,nec à beneficis illuſtrentur, diuturnos & longos carceres ſignificāt.*

Quantitas & duratio carceris.

Bre-

Breves, ſi radijs beneficorum felicibus mitigentur.

De ſecuritate à carceribus.

Tertio quæri etiam ſolet de ſecuritate à carcere.

Hæc iudicatur ex ſubſequentibus regulis:

1 Quorum nativitates non incidunt in has regulas, ſecuri ſunt a carcere. 2 Planetæ benefici in 12 corpore, aut felices eorum radii ſine malorum præſentia & aſpectu, ma'o idem denotant. 3 Dominus 12 fortis & fortunatus, & tam duodecimam quam primam amico radio colluſtrans, idem promitt t. 4 Prima quoque domus, dominus genituræ, & luminaria libera à malorum radio, ſecuritatem ſpondent.

Exemplũ noſtrum primum. In noſtro primo exemplo *luminaria quidem coniuncta ſunt, at non in octava, ſed ſexta domo: Sunt & luminaria libera à maleficorum radiis, nec quiſquam Planetarum in 12 vel 7 domibus reperitur: Nullus quoq; maleficorum eaſdem domos oppugnat: Vnde cum nulla regularum carceres denunciet, non eſt quoq; vt natus carceres metuat.*

Alterum exemplum. In poſteriore exemplo *eſt quidem ♂ dominus duodecimæ domus in ♈ exaltatione ☉, præſens in eadem 12, & ☉ quoque ibidem in ♉ exaltatione Lunæ: At luminaria ☉ & ☽ ſalva ſunt, nec à maleficis male afficiuntur. Eſt & ♃ præſes ſeptimæ ita diſpoſitus, vt in duodecimam domum, △ radium in ſeptimam quadratum radium brevium deſcēſionum, qui æquiparatur ✶, habeat. Hinc licet ♂ in 12 ſignificationem quandam habeat carcerum, & infidelis familiæ, ☉ quoq; in 12 triſtitiam & carceres afferat: tamen eoſdem ad effectum ideo non deduxit, quod nulla regularum principalium locum habeat, quodq; ☿ genituræ dominus fortis ſit & fortunatus, & luminaria prorſus libera à maleficorum radiis, quæ omnia ſecuritatem à carceribus præſtant.*

De ærumnis nati in genere.

Huc referenda ſunt quæ de ærumnis nati in genere tradi ſolent ab Aſtrologis:

Etſi enim quæſtio hæc ad locum de fortuna generali pertinent, de qua ſupra cap. 9 egimus: tamen cum ſæpe non ſignificetur carcer in ſpecie, ſed ex iis potius aut calamitates aliæ, quæ non exiguam cum carcere cognationem habēt, nonnulla de ea re annotabimus, quæ cum ſupra traditis collata, iudicium plenius informant. Petitur autem ſignificatum præcipue ex luminaribus, maleficis ac fixis de maleficarum natura.

Significatores ærumnarũ ſũt 1 Luminaria.

Regulæ de luminatibus: 1 *I*nfortuna *S*oli vel Lunæ infortunatæ iuncta in eodem gradu, nato etiam ſi rex fuerit magna inconvenientia minatur: 2 Aph. 32. 2 Sol cum ambabus infortunis in ♒, ſignificat nato multos violentos caſus in quibus periclitatur de vita, fortunis, & honore Gen. 96 Card. 3 *S*ol cum vertice ♌, vel cum alia ſtella Saturnina, vel ♄ cum ſpica & Boote, magna parit incommoda: Card. cap. 3 de iud Genit. 4 *L*una in 6 vel 7 domibus, ſemper graves affert calamitates, facit miſeros, calamitoſos, laborioſos, ſervile & infinitis vexat tum periculis tum incommodis. Idem cap. 1. 5 Luna in 12, triſtitiam, mœrorem & brevem

vem vitam minatur: Ibidem. 6 ☽ Soli coniuncta ſeu ſub radiis, generaliter infelicem exitum decernit: 3 Aph. 55. 7 ☽ in □ ☉, & Jupiter in oppoſito Saturni ſignificat ingentia pericula, & inimicos: Card. genit. 73. 8 ☽ Saturno in angulo iuncta, natum etiamſi rex fuerit, ad inopiam redigit: 6 Aph. 144. 9 ☽ pulſata radiis malefici in 7 domo cum regia ſtella, natus magnas patietur inſidias & damna: 3 Aph. 73. 10 Cui ☽ & ♃ valde infortunati fuerint, is etiamſi reliqua ad libitum aptentur, erit natus infeliciſſimus: 3 Aph. 11.

2 Malefici.

Regula de maleficis. 1 Cui infortunæ in apice ſeptimæ fuerit, is magnis afficietur calamitatibus: 1 Aph. 51. 2 Deteriora impedimenta accidunt, cui infortuna accidunt, cui infortuna eſt in aſcendente, & fortunæ in occidente, quam ſi contra fuerit: 3 Aph. 59. 3 Cum duæ infortunæ in gradu ſeu cuſpide quartæ fuerint, natus erit infortunatus, & valde miſer: Almanſor prop. 121. 4 Aſcendens ſignum mobile & duæ infortunæ in angulis, miſeram faciunt vitam nati. 5 ♄ & ♂ ſeſe aſpicientes infeliciter, luminaribus exiſtentibus in 6, 8, 12, natus ex morbo incurabili vitam miſeram ducet, & triſtis vivet: 6 Aph. 2. 6 ♂ coniunctus Saturno in eadem ſigniferi parte, affert vitæ magna infortunia: 2 Aph. 6. 7 Cum dominus 12 domus infortuna fuerit, & domino primæ ſuperior, natus alienis cum iactura inſerviet: 2 Aph. 99. 8 Cum Dominus 12 loci dominum primæ oppreſſerit, vir ille etſi egregius fuerit, tamen inimicorum potentum odio à multis impedietur: Sed hoc magis cũ conſtans Planeta fuerit, id eſt, ſtationarius & infortuna, nec aliquã in aſcendente vim habuerit: 3 Aph. 123. 9 Quando ♃ cum Marte, aut ♄ cum Venere, aut ☉ cum Luna, aut infortuna aliqua vel regia mala cum aliquo luminarium in eadem parte peregrini fuerint, ingens malum nato expecta: 6 Aph. 19. 10 Quod ſi etiam maxima pars Planetarum in genitura peregrini fuerint, ingens aliquod nato malum portenditur.

Spec. reg. de Saturno & Marte.

Specialia de Saturno & Marte. 1 ♄ *in M.C. ſemper obijcit hominem periculis.* 2 ♄ *in* 10 *aut prima, ærumnas & labores cumulat, & quanto apici propinquior eſt, eo gravius affligit: Card. c.* 1 *lib. de gen.* 3 ♄ *in occidente, omnia aut impedit, aut retardat:* 3 *Aph.* 58. 4 ♄ *in ſeptima in* ♈, *non parva pericula, plurimaſq; inimicorum inſidias* Eraſmo Roterodamo *ſignificavit, Card. gen.* 12. 5 ♄ *Genituræ dominus cũ Venere & ala Virginis in* 8, *plurima decrevit mala* Ludovici Sfortiæ, *quamvis in* ♎ *fuerit, Incongrua enim mixtio eſt Saturni &* ♀ *præſertim in octavo loco Card. gen.* 9. 6 ♄ *in arcu* ♐ *magna decernit infortunia, præſertim* ☽ *iunctus.* 7 ♄ *cum ſpica* ♍ *& Arcturo, magnum ſignificat infortunium reſpectu domus in qua eſt, ſi in prima in vita nati, in ſecunda in divitijs, &c. Card. cap.* 3 *lib. de iud. Genit.* 8 ♄ *cum ſpica* ♍, *mendicitatem ſignificat: Stad. cap.* 9 *tabu. Bergen.* 9 *Mars in aſcendente multis natum exponit periculis, & qui ex ictu ſignum in facie tandem contrahat: Cardan. cap.* 1 *de genit.* 10 *Mars in ſublimi poſitus in* ♌, *in* □ ☉, *cum aſello de naturo* ♂ *&* ☉, *multas ærumnas ſignificavit.* Vrbano Landriano *Genit.* 78 *Card.*

Geneſis Eraſmi Roterodami

Ludovici Sfortiæ.

Vrbani Lãdriani.

Ac aliis Planetis.

Specialia de reliquis Planetis. 1 *Planetæ omnes in* ♍, ♒ *&* ♑, *multa mala natum preſſura oſtendunt:* 2 *Aph.* 21. 2 ♀ *in* 10, *plerisq; miſeram ſenectam*

nectam ſignificat. 3 ♀ *non bene poſita in radiis* ♂, *ingentia incommòda ex amore decernit;5 Aph.*165. 4 ☿ *in 6, laborioſos & vilibus rebus incumbentes ſignificat. In 7 verò uxores vitiatas, & ex inimicorum aſtutia multa damna patientes deſignat: Card.cap.1 lib. de Genit.* 5 ☿ & ☽ *coniuncti in ſexta à* □ *Saturni ex medio cœli pulſati, ingentia & perpetua incommoda ſignificat: Card.genit.86.*

Regulæ de ſtellis fixis pericula ſignificantibus.

1 Cui aſcendit ♈, ei ſponte occaſiones triſtitiæ evenient; Cui ♉, ob inimicos labores, ſibi parabit ægritudinem: 2.Aph. 92. 2 Eſt etiam hæc natura ſignorum *Humana* ſignificant incommoda à latronibus: *Mobilia* inſidias & varia impedimenta. *Quadrupeda* animalium detrimenta, ♉ præcipitium. Hyades, Hercules, Cor ♌ Chelæ Auſtralis præcipuos angulos poſſidentes, pauperes natos extollunt egregie, ſed niſi à beneficis fulciantur, miſere tandem præcipitant. Stad.cap.9.tab.Berg.

Exemplũ noſtrum primum. In noſtro primo exẽplo, *nato infelicitas quędã decernitur, quod luminaria coniungantur, & quidem in domo ſexta, quod Planetæ 4 in ♑. ♄ in ♌, quodq; tres peregrini, nullus in propria domo exiſtat. Lenitur tamẽ malum, quod luminaria libera à maleficorum malis radijs, & malefici angulares domos non occupent.*

Exemplũ alterum. In poſteriore exemplo *luminaria liberæ ſunt à radiis malis maleficorum, nec infortunę angulos occupant, ſunt & tres Planetæ* ♂, ♀ & ☿ *in proprijs domiciliis: Vnde nato felicitas potius, quam infortunium promittitur: Cum vero illi ipſi cum Sole in 12 exiſtant domo; Luna quoque* □ *habeat ad Solem platicum, & 4 Planetæ* ♄ ♃ ☉ & ☽ *peregrini ſint, infortunia nonnulla natum premunt; præſertim cum &* ♀ *ſub radijs* ☉ *hæreat, &* ♃ ℞ *ſit, quæ ex directionibus, profectionibus, tranſitibus & revolutionibus cognoſcuntur.*

Caput XXIV.

De morte violenta.

Hæc doctrina quæ diligentes conſiderâda ſit. R*Eſtat nunc vltima iudicii Genethlialogici generalis pars, de morte, quæ ex domo octava, & Planetis tempore nativitatis eam occupantibus, ſumitur. Hæc vel ideo diligentius nobis enucleanda eſt, quod difficilimi ſed præcipui artificii ſit, diſerte ex nativitate pronunciare, naturali ne an violenta morte periturus ſit natus, quodq; violenta morte, præſertim quæ cum dedecore coniuncta eſt, nihil triſtius homini accidere poſſit. Vt ergo diſtincte omnia explicemus, primum de morte violenta dicemus, cuius ijdem ferme, qui carceris, ſignificatores ſunt. Carcer enim & violenta mors ſæpe concurrunt. Ac cum gravium ſcelerum indicia apparent, videndum an infortunæ validæ exiſtant. Nam ſi fuerint premantq; Solem vel Lunam, vel dominum aſcendentis, vel ſi dominus aſcendentis combuſtus ſit, aut hoſtis Soli, natus procul dubio pœnas publicas dabit: 6 Aph.*122.

Significat. mortis violentæ. *Ad iudicium verò hoc adhiberi ſolent, primo luminaria* ☉ & ☽. 2 *Malefici* ♄ & ♂, *eorumq; ſigna, quæ vocantur violenta, vt* ♈, ♏, ♑, ♒, ♎, *in*

quibus

quibus malefici vel domini ſunt, vel exaltationem habent: quanquam ♄ potentior ſit ad mortem, ♂ ad genus violentæ mortis: 3 Aphoriſ. 94.
3 Domus octava, eiuſque dominus. 4 Dominus horoſcopi; Et 5 ſtellæ fixæ de natura maleficorum ♄ & ♂, quarum præcipuæ ſunt: 1 Meduſæ caput, quod & caput Algol dicitur, de natura ♄ in 21 grad. ♉. 2 Oculus ♉ de natura ♂ in 4 grad. ♊. 3 Hercules de natura ♂ in 18 grad. ♋. 4 Dexter humerus Orionis Martialis in 23 grad. 30 l ♊. 5 Cor ♏ in 4 grad ♐. Et 6 chela Auſtralis Martialis in 9 grad. 30 l ♏. De quibus omnibus ſigillatim agemus.


De luminaribus hi notentur Aphoriſmi ex Cypriano & Garcæo. De lumin.

1 Vtrumque luminare in ſignis violentis diverſis non contiguis, mortem violentã portendit. Non valet ergo, ſi *Luna* ſit in ♎, & ☉ in ♏. Nec ſi *Luna* in ♒, & ☉ in ♑ ſit. Sunt enim ſigna contigua: Sed valet ſi ☽ ♈ & ☉ in ♎, vel ☽ in ♏ ☉ in ♑ aut contra exiſtat.

Exemplum habemus in Hieronymi Savonarolæ *genitura, qui Florentiæ ob religionem iuſſu Pontificis Alexandri VI primum laqueo ſuffocatus, poſtea combuſtus eſt, Anno 1498 23 Maij. Habuit enim vtrumq; luminare in ſignis violentis, Solem in ♎, & ☽ in ♑ iunctum Marti in 10 domo, qui ♂ in æquali domorum conſtitutione non modo aſcendentis, ſed & octavæ domus dominus exiſtit: Vide genit. 64 Card.* Geneſ. Hiero. Savonarolæ.

2 Vtrumque luminare cum ſtellis fixis violentis intra diſtantiam 5 grad. mortem violentam minatur. Hoc modo ☽ apud cor ♏ Sol apud oculum ♉ mortem violentam certo denotat. Ac valent hæ duæ regulæ tum potiſſimum, quando & dominus horoſcopi vel octavæ domus alteri luminarium corpore iungitur, vel etiam maleficorum alter alterum luminare aut octavæ dominum ſimul infeſtat.

Digitized by Google



Ludov. Regis Vngar.

Veluti in Ludovici Regis Vngariæ & Bohemiæ *genitura,* ☉ *cum Hercule & ☽ cum corde ♏ exiſtit, ♀ deniq; domina octavæ & primæ Solis iungitur: Eſtq; ♂ in 12, cum ſtellis de natura ♄ & ♃ Argo navis. Vnde cum Anno* 1516 *die Decollationis S. Ioann. Baptiſtæ* 29 *Auguſti, ætatis ſuæ anno* 20, *cum Soleimane Turcarum Imperatore ad oppidum Mohatz infeliciter confligeret, fuga ſalutem ſibi quærens, ab Equo in paludem lutulentam præcipitatus & ſuffocatus interijt, ipſaq, Sileſia & Bohemia ad Ferdinandum Regem devenerunt.*

3 Al-

3 *A*lterum luminare in ſignis violentis, alterum cum ſtella fixa violenta, violentam mortem ſimiliter ſignificat. *In* hoc tamen caſu neceſſe eſt, vt maleficorum alter alterutrum luminare, aut dominum octavæ infeſtet.

Talis fuit genitura Galeati Sfortiæ Mediolanenſis ducis. *Habuit enim Solem in ♒ ſigno violento, & oppoſito platico ♂; & Lunam cum corde ♌ & ☋, non prorſus liberam à Saturni oppoſitione: vnde anno ætatis currente 33, quando aſcendens ad Martis quadratum, Luna vero Mercurio per directionem in △ ♂ applicantur, tredecim vulneribus, à tribus coniuratis civibus, confoſſus interiit. Card. gen.* 44. Galeati Sfortiæ.

4 Ambo luminaria ab vtroque malefico læſa, ita vt alterutrum luminare & alteruter maleficorum, aut ſit in ſigno violento, aut cum ſtella fixa violenta, violentam quoque mortem ſignificant.


Eiuſmodi conſtitutio fuit Mutii Columnæ, *qui globo bombardario traiectus, interiit. Habuit enim vtrumque luminare à maleficis læſum, ☉ quidem coniunctione Saturni, & Lunam oppoſito Martis, ita ut alter maleficorum ♂ in ♌ ſigno violento, & alterum luminare ☽ cum capite Algol ſtella fixa violenta conſtitueretur.* Mutii Columnæ

5 Ambo luminaria ab vnico tantum malefico impedita, altero maleficorum læſo, vel in ſigno violento verſante, ac dominium ſibi in octava domo vendicante, violentam quoque mortem denunciat. *Talis conſtitutio fuit* Marchionis de Manzolis Bononienſis, *qui multis vulneribus confoſſus interiit. Habuit namq; ambo luminaria in ♋ coniuncta: & à Saturni oppoſitione læſa, Martem vero, qui dominium ſibi vendicat in 8, in ♎ ſigno violento ſeu exaltatione Saturni.* Marchionis de Mãzolis Bononienſis.

6 Luna in ſeptima in ſignis quę violentas ſtellas habent, vtpote ♉, ♊, ♋ & ♐, Solis radio inimico læſa, aut maligno Planeta octavam domum ſimul occupante, aut ſaltem dominium octavæ domus ſibi vendicante, ita vt ſimul violentum ſignum occupet, ſimiliter violentæ mortis indicium præbet.

Huiuſmodi poſitum habuit Ioannes Baptiſta Cardanus Hieron. Card. filius, *qui ob datum venenum coniugi ſuæ, Mediolani decollatus eſt, Anno* 1560 *ætatis* 26. *Fuit enim ipſi Luna in ♊ qui oculum ♉ ſtellam violentam habent, ipſeque Sol inter Caput Algol & oculum ♉, vtroq; malefico ſimul exiſtente in* 8 *domo.* Ioãnis Baptiſtę Cardani.

7 Luna ſub radiis ☉ generaliter infelicem exitum decernit: 3 Aphor. 55. 8. Cui infortunata ſunt luminaria in angulis, eos neceſſe eſt violenter interire: 2 Aph. 1. 9 ☉ dominus aſcendentis in angulo, cum ♄ & ☿. Et ☽ cum luminoſiora lancis violentiſſimo ſidere, violentam mortem decernit. Genit. 33. 10 ☉ & ♂ oppoſiti ex angulo M. C. & Luna cum ☋ & corde ♌ in aſcendente, interfecerunt *I*oannem Moriam Ducem Mediolanenſem, cum Luna *in* aſcendente ad □ ☉ veniſſet. Vide Garc. pag. 369 de Genit. 11 Sol in 7, cum Marte domino horoſcopi, Saturno exiſtente in M. C. ſignificat mortem violentam. 12 Semper ☽ in 7 domo conſtituta, mortem ſubitam & inopinatam aut omnino graves in- *Ioannis* Moriæ ducis Mediolanenſis.



felicitates adfert, quod pluribus genituris confirmari videbis: Cardan. genit. 18. 13 *Luna* in 7 in ♈ cum ☋, Sol vero Saturno iunctus, & omnes hi in □ Martis, declarant abſque dubio violentam mortem: Gen. 22. 14 *Luna* damnata, violentæ, & repentinæ mortis indicium oſtendit, infortunis in prima, & 7 ex ſtentibus Genit. 19. 15 *Luna* in 8, facit repente mori, quod illi commune eſt cum ſeptima. Mergitur a. aquis ſæpe natus, ſi ☽ in 8 conſiſtat.

16 ☽ in

16 ☽ in 7 in ♉, cruentam ac violentam mortem portendit. 17 Luna in 7 in quocunq;ſigno, in ☍ Saturni vel ♂, vel □ aut coniunctione eorũdem, idem ſignificat. Quod ſi pluribus partibus à maleficis diſtiterit, pericula oſtendit violentæ mortis. 18 ☽ in 7 in ♍ cum ſtella de natura Martis, occidit natum: Card. cap. 20 lib. de genit. 19 ☽ ſi in M.C. partiliter fuerit collocata, & ♂ partiliter in horoſcopo poſitus, Saturnus vero in ☽ anaphora conſtitutus, violentam mortem deſignat. Matern. c. 27 lib. 7. 20 ☽ cum Mercurio in octava, & ♂ cum ♄ in quinta, vel 12 domo violentam mortem affert: Idem. 21 ☽ cum Marte in 8 domo, & ☉ in 7, ♄ in M. C. aut in quocunque alio cardine, violentam mortem ſignificat: Idem ibidem.

Regulæ de Maleficis ex Cypriano. De Maleſ.

1 ♄ & ♂ coniuncti in angulo, potiſſimum M. C., in ſigno violento, aut alterum luminare infeſtantes mortem violentam minantur. Idem præſtant coniuncti, vel □ aut ☍ radio ſeſe ferientes, in aliis ſignis quam violentis ex angulis tamen; altero eorum vel in octava domo exiſtente, vel dominium octavæ ſibi vendicante. Card. 3 Aph. 103 regulam hanc ita proponit. *Infortunæ in angulis, mortes publicas decernunt, & quidem celeriter; ob hoc etiam raro publica mors eſt in ſenio.* 2 Maleficus in 8 domo mortis, & dominus 8 à malefico læſus, aut natura maleficus, in ſigno violento vtroque luminari aut altero eorum læſo, aut in ſigno violento conſtituto, mortem violentam ſignificat. 3 Quicunq; infortunas aut oppoſitas in 7 & 1, aut in ſeptimo loco iunctas habuerit, violenta morte peribit, etiamſi rex ac ſanctiſſimus fuerit: Genit. 28 Cardan. *in qua Ducis Borbonij geneſin explicat, qui habuit maleficos oppoſitos, Saturnum in 1 cum ☊, & Martem in 7 cum ☋, ac Saturnum quidem in ♑ ſigno violento. Martem cum Hercule ſtella violenta. In oppugnatione ergo Romæ Anno 1527 globo bombardici ictu interijt.* Geneſ. Caroli Borbonii Ducis belli.

4 Cum infortunæ præfuerint & quidem validæ, mors violenta erit ab initio ad finem. Si mediocres, initium erit violentum; morietur tamen ex morbo. Si autem debiles, mors quidem acerba erit, ſed minime violenta 3 Aph. 105. 5 Mors quoq; violenta decernitur: 1 cum infortunatũ vtraque loco mortis dominatur: 2 vel ſi altera aſpiciat, altera dominetur: 3 vel vtraque aſpiciente: 4 vel cum ambæ ſuper dominum mortis eleventur: 5 vel cum altera earum duobus primis vitæ ſignificatoribus præeſt: 6 vel cum dominus mortis impeditus fuerit, maxime ſub radiis ☉, & infortuna ex toto, loco mortis dominetur: 7 vel infortuna omnem in loco mortis ſibi vendicet poteſtatem, ut in primis partibus ♒: 3 Aph. 102.

6 ♂ in 8 mærores & acerbum finem vitæ facit. 7 Qui Martem in M.C. habent, illi in iuventa innumeris periculis atq; laboribus vexantur, raroq; ad ſenectutem perveniunt, & plurimum mortem violentam patiũtur. 8 Quando ♂ fuerit in ipſa parte cordis cœli vim non habens in aſcendente, natus ſi vixerit omnino interficietur. 7 Aph. 157. 9 ♄ ♂ & ☊ in quarta ſubitam mortem nunciant; 6 Aph. 173. 10 ♂ & ☿ mixti potentiſſime inclinant ad omne genus mortis violentæ: 3 Aph. 10.

Regu-

De dominis octavæ & primæ.

Regula de domina 8 & 1 qui ſunt domini vitæ & mortis.

1 *Si* Octavæ & primæ domus domini diſpoſitores fuerint vtriuſque luminaris, & vnus eorum in detrimento vel caſu, alter natura maleficus fuerit, & damnaverit alterutrum luminare conſtitutum in ſigno violento, nato violentæ mortis exitus portenditur.

Genitura Mauritii Electoris Saxoniæ.

Exempli loco nobis eſſe poteſt Genitura Mauritii Electoris Saxoniæ. *Habuit enim primæ domus dominum Martem natura maleficum diſpoſitorem ☉ & fuit ipſe in ♋ ſuo caſu, Solem □ platico affligens, Fuit & octavæ domus dominus ♀ in ſuo detrimento & caſu in ♓, diſpoſitor ☽, quæ in ♍ conſtituitur: vnde Principi huic mors violenta ſignificata fuit, quæ ei Anno 1553 die nono Iulii, in conflictu cum Alberto Marchione Brandenburgenſe contigit.*

2 Dominus octavæ in prima, in detrimento vel caſu ſuo, aut in ſigno violento, vel cum ſtella violenta, altero luminarium à maleficis infeſtato, violenta morte perituros ſignificat. 3 Idem decernit Dominus octavæ in ſuo detrimento vel caſu, læſus ab altera maleficarum, luminariũ altero, aut maleficarum altera in ſigno violento poſita.

Ludovici Bredenrodii.

Talis fuit geneſ. Ludovici Bredenrodii præfecti Ducis Sabaud., *vt tradit Stadius in Ephem. qui in prælio contra Gallos ad Quintini fanũ Anno 1557 interfectus eſt. Habuit enim dominũ 8. domus ♄ in ♋ detrimento ſuo, Solẽ conditionarium luminare conſtitutum in ♈ radio quadrato affligentẽ, & Mercurium dominũ aſcendentis in ♓ detrimento & caſu ſuo. Item Caſparis Fidleri*

Caſparis Fidleri.

filij tibicinatoris Glacenſis, qui Anno 1601, 15 Iulii in dextro brachio Glazij lethaliter vulneratus, paulo poſt 27 Iulij expiravit. Habuit enim Iovem dominum 8 ℞ in ſuo detrimento, cum oculo ♉ ſtella violẽta, a Marte □ radio læſũ, & Lunam coniunctã Marti in ſex. a. Solem inſuper in ſigno violento, in ipſa cuſpide occidentis: Occupant & primarias cuſpides aſcend. & M C ſigna violẽta.

4 Dominus primæ in ſigno violento, vel cum ſtella fixa violenta, à maleficis infeſtatus, & diſpoſitor luminaris conditionarii ſimiliter vel in ſigno violento, vel afflictus à maleficis, ſignificat violentam mortem. In hoc vero caſu neceſſe eſt, aut dominum primę, aut dominum luminaris utroque incommodo laborare. Nam ſi vterq; non ſit maleficus, ſed unus beneficus alter maleficus, & maleficus uno tantum incommodo laboret, oportet beneficum duplici incommodo affici, hoc eſt in ſigno violento, cum ſtella fixa violenta, & ſimul afflictum eſſe à maleficis, alias ſignificatum nõ ſequitur. *Exemplum huius regulæ præbet* Petri Aloyſii Farneſij, ducis Placentię & Pauli tertij Pontificis filii nativitas, *qui multis vulneribus confoſſus Anno 1547 interijt. Habuit is Martem dominum horoſcopi Saturno in quarta iunctum, & Iovem diſpoſitorem luminarium Herculi ſtellæ violentæ, & vtriq; malefico ♄ & Marti copulatum.*


Petri Aloyſii Farneſii.

5 Dominus horoſcopi in octava natura maleficus & damnatus, vel alterutrum luminare affligens, morte violenta periturum, natum ſignificat. Quod ſi non maleficus, attamen in ſigno violento & damnatus à maleficorum aſpectu inimico fuerit, idem ſignificat. *Huc quadrat thema* Ioannis Regiomontani, *qui à Pontifice Sixto accerſitus Romam, dum liberius verſionem Trapezontii* μεγάλης συντάξεως *Ptolem. taxaret, a*

Ioãnis Regiomont.

Tra-

Digitized by Google



Trapezontij filijs veneno propinato ſublatus eſt. Habuit enim Martem natura maleficum dominum horoſcopi una cum luminaribus in 8 domo, quæ & ipſa à Saturno ex quarta □ radio affliguntur.

6 Quibuſcunq; Domin. aſcendentis eſt infortunatus cum ☋, ſi fuerit infortuna in angulo, violenta vt illis mors accidat neceſſe eſt; 3 Aph. 1

7 Quibus Luna, aut dominus aſcendentis cum ſtellis fixis violentis conſtituitur, illis violenta mors denunciatur.

Regu-

Digitized by Google

Regulæ de ſtellis fixis.

De ſtellis fixis.

1 Oculus ♉ in apice aſcendentis, ſicarios facit, ac violenter morientes: In occaſu multo magis: 2 *Aph.* 183. 2 ♀ & ☿ cum capite Algol in □ ♂ conſtituti, violentæ mortis pericula indicunt. Genit. 16 Cardani. 3 Cor ♌ cum luminaribus, cruentam mortem aut ex veneno repentinam ſignificat. Ptolem. cap. 10 lib. 4 quadr. huiuſmodi regulam tradit: violenta atque conſpicua morte decedunt, in quorum genituris 1 aut vterque maleficus imperat interemptorio loco ſeu octavæ domui 2 aut per congreſſum vel radios quadrangulos oppoſitoſve eundem locum affligit 3 aut alteruter eorum vel ambo Solem aut Lunam aut vtrumque luminare maleficio afficiunt.

De genere violentæ mortis.

Porro quando ex propoſitis & ſimilibus regulis nobis iam de morte violenta conſtat, vlterius procedendum & determinandum, ad quodnam genus violentæ mortis natus propendeat. Id vt abſq; errore determinemus, primum
1 *videndum an publica quis morte moriturus ſit. Luminaria enim ſignificatoribus permixta faciunt claras & publicas mortes, quæ in conventibus hominum celebrantur, vt inquit Cardan. in com. ad text. 70 libr. 4 quadrip. Ptolem. Se-*
2 *cundo conſiderandæ ſunt ingenium & mores nati, an fur, homicida, vel hæreticus natus futurus ſit. Namq; vbi ſcelera in genituris apparent, ibi per ſignificatores violentæ mortis pœnæ quoq; publicæ ſignificantur: 6 Aph 122. Tertio*
3 *locus mortis. Apud alios enim alia ſupplicia viſitata ſunt, vt vix poſſit de ſpecie pronunciari. 4 Conditio hominum. Nam principes niſi gladio iugulentur vel*
4 *ſecuri percutiantur, raro laqueo, rota vel palo puniuntur: Miſerorum hæc ſunt ſupplicia, & ſæpe fortunæ potiusquam ſceleri tribuuntur. Ad ſcelera verò ſi reſpicias, multi inter Magnates ſunt, quibus ſi iure æquo res ageretur, ſæpe non mille pali aut rotæ aut ignes ſufficerent, & tamen vix etiam ſimplici morte mulctantur. Card. in com. ad 69 text. lib. 4 quadr. Ptol. Poſtremo ſunt & conſideranda familiarum fata. Quædam enim mares bellis frequenter amittunt, aut alia*
5 *quædam violenta morte, quædam non. Ac prudens & cautus Aſtrologus potius pericula mortis violentæ prædicit, quam vt eius qualitatem exactè determinet. Conſiderabimus tamen nihilominus ſignificatores qualitatis, quos ſic deſcribit Ptol. citato antea loco: Genus inquit mortis ab aſtrorum vel quorum præter luminaria intuitu & ſignis quæ à maleficis occupantur, cognoſces. Significatio enim qualitatis mortis primum petenda eſt ex natura malefici. Deinde ex ſigno. Et 3 ex domo, in qua eſt is maleficus, qui lædit ſignificatores mortis & vitæ, luminaria nempe & dominos primæ ac octavæ. Nec negligenda ſunt fixæ luminaribus & interfectoribus iunctæ.*

Reg. gen. de Saturn.

Primum ergo de Saturno in genere obſervetur; Quod is ſignificatoribus iunctus, aut □ vel ☍ radio eoſdem infeſtans, ſignificet mortem Saturninam, ex ruina, ſubmerſione, ſeu naufragio & venenis, iuxta Leovit.

Special. de eodem.

2 In ſpecie notentur hæ regulæ 11, quas Cardan. in com. ſuper text. 71 libr. 4 quadr. Ptolem. recenſet, quibus apponemus quos in Aphor. tradit: 1 *Saturnus Soli iunctus* aut □ vel ☍ radio eundem intuens in ſignis fixis, ſignificat lapidationem vel ſuffocationem ab igne vel aqua, & interdum capitis amputationem, ictum machinæ telo vel

globo,

globo, item mortem per ſtrangulationem rei duræ cum fune, vel ruina lapidibuſve obruetur natus. 2 Aph. 104. 2 ♄ Soli in feralibus iunctus, vel eundem □ vel ☍ radio feriens ſignificat à feris dilaniandos, vel morſu canis rabidi vel lupi, abalarumque beſtiarum interficiendos 2 Aph. 105. 3 ♄ Solem priori modo copulans ſibi, Iove imperante Anæretæ & □ radio aſpiciente Saturnum ſignificat publice exponendos feris, lacerandos ab Equis; imponendos rotæ, palo inſigendos. 4 ♄ Soli aut Marti, per ☌ vel □ aut ☍ radium copulatus, ſignificat ruina, vel ictu machinæ vel caſu arboris opprimendos. 5 ♄ Soli aut Marti in Tropicis ♋ vel ♑ iunctus, aut oppoſitus, vel □ radio copulatus in locis humilibus, (vt domo 4. 3 & 5,) ruina opprimendos: At in M. C. item 9 vel 11 domo, ab alto præcipitandos ſignificat: Item Caſum in foveam ex Equo, curru, &c. 2 Aph. 106. 6 ♄ Mercurio iunctus vel ☍ aut □ radio eundem intuens, in △ terreo, ſignificat malum à ſerpentibus & venenatorum ictu, item acu pungi, & vulnerari enſe imbuto veneno. 7 ♄ Mercurio vt dictum copulatus, & Veneri congrediens, ex veneficio & fœminarum dolis & philtris mortem ſignificat. 8 ♄ occidens & Lunam ſequens, ſignificat ſuffocari igne vel aqua, cadere in puteum vel foveam, obrui cœno.

9 ♄ Lunæ in aqueis ſignis & ♍ iunctus, aut in horum □ aut oppoſito radio, aquis ſuffocandos ſignificat. Item ex copia hauſti vini: 2 Aph. 113. 10 ♄ Lunæ in Argo navi configuratus, quæ cum ♋ ♌ & ♍ concordat, naufragio vel tempeſtate mergendos denotat, 2 Aph. 107. 11 ♄ in occidente, Soli ſeu Lunæ oppoſitus, mortem in carceribus nunciat. Significat etiam natum pedore & ſquallore, vel præcipitio vel veneno, vel inedia, vel in imo turris, vel tormentis, vel metu interfici: Item in ex lium proſcribi, relegari ad inſulas deſertas, vel in ſolitudi nem.

His vndecim Aphoriſmis & hi iungi poſſunt: 1 Cum ♄ cæli medium tenet, opponiturque ei conditionarium luminare, ac terrenum ſignum eſt in imo, qui natus eſt ædificiorum ruina interibit. Quod ſi humidum ſignum eſt, aquis ſuffocabitur. Si vero humanum, ab hominibus ſtrangulabitur, vt laqueo flagellisq; peribit Verum ſi benefica in octavo loco ſit, mitiora hæc erunt, nec natus inde morietur: Ptolem. ſent. 76 Centil. 2 ♄ cum ☋ in ſeptimo loco infortunatus, ſuſpendium ſignificat: Cardan. in genit. Franciſci Marſilij ad finem ſuorum Aphor. 3 ♄ in 8 in ♐ infortunatus, natum ex Equo proſternit, Schon. cap. vltimo lib. 1 de genit. 4 ♄ in ſignis venenoſis ac tortuoſis, veneno nati vitam infeſtat: 2 Aph. 108. 5 ♄ cum ♂, & Sol cum ♀ in ſignis venenatis, ſignificat natum venenum bibiturum. 6 ♄ & ♂ in 12 infortunati, malum à beſtijs ſignificant: Schon. cap. vltimo lib. 1. 7 ♄ & ♂ in 7, in duplicibus ſignis, ruinam & præcipitium minantur: & hoc multo magis, ſi Luna eis in aſcendente opponatur; Ibidem. Regulæ ſpeciales aliæ de Saturno.

Deinde de Marte in genere obſervetur ex Leovitio: quod adferat violentam mortem ex ferro, igne, fulmine, globo bombardario, laceratione beſtiarum, & raptatione ſeu ictu equorum, & quod tam ♂ quam ♄ ſignificet caſum ab alto. Regulæ de Marte.

In ſpecie verò notentur 9 Aphoriſmi, quos Cardan. ad 72 text. lib.

4 Quadrip. Ptol. proponit: 1 ♂ Soli vel Lunæ □ aut ☍ radio configuratus, in ſignis humanis, ſeditione bellove aut propria manu interficit. 2 ♂ alterutri luminarium vt antea configuratus, in humanis ſignis, cum teſtimonio Veneris, fæminarum cauſſa occidendos ſignificat. 3 ♂ vt antea configuratus cum ☿ teſtimonio in humanis, à latronibus vel piratis, vel maleficis mortem violentam decernit. 4 ♂ vt antea in mutilatis ſeu abſciſſis & imperfectis ſignis, vt ſunt caput Meduſæ, ♉, vel Andromeda vincta: 2 Aph. 110. mutilandos aut capite plectendos ſignificat. In 9, 10 vel 11 loco, aut in cœli imo, etiam ſuſpendendos: 2 Aph. 112. 5 ♂ vt ſupra in ♏ vel ♐, vſtionibus ſectionibus, aut medicorum revulſionibus mortem deſignat. 6 ♂ vt ſupra in M. vel imo C. crucibus affigendos notat, maxime circa Cepheum & Andromedam. Idem ſignificat ſuſpendium, rotarum ſupplicium, & qui eculeo torquentur. 7 ♂ vt ſupra in occaſu in ſignis igneis, vivos comburendos ſignificat: 2 Aphor. 113. 8 ♂ in occaſu in quadrupedibus vel in ſublimibus locis, diſtractos aut ruina oppreſſos, vel à quadrupedibus cadendo contritos notat: 2 Aphor. 114. 9 ♂ vt ſupra Soli vel Lunæ configuratus, ſi ei male diſpoſitus ♃ teſtificetur, illuſtri mortis genere periturum natum denunciat, ob iram principis aut regis, aut iudicio Magiſtratus, 2 Aph. 115.

Reg. aliæ de Marte. His novem alii iungantur: 1 ♂ *autor mortis, ſi fuerit in ♉ vel ♏, natum cruciatu aut combuſtione periturum ſignificat: 2 Aphor. 111. 2 ♂ autor mortis in humanis, in □ ☼ vel ☽ interficiendum eſſe natum oſtendit. Cauſſam autem mortis ex loco cognoſce. Nam ſi cum Veneris poteſtate fuerit, mulierum cauſſa. Si in ſecunda domo, ſubſtantiæ cauſſa. Si vero ☿ dominetur ſigno, in quo ♂ exiſtit, à latronibus interficietur, aut mandato Principis: quandoquidem ☿ habet humana ſigna quæ ſignificant mortem ab homine: 2 Aphor. 109. 3 ♂ in 8 cum ☊, natum ſuſpendendum indicat; Mercurius vero cum ☋ in 8, nato mortem ex toxico vel ob nigromantiam indicat. Idem etiam ſignificat Luna cum ☋ in 8, Haly part. 5 cap. 7. 4 ♂ in 8 damnans dominum octavæ mortem nati ex ferro nunciat: Schon. 5 Detrimentum in Marte eſt à luminaribus, in morte violenta: In Saturno vero à Sole & Marte, 2 Aph. 116. 6 ♊ ♐ & ♓ multiplex genus mortis ſignificant, ſicut & ♄ ac ♂ cum ſimul dominantur, 2 Aph. 117. 7 ♂ in caſu ſuo caſum ab equo vel morſum canis ſignificat. Ac ſi fuerit Almuten mortis & cadens mortem ſignificat ex caſu: Schon. 8 Plurimis eorum, quibus mors violenta accidit, ♂ aut ♀ aſcendenti vel ☽ loco dominator, aut ea aſpiciunt, illis quidem propter contentionem, his propter amorem: 5 Aph. 161. 9 Cum præter ſigna violentæ mortis, domini quoque quartæ infortunæ præfuerint, corpus mortui inſepultum iacebit, maximè ſi luminaria congrediantur illis Planetis, qui decernunt mortem violentam: 2 Aphor. 119. Ac ſubmerſionis notis aſſiſtentibus cadaver a piſcibus devorabitur. Patibuli autem ab avibus dilacerationis a quadrupedibus, & hæc maxime ſi in ſignis avium aut quadrupedum aut piſcium fuerint, 2 Aph. 120.*

Reg. de domin. octavæ & horoſcopi. *Tertio de dominis octavæ & horoſcopi hæ noscantur Regulæ.*

1 Si dominus octavæ vel etiam dominus aſcendentis in oppoſito aſcendentis fuerit, natus præcipitio interibit. 2 Si dominus 7 vel 8 in

nona

nona vel 3 in terreo ſigno infortunatus fuerit, natus morietur ex caſu ab alto; Shon. cup. ult. lib. 1 de Genit. 3 Cum aſcendentis domino ☉ coniungitur in ♌, nec ♂ aliquam in aſcendente prærogativam habet, nec benefica in octavo loco eſt, natus exuritur: Ptol. ſent. 75. Cent. 4 Cum dominus mortis corpore iungitur ſignificatori vitæ aut domino aſcendentis, natus ſeipſum interficit: Card. ad 7. Aphor. 129 in exemplo adiuncto. 5 Cum domino aſcendentis aut ☽ iungitur ☉ in ♌ aut ♐, Marte aſpiciente, aut ſtella de natura illius, natus crematur. Quod ſi ♄ loco Martis affuerit, fumo ſuffocatur: 2 Aph. 199. 6 Si dominus horoſcopi infortunatus à Sole & Marte fuerit, ac unus ex illis dominus mortis extiterit, natus comburetur. Schon.

Quarto ſignorum & domorum, in quibus exiſtunt ſignificatores mortis, natura attendenda eſt, de qua aliquoties in præcedentibus actum. Signorum quoq; natura inprimis perpēdenda eſt.

Significant autem ſigna ignea mortem ex igne, fulmine, bombarda. Aerea ex caſu ab alto, & ſtrangulatione; Aquea ex ſubmerſione: Terrea ex ruina. Sic humana ſigna ſignificant mortem ab homine, per arma ac violentiam. Venenata, à veneno.

Eodem modo decima domus, mortem ſignificat à magiſtratibus & eorum iuſſu. 12 domus, ab Equis vel occultis inimicis. 7 ab apertis. 3 ab affinibus & conſanguineis. 6 à ſervis vel vicinis, &c. Quod ſi natura ſigni & Planetæ ratione qualitatum convenerint, ut Martis in ſigno igneo conſtitutio, ſatis evidenter genus mortis ex igne declaratur. Si vero diſcrepaverint, reliquorum ſignificatorum ſigna ſimul conſideranda & eorum convenientia in eodem decreto diligenter quærenda erit. Regulis enim tanta varietas explicari nequit, ſed pleraque iudicantis acrimoniæ ac ſolertiæ permittenda ſunt. Item domorum.

Quinto ſtellarum fixarum regulæ quoq; notentur, quandoquidem ſignificatores loci mortis cum fixis ſplendidis exiſtentes, mortem præcognoſci faciunt. 7. Aph. 167. De ſtellis fixis.

1. Sol ubi repertus fuerit cum capite Gorgonis, ſi neque aſpicitur à benefica ſtella, neque benefica octavo loco præeſt, dominuſque conditionarii lumin. Marti opponitur, aut eum è quadrangulo percutit, nato caput truncatur. Quod ſi luminare culminat, corpus ſauciatur vel laceratur adhuc viventis. Sin copulatio ♂ vel domini mortis fiat in ♊ aut ♓, manus ac pedes eius amputantur: Ptol. ſent. 73 Centil. & Card. 2 Aph. 198. 2 ☽ cum arcu ♐ iaculo plerumque interimit. 3 Stellæ quæ in hydra, & quæ in cauda Scorpionis, & Serpentarii caput, & quæ de natura ♄ & ♀, ut cauda ♌, & Saturni cum Venere congreſſus, & quæ ſunt de natura ☽ & ♄, quarum non eſt exemplum, & congreſſus ♄ & ☽, & ♀ & ☿, & iterum ♄ & ♂ congreſſus & ſtellæ naturæ eorum. Item Mercurii & ♄ ſtellæ, & eorum (ſcil. duorum Planetarum) congreſſus, & quædam puræ Martis, & quædam ex natura ☉ & ♂, & iterum luminarium ☍ & nodus uterque maxime ☋, venenum ſignificant, 4 Aphor. 5. 4 Cui ♉ aſcendit, plerumque ferro vel veneno moritur; propter ♏ in ſeptima. 5 Quando ♂ exiſtit cum Hercule, & Luna cum Arcturo, Mars,

Yy 2 præte-

Digitized by Google

præterea eſt in 7, 9, 10 vel 11 loco vel in aſcendente, natus occiditur ab hominibus. Idem de ♄ dicemus; 6 Aphor. 75. Stad. cap. 10 tabul. Bergenſ. dicit; Herculem cum Marte violentia graſſatorum; cum ♄, telo aut globo tormentario interficere. 6 Quod ſi in dictis locis 7. 9. 10. 11 vel prima ♂ fuerit cum Arcturo, & ☽ cum Hercule, natus ſuffocabitur, & hoc quam diu Hercules fuerit in ♋. Cum autem fuerit in ♌, à feris vel præcipitio id fiet: 6 Aphor. 76. 7 Cum infortuna in 7, 4, 11, 9 vel 12 fuerint domo, cum oculo ♉, & ☽ cum corde ♏. natus ruina vel iaculo morietur: 6 Aphor. 78. 8 Cum in prædictis locis commutata vice, ♄ cum corde ♏, ☽ cum oculo ♉ fuerit, natus ſuſpendetur, aut ictu teli occidetur. Idem de Marte dicendum erit. 6 Aphor. 79. 9 Quæ autem eveniunt ſic collocatis ſideribus, ea quoque accidunt, ſi Luna cum infortunis in eadem parte, iiſdemque in locis cum eadem ſtella iuncta fuerit: 6 Aphor. 81. 10 Quibuſcunque infortuna cum capite Gorgonis, Luna autem cum ſplendida ♒ fuerit, illis mors violenta mandato principis eveniet, colloque læſo vel truncato morientur, 6 Aphor. 82. 11 Quod ſi infortuna ſic poſita, Luna fuerit cum hydræ lucida, in aquis vel veneno peribit. Oportet autem in his omnibus infortunam in loco ſublimi eſſe, aliàs non valet; 6 Aphor. 83. Sunt autem loca ſublimia, 1, 10. 11, 7, 9 ac 12 domus: Quibus annectunt nonnulli 4 & 8. 6 Aphor. 90. 12 Quod ſi infortuna cum hydræ lucida, Luna autem cum ſplendida ♒ fuerit, mergetur aquis: 6 Aphor. 84. 13 At ſi infortuna cum ſplendida ♒, Luna autem cum capite Gorgonis fuerit, ſtrangulabitur: 6 Aphor. 85. 14 Quod ſi infortuna ſic poſita, Luna cum ſplendida hydræ inceſſerit, venenum hauriet: 6 Aphor. 86 Idem ſignificat Stadio lucida hydræ cum Anæreta cap. 10. tabul. Bergenſ. 15 At ſi infortuna cum hydræ lucida: Luna autem cum Gorgonis capite, & ☼ cum ſplendida ♒ fuerit, etiamſi rex ſit capite plectetur. Quod ſi humilioris ſit conditionis, corpus enſe etiam lacerabitur: 6 Aphor. 87. 16 Si ☼ & ♂ cum vulture cadente in ſublimi fuerint, Luna autem cum Caniculæ ardente, natus morietur morſu canis rabidi: 6 Aphor. 88. 17 Quod ſi contrario modo diſponantur Planetæ, venenum hauriet, aut mandato magiſtratus necabitur; 6 Aphor. 89. 18 Infortuna cum vmbilico Pegaſi, Luna cum ardente cane, natus morietur ex iaculo ignito, vel morſu à feris: 6 Aphor. 91. 19 Cum infortuna fuerit cum vmbilico Pegaſi, Luna autem cum ſplendida lyræ, natus morte aliqua violenta peribit: 6 Aphor. 92. 20 Cum infortuna fuerit cum dorſo Pegaſi, Luna autem cum cingulo Orionis, natus aquis obruetur: 6 Aphor. 93. 21 Cum vero contrario modo diſponuntur Planetæ, occidetur hominum manibus: 6 Aphor. 94. 22 Cum Luna fuerit inter pleiades, & infortuna cum corde ♌, nato oculi effodientur, aut eorum alter: 6 Aphor. 95. 23 Cum ♂ inter pleiades fuerit, & infortuna cum corde ♌, natus à multitudine occidetur. 6 Aphor. 96. Idem ſignificat Stadio ☽ cum pleiadibus, ſi a Marte affligatur; Stad. c. 10 tab. Berg. 24 Si Luna fuerit cum altera Canicularum, vel in cuſpide ♐, & ibi aut in ☍ vel □ radio ☼ quoq;

fuerit

ſuerit cum in fortuna, inprimis Marte, natus igne cremabitur: 6 Aphor. 97. 25 Cum in initio vel fine ♃ hoc tempore ☿ in eadem parte cum Sole fuerit, aſcendens autem ♊ vel ♍, natus comburetur. Quod ſi auxilietur fortuna, vitæ periculum evadere poterit. Quod ſi ♂ locum aſpiciat nulla ſalutis ſpes eſt, 2 Aph. 53.

In noſtro priore exemplo videntur quidem ſigna quædam adeſſe violentæ mortis, quando & luminaria ambo coniuncta ſunt in ♑ ſigno violento, & octava domus ſignum violentum eſt ♒, cuius dominus ♄ ſimiliter in ♒ ſigno violento reperitur; cuſpis denique primæ in termino & facie ſit ♄, qui diſpoſitor eſt octavæ domus. At quia poſitus ille in nullam regularum propoſitarum præciſe congruit: Et luminaria extra ſtellas fixas violentas, & extra maleficorum malos radios, item extra angulos in ſexta domo exiſtunt, deinde malefici duo, nec coniuncti ſunt, nec malo radio ſeſe mutuo affligunt: Eſt & Sol primæ dominus liber à maleficorum afflictione. Idcirco nato non mors quidem violenta, pericula tamen violentæ vel potius repentinæ mortis ex catharrhis ſuffocativis, quibus vel ventriculi cerebri ſubito obſtruuntur ut in apoplexia accidit, vel inſpiratio & inferiorum motus intercipitur, decernuntur, quæ quidem pericula ex ſpeciali iudicio, revolutionibus, directionibus & profectionibus manifeſtantur. Exemplũ noſtrum primum.

In altero exemplo violentæ mortis indicia nulla reperiuntur. Nam 1 luminaria libera ſunt à maleficorum malis radijs, nec ſtellis fixis violentis aſſiſtunt; Et licet ☽ in ♒ ſigno violento ſit, eius tamen diſpoſitor ♄, nec violentum ſignum, nec angulum tenet, nec ipſam ullo radio affligit. Eſt & Sol in benefico ſigno Veneris & Lunæ exaltatione. Deinde ſunt malefici extra angulos & detrimentum ac caſum, nec radios ullos inter ſe miſcent, quandoquidem in contiguis ſunt ſignis ♄ in ♓, ♂ in ♈. Tertio domus octava occupatur quidem à ♑ ſigno violento & malefici ♄ domo, ſed nec ab ipſo nec Marte ullo radio læditur. Quarto dominus primæ ☿ in proprio ſuo eſt ſigno, & fortiſſimus in themate, nec vel à luminaribus vel à maleficis damnatur. Sunt deniq; ſtellæ fixæ violentę, nec luminaribus, nec maleficis, nec domino primę iunctæ. Unde nato ſecuritas à violenta morte promittitur. Exemplũ alterum.

Caput

Caput XXV.

De morte naturali & repentina.

Mors naturalis vnde iudicetur.

Mors naturalis, quæ ſit extincto colore nativo & abſumto humore radicali, iudicatur ex his regulis: 1 Si thema natalitium in nullam regularũ, quas de morte violenta tradidimus, incidat, morietur natus morte naturali. 2 Si beneficorum alter ♃ vel ♀ ſit in prima, impoſſibile eſt natum violenta morte perire, etſi plurimæ regulæ eam minentur. 3 Cuicumque in 8 ſunt infortunæ, mala morte moritur, ſi fortunæ, in lecto ſuo feliciter ex vita emigrat: Almanſor prop. 19. 4 Miti moriendi genere è vita diſcedunt, quibus mortis autores in proprijs domeſticiſve naturæ ſuæ convenientibus locis reperiuntur, à nullo ſeparati, qui malignitorem conſpectioremq; exitum reddere poſſit. Ptol. cap. 10 lib 4 quadr. 5 Naturalis etiam mors ſignificatur: 1 Si octavam domum boni Planetæ vel tenuerint, vel gubernaverint, vel a ſpexerint; & illi quidem fortes fuerint, in quibuſdam ſuis dignitatibus. 2 Si ſimul aſcendens occupetur, vel diſponatur, vel aſpiciatur à bonis. 3 Ac dominus genituræ fortis ſit & bonus Planeta: Et denique omnes hi bonis inter ſe cohæſerint radiis.

Qualitas mortis naturalis quomodo colligẽda.

Qualitas vero mortis iudicatur ex ſignificatoribus mortis, & eorum ſignis: Item temperamento nati. Ac primum quidem cum Planeta eſt in 8 domo, iudicatur mors ex eius natura; item ſigno, quod is occupat, & denique ex domino octavæ. Quod ſi plures Planetæ in octava conſtituantur, ſumitur iudicium qualitatis mortis ex Planeta inter eos fortiſſimo.

♄ Hinc iuxta Ptol. cap. 10 lib 4 quad. ♄ morti præfectus, obitus efficit poſt diuturnos morbos, phtyſin, Reumatiſmos, & febres cum rigore: Item per affectiones lienis; hydropicas, Colicas, uterive affectiones, &c. quotquot ex frigoris multitudine conſtant. Docet & Card. 6 Aph. 17; quod ♄ cum violentam mortem non ſignificat in 7 vel 8, vel alias domi-
♃ nator exiſtens, mortem ex animi triſticia denunciet, ♃ ab angina, peripneumonia, apoplexia, convulſionibus capitis, & ſtomachi doloribus, &
♂ quotquot à pulmonum perverſa conſtitutione proveniunt. ♂ à febribus continuis & tertianis, repentinis plagis, renum affectionibus, ſanguinis excretionibus & defluxionibus, abortu & partu, ſacro igne, peſtilentibus
♀ morbis, quique per inflammationem & fervorem eveniunt. ♀ per ſtomachi & epatis affectiones, impetiginem & diſſenteriam; item per ulcera, puſtulas, fiſtulas & adhibita pharmaca, ac denique quæ contingunt ex
☿ humidi ſuperfluitate & vi corrumpente. ☿ per inſaniam & amentiam, & ex atræ bilis copia proficiſcentes lapſus, per comitiales morbos, & tuſſes, & crebras expuitiones, & quotquot ſiccitate copioſa & corrupta conſtant.

Ptol. ſent. Interfector quis ſit.

Deinde Ptolemæus conſiderat locum interficientem id eſt Anæretam, qui quando vel corpore vel radio ad hylech aut horoſcopum dirigitur, interficit. Qui vero interfectores ſtatuendi ſint, ſupra cap. 2 in generali iudicio vitæ

expo-

Digitized by Google

expoſuimus, ubi diximus Anæretam eſſe: vel 1 qui hæret in 8 : 2 vel qui dominus eſt 8 : 3 qui iungitur domino octavæ : 4 Almuten Planetæ in 8 domo exiſtentis : 5 Almuten domini 8.

In loco interfectorio quę attendenda.

Porro in loco interfectorio conſideratur 1 Natura Planetæ. 2 Natura ſigni in quod cadit mala directio. 3 Natura termini & ſtellarum fixarum: Et 4 natura radiorum aut Planetarum, qui ſimul coincidunt aut proxime ſubſequuntur. Eſt autem ſex ſententia Card. 3 Aphor. 108 difficilimum ſcire locum interfectoris, ex quo & tempus mortis, & locus & genus habetur. Maxima quoque ambiguitas eſt, cum radii felices luminarium aut fortunarum ſuper locum interficientem ceciderint, cōſiderare, an ſervari poſſit natus vel non. Frequenter enim ſervantur præter ſpem alii, alii rurſus præter ſpem intereunt. 3 Aph. 113.

Hi vero Aphoriſmi hic inprimis notentur 1 Cum debilis & unicus fuerit ſignificator, & Planeta contrariæ naturæ in loco valido fuerit, ille vel eius radii ſine fortunæ auxilio procul dubio occidunt: 3 Aphor. 109. 2 Si mortis ſignificator in angulo fuerit, ſi orientalis, ſi curſu velox, ſi in dignitatibus ſuis, ſi iuxta nodos ſuos, ſi in ſummo parvi circuli, mediocrem vitæ ſignificatorem ſolus abſcindit; 3 Aph. 110. 3 Si mortis genus violentum ſignificatur, promtius & frequentius abſcindit: 3 Aph. 111. 4 Si geminata fuerit vis occiſoris Planetæ, per alium vel alterius radios, vel ſidus aliquod; vitæ autem ſignificator validus fuerit, occidet omnino, cum occiſor fuerit per ſe potens, 3 Aph. 11 . 5 Cum cauda infortunio dominum aſcendentis affecerit, & in revolutione Luna ceciderit cum illa, & ipſum aſpexerit dominus mortis, & fuerit ille in loco infortunæ à nativitate, illo anno natus morietur, 3 Aphor. 5. 6 Cum fuerit diſpoſitor loci mortis cadens ab angulo, maxime autem in 9 loco & in magna diſtātia ab Ecliptica & peregrinus, natus extra patriam morietur: 2 Aphoriſm. 134.

Temperamentum oſten ſit qualitatē mortis.

Tertio conſiderandum & hoc loco eſt temperamentum. Nam ut quævis temperamenta ſuos peculiares habent morbos: Ita inde plerumq; etiam mors naturalis cognoſcitur. Degenerante enim temperamento vita periclitatur. Ac Cholerici *plerumque pereunt phtyſi:* Phlegmatici *hydropiſi:* Melancholici *ictere nigro:* Sanguinei *intemperantia, apoplexia.*

De morte repentina.

Mors vero repentina, quæ quaſi medium quoddam eſt inter naturalem, & violentam, propior tamen violentæ; ſignificari intelligitur, quando conſtitutiones, quæ violentam mortem ſignificant, ſunt inperfectæ. Veluti cum iuxta 4 Regulam in præcedenti cap. de luminaribus traditam, ambo luminaria quidem ęgra ſunt ab utroque malefico, ſed vel nullum ex illis, vel alterum tantum eorum in ſigno violento conſtituitur: aut cum iuxta ſeptimam, ambo quidem luminaria coniuncta ſunt, ſeu Luna ſub radiis ☉ in ſigno violento, ſed à nullo maleficorum malo radio infeſtantur. Hæ conſtitutiones violentæ mortis, quia ſunt imperfectæ, ideoque ſubitaneam potius vel repentinam mortem ſignificant.


Genit. Comitis Gaiazii.

Exemplum huiuſmodi repentinæ mortis extat apud Card Genit. 27. Comes enim Gaiazius vir ſtrenuus, anno vitæ 32, Menſe maio, cum aliquanto lu-

culen-

Digitized by Google

culentus cænaſſet, ſubito intra quartam noctis horam extinctus eſt. Habuit is maleficos, iuxta Regulam primam de maleficis traditam, in □ quidem radiatione ſed platica, ac Saturnum in decimæ domus angulo cum ☊, Solem in prima, & Mercurium ♂ in ſecunda domo coniunctus □ radio damnantem, Mercurium etiam & Martem Solem aſcendentis dominum affligentem. Quia vero neutrum luminare in ſignis violentis fuit, nec ambo malefici angulares fuerunt, nullus quoque maleficorum cognationem cum octava domo habuit, & ♃ inſuper octavæ dominus ſua præſentia octavam fortunavit, fuit hæc conſtitutio imperfecta ad violentam mortem; Eo tamen anno, quo aſcendens ad Mercurium diſpoſitorem ☉ ſub radijs ☉ combuſtum pervenit, repentina morte concidit.



Tempus mortis cauſæ determinandũ.

Cæterum de tempore quando quis moriturus eſt hoc notandum; Aſtrologo Chriſtiano non convenire, ut in determinatione mortis nimis ſit audax, & certo definiat tempus mortis. Optimum eſt, ut vel pericula mortis tantum indicet, præcipue illa, quæ pluribus teſtimonijs ſunt certiora; vel etiam reſtrictionem addat, ſi Deo ita viſum ſit. Nam nec parentes, nec nati ipſi terrendi, nec Deus ſua miſericordia, & potentia privandus eſt. Solet enim per & contra cauſ-

& cauſas ſecundas invocantes nomen ſuum ſæpe ſervare: Sicut David etiam contra Prophetiam Nathanis, oravit pro parvulo ex Bethſabea ſibi nato, 2 Reg. 12. Et verſ. 20 ait David ad ſervos ſuos; Adhuc vivente infante ieiunavi & flevi: Dixi enim, quis ſcit an miſereatur mei Iehova & vivat infans.

*A*d pericula vero mortis iudicanda pertinent; 1 Conſideratio annorum Climactericorum ex ſeptenario aut novenario numero prodeuntium, ipſiſque proximi, ſi in illos incidat lethalis directio horoſcopi, ☉ ☽ aut in converſa directione occidentis directio. 2 Conſideratio directionum earumque qualitas, an fortis ſit in termino ſignificatoris mortis, omniumque fortunarum auxilio deſtituta. 3 Videndæ quoque ſunt profectiones, an veniant ad radios □ vel ☍, Item in domum 6, 8, 12. 4 Conſiderandæ ſunt revolutiones, quæ tamen ſine directionibus parum valent: ſed quæ non obſunt ſingula multa nocent. 5 Videantur & Alfridaria, quæ diſcernunt annos Climactericos. Illi enim anni Climacterici periculoſi ſunt, quibus præeſt dominus mortis, aut Planeta qui alias in nativitate infeliciter ponitur. — Pericula mortis qua rat. innot.

Poſtremo de exiſtimatione ſeu honore nati poſt obitum, notanda quoque ſunt, quæ Cardan. cap. 11. libr. de genit. tradit, ubi monet, conſiderandas eſſe fixas: exiſtentes in cardinibus M. & I. C. Hæ enim ut dignitatem hominis in vita extollunt, ita exiſtimationem & gloriam eius poſt mortem per monumenta operum & literarum, quæ quis in officio ſuo extruit, conſervant; præcipue ſi luminaribus & Planetis ibidem copulentur. Deinde quæ in loco ☉ & ☽ ſunt. Hæ enim inprimis, quæ cum Sole ſunt, gloriam hominis longiſſime extendunt. Nec negligendæ ſunt, quæ alijs Planetis coniunguntur. Cæli tamen medium, à Sole ſecundum poſſidet locum cum Luna, Saturnus reliquiq; Planetæ poſt imum cæli. Ac Sol quidem famam præſtat ex potentia magiſtratu & honoribus: Luna ex fortuna bona: ♄ ex induſtria laboribuſve, ♃ ex divitiis, iuſtitia & probitate; ♂ ex geſtis fortibus: ♀ ex forma ☿ ex ingenio & memoria. — De exiſt. poſt mort.

Prout ergo quiſq; decreta habuerit alicuius eminentis vitæ, aut virtutis, aut felicitatis, aut bonorum corporis, ita quoq; famam pro rei magnitudine conſequetur.

Hoc vero inprimis notandum, quod cui in octavo loco nobiles Planetæ præfuerint, eius funus & ſepulcrum honorabitur. Et quibus infortunæ in octava domo cum fixis malis fuerint, vel oppoſitum ſignificatoris locum aſpexerint, eius cadaveri illudetur, & opprobrium eius diutiſſime durabit. Cui vero fortunæ cum præclaris ſideribus in octava fuerint, illorum corpora pro divorum colentur.

Cui quoq; hora mortis, Sol in medio cœli fuerit, eius gloria illuſtris poſt mortem diu perſeverabit, 2 Aph. 124.

In noſtro priore exemplo, *parum aberit quin mors repentina nato eveniat. Sunt enim ♄ mortis ſignificator, & Sol horoſcopi dominus in ſignis violentis. ♃ quoq; triplicitatis dominus Saturno conſentit, ſiquidem in eius exaltatione exiſtit: mitigat tamen nonnihil ☊ in 8 quod beneficis Planetis aſſimilatur. Unde principium quidem ad mortem ducens repentinum & quæ violentum ſi-* — Exemplū primum.

gnificatur: quod tamen ſucceſſu temporis in morbum diuturnum evadet, ob pleroſque Planetas in ſexta conſtitutos; donec tandem mors ſequatur à defluxu vel etiam catarrho ſuffocativo ob ♋ ſignum aqueum, in cujuſmodi ſigno & ♂ diſpoſitor ♄ exiſtit, & quidem eo tempore, quo ♄ a ☉ corpus directione pervenit: Exiſtimatio & memoria nati poſt mortem honorifica expectanda eſt, quod ☊ in octava hæreat, & △ radius Iovis in eandem incidat.

Exemplũ alterum.

In altero exemplo, *nato ideo mors naturalis adjudicatur, quod ſitus luminarium, & maleficorum ad nullam regularum violentæ mortis exacte congruat, quod ☿ genituræ dominus fortis ſit & mediocris Planeta, & non modo ad Lunam, ſed & Iovem ⚹ radium habeat, quodque ♄ mortis autor in Iovis benefici Planetæ ſit ſigno, ut Iupiter ex ſuo detrimento oppoſito radio eum affligat: Mercurij enim ad Saturnum ⚹ multum mali lenit. Qualitas verò mortis à ♄ determinatur, per triſtitiam animi, cui accurrunt morbi Saturnini podagrici, febris quartana, & phtyſis. Nec tamen ante Saturni ad Mercurium vel horoſcopum directionem quidquam metuendum eſt. Satis enim ſignificator vitæ ☿ fortis eſt, nec alio radio quam corporali occurſu Saturni per directionem vincitur. Exiſtimationem poſt mortem caudæ Cygni cum Luna Cœlum medians potiſſimum moderatur, quæ quia ſtella eſt de natura ♀ & ☿, honorem & famam nati inter homines diutiſſime conſervat, quod natus comitatis & humanitatis ſtudioſus fuerit, affectus & impetus frenaverit, & ingenio ac ſtudijs alijs profuerit.*

QVAR-

QVARTVM MEMBRVM.

De iudicio Genethlialogico ſpeciali.

Prooemium.

DE CONTINVATIONE, & neceſſitate hujus ſpecialis judicij ad præcedens generale, & de eius partibus ſeu membris.

Ratio continuation.

EXpoſita ea iudicij Genethlialogici doctrina, quæ in genere ex cœli & ſiderum conſtitutione, ſignorum nempe & ſtellarum tam errantium quam fixarum poſitu, in diverſis domicilijs; ſignorum dominiis; atque Syzygiis & irradiationibus ſtellarum, tam mutuis, quam ad domiciliorum cuſpides; futura hominis accidentia quæcumq; vitam, temperamentum, mores, ſtaturam, valetudinem, divitias, fratres, conſanguineos, parentes, coniugium, liberos, itinera, honores, magiſter. amic. inimic. carceres, mortem & ſimilia, ſive læta ſive adverſa præcognoſcere, & prædicere docuit; & παρασκευή quædam fuit ad determinationem annorum & menſium, quibus iam hæc, iam illa in vita eveniunt. Nunc ordine doctrinæ ita poſtulante, partem illam aggredimur, quæ ſpecialis dicitur, & modos aliquot præſcribit, quibus per certas operandi formas inveſtigantur ac deprehenduntur tempora & momenta eventuum in generali iudicio præviſorum. Eſt enim doctrina prior generalis, quæ futura accidentia prævidere in genere docuit, imperfecta & manca, ſine hac ſpeciali; quæ eorundem accidentium tempora determinat, natumque præmonet, quo potiſſimum ætatis anno, menſe vel etiam die, accidens fauſtum in præcedenti iudicio præviſum ſperare, aut infauſtum metuere, ac induſtria quadam vel evitare, vel ſaltem lenire debeat. Videtur etiam rurſus huius ſpecialis iudicij abſque præcedente generali nullus eſſe uſus; quando & fruſtra illius accidentis per ſpecialem hanc doctrinam tempus exquiritur, de quo in præcedentibus illud nato non eventurum edocti ſumus. Merito igitur hæ ambæ partes coniunguntur, ſed ita tamen; ut generale iudicium præcedat, ſpeciale ſequatur.

Iudicio generali ſpeciale recte annectitur.

Speciale indicium quæ tractet.

Veluti ſi inſtitueretur quæſtio de tempore coniugii, primo omnium per generale præcedens iudicium quæreretur, an nato coniugium aſtra concederent, an vero eum cælibem vitam ducturum oſtenderent. Sique ipſum matrimonium contracturum præcedentia præcepta monſtrarent, porro quoque per directiones inveſtigaretur coniugii tempus. At ſi in cælibatu vitam tranſacturum innuerent, nulla quoq; pro tempore coniugii inſtitueretur directio: Idem de reliq. iudicandum.

Quatuor potiſſimũ ſunt, quib. particul. tempora evetuũ cognoſcũtur.

Etſi vero pluribus modis inveſtigantur particularia tempora eventuum & caſuum, qui iuxta poſitum & ſignificationes thematis natalitij, nato in vita

eveniunt; tamen id quatuór potiſſimum modis perficitur: 1 per directiones; *de quibus quid ſint, & quomodo inſtituantur, capite vltimo præcedentis ſecundæ partis ſufficienter monuimus.* 2 per profectiones. 3 per revolutiones, & 4 per tranſitus. *Nos ſingulos illos modos ſingulis capitibus declarabimus, atq; ita ſpeciale iudicium 4 capitibus ſummatim complectemur, reliquum diligentiæ & ſtudio exercentium hanc artem committemus.*

Caput I.

De iudicio directionum.

Directiones durāt per plures annos. Sæpe etiā eo tempo-ris momēto, quo incidunt, operantur. Directiones raro ſolæ operantur.

E*Tſi directionum hæc eſt natura, ut vim ſuam non ſemper eo, in quem incidunt anno exerant, ſed in ſequentium aliquem differant, iſtum nimirum, quo convenientibus profectionibus, revolutionibus, & tranſitibus ſimilibus iuvantur, ac extimulantur. Durant enim quædam directiones per annos plures, & plurimum vires ſuas ad tantum temporis ſpacium extendunt, quantum intercedit inter eam ipſam & proximam; ſeu donec ſignificator mobilis ad alium promiſſorem deveniat: tamen ſæpe etiam evenire videmus, vt operentur ad illud ipſum temporis momentum, quod monſtrat calculus directionis ſupra cap. vltimo part. 2 propoſitus. Eſt enim virtus directionis in principio fortis, & idcirco effectus quoq; euidentior, cum in ſubſequentibus annis ſubinde languidior reddatur. Hinc directiones nunquam ſolæ conſiderari, ſed profectionibus, reuolutionibus, & tranſitibus iungi debent. Nam quando cum directione profectio, reuolutio, aut tranſitus ſimilis concidit, tum ſane de euentu qui ſignificatur certo ſequuturo non eſt dubitandum. Quando v. directio ſola in annum aliquem cadit abſq; profectione, reuolutione aut tranſitu, ſimilem eventum aliqua ex parte notante, tum effectum ſuum tam diu differt, donec a ſimili profectione, revolutione, aut tranſitu provocetur; Imo quando etiam prorſus non excitatur, vel etiam à contraria profectione vel revolutione impeditur, fieri poteſt, vt directionis effectus prorſus evaniſcat.*

Vt v. directionum naturam & effectus plenius cognoſcamus, ſciendum
1 primo *directionem, aliam eſſe fauſtam & bonam, aliam infauſtam ſeu malam. Directiones bonæ ſunt, in quibus Planetæ benefici ut ♃ & ♀, vel corpore, vel radiis ſuis benignis ✱ vel △ ſignificatori occurrunt: E contrario malæ ſunt, in quibus maleficorum, vt Saturni vel Martis corpora, aut hoſtiles radij □ & ☍, ſignificatoribus ſeſe offerunt. Ac bona quidem ſeu felix directio, felicitatem & fortunam bonam nato confert: mala vero ſeu infelix, infortunium & infelicitatem minatur.*

Directio alia infauſta.

2 *Secundo directionum ſignificata dependere à ſignificatoribus eorundem, qui ſunt vel Planetæ vel loca Zodiaci, quæ ad ſuos promiſſores diriguntur. Ac ut loca zodiaci pro ſignificatoribus adhibita, ſimpliciter ſignificant certas res, vt valetudinem, divitias, fratres, &c. de quibus in ſignificatis ſingularum domorum ſufficienter actum cap. 5 membri 1 huius partis: Ita Planetæ quoque ſignificatores vel per ſe, vel per accidens, certas res denotant. Quæ*

Directiones iudicā-tur à ſuis ſignificatorib. domibus ſcil. & Planetis.

autem

Digitized by Google

autem res per ſe ſinguli ſignificent, cap. 9 membri præced. huius tertiæ partis; & pro quibus principaliter dirigi ſoleant, cap. vltim. 2 part. breviter oſtendimus. Per accidens vero quilibet Planeta ſignificationes alias ſuſcipit ex natura domus, in qua conſtituitur, & eius etiam, cui in themate ſeu radice imperat. Veluti Sol per ſe vitam valetudinem, ac dignitates ſignificat. Quando vero in 7 conſtituitur, aut ſigni ſeptimæ domus dominus eſt, coniugij etiam ſignificationem ſuſcipit.

3 Cauſſa ſignificati mõſtratur à promiſſore.

Tertio cauſam ſignificati monſtrare promiſſorem, qui eſt vel Planeta, vel radius, ad quem ſignificator dirigitur, & quidem ſimiliter vel per ſe, vel per accidens. Per ſe quidem, cum per res vel perſonas ſignificatum producitur, quas denotat Planeta ex ſua natura. Per accidens v. cum res & facta concurrunt, quæ per domum radicis, in qua concurſus directionis fit, ſignificatur, & effectui cauſſam dant.

Veluti in fortunata directione, cauſſam felicitatis monſtrat promiſſor, cum ex ſua natura, tum domus illius ad quam directio pertingit. Sic in infauſta directione, cauſſam infelicitatis promiſſor oſtendit. Provenit enim malum à rebus & perſonis quas promiſſor & per ſe, & ratione loci thematis, in quem directio cadit, repræſentat.

Card. 3 Aphor. 26 dicit, in directionibus locum ſignificatoris materiam præſtare, ſignificatorem vero formam: Sit promiſſor efficientem. Reſpicientes vero Planetæ auxilia vel impedimenta rei futuræ denunciant.

Quinque hylegialia loca principaliter dirigi ſolent.

Cum v. à Ptolem. ſent. 77 centil. & cap. 12 libr. 3 quadr. conſtituantur ſignificatores præcipui ſeu Aphetica loca, quæ ad ſuos promiſſores progrediuntur quinque Horoſcopus, M. C. ☉, ☽, & ⊕. Nos de ſingulis ex Gaurici primo mobili, vnde Iunct. in ſuum ſpeculum, & tractat. de iud. Natit. & Ranzov. in part. 4 Aſtr. tract. pleraque tranſtulit, quædam huc pertinentia proponemus.

Horoſcopi directio pro quib. dirigi ſoleat.

Horoſcopi ergo directio, quia vitam, animi affectiones, & peregrinationes ſignificat, ſi inciderit in beneficos beneficorum Planetarum radios, vel ipſorum congreſſus, bonum præſtabit eventum; Si ad malos malorum radios, nil niſi malum & perniciem affert: Si vero ad beneficos malorum, vel hoſtiles beneficorum devoluta fuerit, remiſſiores morbos minoraq; mala ſignificabit.

Directio horoſcopi ad Saturnum.

Ac in ſpecie horoſcopi directio ad coniunctionem ♄, nato mortis pericula denunciat, niſi fortunæ ✱ aut △ radio locum directionis aſpexerint, aut corporali præſentia adfuerint. Tunc enim evadendi ſpes eſt. Semper vero hæc directio nati corpus frigidis morbis impugnat, cuiuſmodi ſunt ſplenis dolores, febres quartanæ, cholica tormina, eritque natus anxius, triſtis & maximis ſollicitudinibus implicabitur; caveat autem loca obſcura, ſpeluncas ſubterraneas, ne in illis diſcrimen vitæ ſubeat. Ac Saturno in ſigno igneo exiſtente, malam corporis diſcraſiam ex calido & frigido indicat. In terreo, melancholiam & apoſtemata melancholica, cancros, Anthraces. In aereo, ventoſitates corpus diſtendentes, & cruciantes: In aquaticis, humores phlegmaticos, morbos frigidos, apoplexiam, hydropem, podagram, arthritidem.

Horo-

△ vel ✱ ♄

Horoſcopi ad trigonum vel ✱ ♄ directio, nato mediocrẽ valetudinem & animi tranquillitatem pollicetur, converſabitur natus cum viris adultioribus, Saturninis, & exercebit cum potentioribus honorificum magis quam lucroſum commercium, erit felix in inceptione operum inprimis terrenorum; cuiuſmodi ſunt puteos fodere, aquas ducere, agriculturam & vineas colere: fundamenta ædificiorum ponere: △ tamen felicior eſt ✱.

□ vel ☍ ♄

Horoſcopi ad □ vel ☍ ♄, nato formidabilis eſt de morte, & mortis periculis, affert etiam ægritudines frigidas & ſiccas, febres quartanas, morbum veternum, vertigines, & moleſtas ac anxias animi perturbationes.

Ad Term. ♄

Ad terminum vero ♄, reddit natum pigrum, tardum, taciturnum, alta tamen mente, malitioſum, cuius conſilia vel tardos vel nullos habent effectus.

Horoſc. ad Iov. m.

Horoſcopi ad corpus Iovis directio, nato optimam corporis ſanitatem, vireſque integras decernit: Eritque natus lætus, affabilis, comis, facetus, qui Iovialium patrocinio atque largitionibus divitiis & honoribus creſcet, quique omnia feliciter orditur & peragit, ac ſi ætas fert connubium vel init, vel de eo tractat.

△ vel ✱ ♃

Ad △ aut ✱ Iovis, magnam felicitatis gloriam in vita & actionibus & patrimonii ac amicitiarum augmenta affert, corporis ſanitatem & animi tranquillitatem præſtat, facitque ut natus gratus ſit Principibus & Eccleſiaſticis, & legationibus ac itineribus honoratis adhibeatur; fit quoque ſubſtantiæ autor, munificus tamen, liberalis, eloquentiæ addictus.

☍ vel □ ♃

Ad ☍ vel □ ♃ aliquas quidem in corpore inæqualitates deſignat; Affert etiam odia, inimicitias, ſimultates, præſertim cum Iovialibus, Iuriſperitis ac religioſis hominibus, qui ſub amicitiæ prætextu natum dolis & inſidiis petent, ut detrimenta patiatur, ſed non multum nocere poterunt hæc mala.

Ad term. ♃

Ad terminum Iovis decorat natum probitatis, iuſtitiæ ac religionis teſtimonio, & contribuit nato honorem, facultatem incrementa, corporis ſanitatem & gaudia.

Horoſc. ad Martem. Et □ vel ☍ ♂

Horoſcopi ad corpus, □ vel ☍ radium Martis directio, natum variis morborum, ex redundantia choleræ & vehementi ſanguinis cholerici aduſti ebullitione provenientium, atque periculorum ac infortuniorũ generibus obiicit; imminentem quoque mortem denunciat, niſi fortunæ malum mitigaverint. Minatur etiam pericula corporis, caſum ex alto, vulnera, ferri aduſtiones & diſpendia non modica. Vt vero nato inimicos ſuſcitat, præſertim in oppoſito radio, accuſationes, movet & iram, violentos ac temerarios impetus in nato accendit: Ita ſimul admonet, ut toto tempore directionis, bellicos conflictus fugiat, & loca, in quibus tormentales machinæ eiiciuntur, ne ſubita morte e viventium numero tollatur: Inprimis vero Marte conſtituto in ſigno igneo, æſtuationes & inflammationes corporis ſignificantur, quæ acutorum morborum, ut febris.

Digitized by Google

bris ardentis pleuriſis, item febris tertianæ, phtyſis & peripneumoniæ, & calidorum apoſtematum, ut phlegmonum & Eriſipelatum cauſſa ſunt. In terreo caſus lethales & exſiccationes humorum: In aereo calores & inflammationes corporum. In aquo diſcraſiæ activarum & paſſivarum qualitatum portenduntur.

Ad △ vel ✶ ♂, decernit exercitia Martialia, equitationes, digladiationes, haſtiludia, & quod ab aliis militibus amabitur & laudabitur: Erit gratus principibus ob inventa ſtratagematum, & quomodo hoſtes artificioſe vincendi ſint, & accipiet ab iis emolumenta, & honorum inſignia. — △ vel ✶ ♂

Ad terminum ♂, efficit natum cholericum, temerarium & variis generibus ſcelerum & flagitiorum ſeſe implicantem, laborantem quoq; acuta aliqua corporis dyſcraſia. — Ad termin. Martis.

Horoſcopi ad corpus ☉ directio, nato dignitatem vel officium aliquod glorioſum à principibus indicat, facitque eum gratum & acceptũ, non tamen ſine variis cogitationibus & ſollicitudinibus animi, ſineque publicatione omnium vitæ ſecretorum: Sol enim omnia pandit. Affert quoque corporis dyſcraſiam, capitis dolorem, & oculorum præcipue dextri diſcrimen, iacturam ſubſtantiæ, & cum aliquo fratrum vel ſororum diſſidium. — Horoſc. ad Sol. m.

Ad △ vel ✶ ☉ ſanitatem corporis, animi tranquillitatem, & facultatum incrementa manifeſta denotat. Decernit etiam novos & ſplendidos amicos, & dignitatis augmenta, honorataque itinera: Erit q; natus in actionibus felix. — Ad △ ✶ ☉

Ad ☍ ad □ ☉, vitia plurima cauſſa caliditatis corpori infligit. Cõcitat odium principis, vel indignationem nobilium. Patri etiam periculum ſeu iacturam vitæ indicat, niſi fortunatarum ſtellarum auxilio liberetur. Affert quoque plurima damna, dolos, fraudes, cum fortunarum iactura, & cruciabitur oculorum dolore, aliiſque cholericis ægritudinibus: Remiſſiora tamen hæc in quadrato quam oppoſito radio eſſe ſtatuuntur. — □ vel ☍ ☉

Horoſcopi ad corpus ♀ directio, nato proſpera quæque cum optima corporis ſanitate, gaudio mentis atque animi tranquillitate decernit: Erit gratus & acceptus mulieribus, & vel novo capietur amore, vel reviviſcent veteris veſtigia flammæ; ſique ætas & vitæ conditio admiſerint, nuptias celebrabit, vel de renovando coniugio multa verba faciet, delectabitur quoq; rebus odoriferis, & aureis ac gemmeis ornamentis. — Horoſc. ad Ven.

Ad △ vel ✶ ♀ tempus ſalubre, lætum, utile ac proſperum indicat, quo natus ad iocos, luſus, choreas, convivia & Venerem propendebit, & uxorem ducet honeſtam ac pulcram, ob radium benignum; unde venuſtam sobolem ſuſcipiet. Quod ſi tamen vitæ monaſticæ ſeſe devovit, & coniugia abhorret, beneficia illorum loco ſortietur, unde opes & rem hæreditariam augmentabit. — △ vel ✶ ♀

Ad □ vel ☍ ♀ nato vitium corporis ſignificat, quo vel ex crapula nimia & coitu frequentiore ægrotabit, ut aliquandiu vix conſiſtere poſſit: — □ vel ☍ ♀

Inte-

Interim cupiditatibus nihilominus indulgebit, & fornicationibus ac adulteriis committendis ſe dabit, eamque ob cauſſam infamia notabitur: Cum mulieribus quoq; ut uxore vel amica diſſenſiones habebit, & contentioſa iurgiorum certamina.

Term. ♀ *Ad terminum ♀ natum bene valentem, robuſtum, benignum, ad lauta convivia & muſicam propenſum præſtat, eidemq; felices ſucceſſus in vita & actionibus, gratumque cum virginibus & adoleſcentibus conſortium conciliat.*

Horoſc. ad ☿ Horoſcopi ad corpus ☿ directio, natum ad ſcripturas & literarum ſtudia, poeticen & mathematicam non modo excitat, ſed & inde lucrum & commodum, quo ex laboribus rem ſuam augere poſſit, offert; ſortietur officium utile & glorioſum, & vel ex proventibus officij ſui locupletabitur, vel in mercibus commutandis fortunabitur.

△ vel ✶ ☿ Ad △ vel ✶ ☿ ingenii acumen & ſolertiam ad diſciplinas capeſſendas confert, natumq; procliviorem ad literarum ſtudia & ſolito eloquentiorem efficit. Hinc & felicitatem in actionibus, profectum egregium in ſtudiis, & lucrum ex commerciis promittit; faciet quoque iter cauſſa legationis honoratum.

□ vel ☍ ☿ Ad □ vel ☍ ☿ diſpendia in literarum ſtudiis, animūq; à ſtudiis alienum notat, ſopitas cauſſas odiorum & ſimultatum excitat, contractibus ſimulatis fictiſq; ſermonibus decipit, & litibus natum involvit minatur etiam ſervorum rapinas atq; expilationes, atq; adulteratæ pecuniæ crimen inducit.

Ad Termin. ☿ Ad terminum ☿ natum fidelem, iudicio recto informatum, public. rationibus accommodatum, & ad merces commutandas, ſcripturas formandas, & ſtudia exercenda aptum facit.

Horo. ad Lu. direc. Horoſcopi ad Lunæ corporis directio inprimis ſi ☽ debilis & afflicta ſit, pericula aliqua tam corporis quam animi minatur: Cavendumq; erit nato, ne prope aquas aut paluſtria loca vitæ diſcrimen adeat. Varietate quoq. magna hominis vitam conturbat, ut ipſa Luna lumine & motu varia eſt; & divitias paupertatis anguſtiis premit, rurſus anguſtias repentinis divitiis relevat. Fortunata vero Luna nato proſperitatem & gaudia, corporis ſanitatem, felicemq. in negotiis tractandis, abſolvendis, & peregrinationibus ſucceſſum ſpondet.

Ad △ vel ✶ ☽ Ad △ vel ✶ ☽ nato variorum negotiorum expeditionem cum honoris & lucrorum incremento, quietemque ſalubrem animi & corporis promittit, periculorum metum aufert, & ad quævis negotia natum habilem facit; matris quoque & mulierum cognatarum, trigonus præſertim proſperitatem innuit, gratumq; his & aliis mulieribus ac virginibus natū facit; unde ſi ætas admiſerit, nuptias quoq. eidem decernit.

Ad ☍ vel □ ☽ Ad ☍ vel □ ☽, lites & controverſias cum genitrice vel uxore, vel etiam amica, ex zelotypia excitat; habebitque natus certamina cum plebeis hominibus & vilibus mulieribus, cum dedecore & diſpendio honorum, ſentiet etiam ægritudines ex vitioſis humoribus & periculum vitæ in aquis, in oculis denique, præcipue ſiniſtro, dolores vel damnum.

Ho-

Digitized by Google

Ad ☊

Horoſcopi etiam directio ad ☊, *ex ſententia Arabum, nunciat natum florida corporis ſanitate & mentis tranquillitate vſurum, & cum Iovialibus, vt Eccleſiæ Cardinalibus & Prælatis commercium habiturum vtile & glorioſum, nec non hæreditatis extraneæ acceſſionem nacturum.*

Ad ☋

Ad ☋ vero, *nato inſalubritatem, febrem aliquam malignam & peſtilentialem, ventris profluvium, cholicam paſſionem, herniam, gonorrhœam, & alia multa corporis mala excitat. Caveat etiam natus, ne venenata pocula bibat, aut contagioſa loca adeat, & in ignominiam, dedecus, amiſſionemq; ſubſtantiæ incidat.*

Ad ⊗

Directio horoſc. ad partem fortunæ, *nato ex inſperato vel etiam ex labore inſignia rerum mobilium incrementa ſignificat. Ac ſi ♃ locum illum irroraverit fiet id Iovialium patrocinio: ſi Sol, regis vel principis munificentia: Si ♀ mulierum: Si ☿, Mercurialium ope, vel ingenij & ſolertiæ nati cauſſa.*

Horoſcopi directio ad ſtellas fixas.

Directio etiam horoſcopi ad ſtellas fixas regias, vel felicitatem & commoda, vel infelicitatem & detrimenta maxima afferre ſolet: vnde vt plenior ſit doctrina directionum, ex Gaurici primo mobili & Iunctini tractatu de ſtellis fixis, quædam, quæ & Ranzovius recitat, huc referemus.

Canopum Haſtile Bootis Arcturum Caudam Leonis.

Directio horoſcopi ad Canopum vel haſtile Bootis, *quæ ſunt ſtellæ Saturniæ & Ioviæ;* Vel ad Arcturum *Martiam & Ioviam;* vel caudam ♌, *Saturniam & Veneream, decernit nato fortunam & claritatem, qua cum gaudio & lætitia in hoc mundo perfruetur, item lucrorum copioſa præſidia. Implicabitur vero nihilominus varijs occupationibus, litibus ac formidinibus.*

Lucidam in ſcuto Argo navis.

Ad lucidam ſtellam in ſcuti medio Argo navis, quæ Markeb dicitur, *Saturniæ Ioviæq; complexionis, inſinuat nato itinera honorata & lucroſa, quæ lætitia & ornamento ſeu dignitate plenus prudentia gravis, iniuriarum tamen patiens, in conſortio cum Saturninis & Iovialibus imbuet.*

Cingulum Orionis.

Ad Cingulum Orionis naturæ ♃ & ♄, *pollicetur vtilitatem ex mortuis, ſive hæreditatis egregiam portionem, vel etiam lucra ex Iovialium largitionibus, gravitatem quoq; & ſeveritatem, amoris illecebras, & levem quandam alterationem ex nimio coitu poſt crapulam.*

Cor Leonis.

Ad cor ♌ de natura ♃ & ♂, *opes affluentiſsimas & honores ampliſſimos, exiſtimationem quoq; apud reges & principes ſummam nato contribuit; ad verſariorum vero peſſundationem & excidia: acutam tamen ſive cholericam ad breve tempus patietur alterationem.*

Canē minorem.

Ad Algomeyſam ſeu Canem minorem de natura ☿ & ♂, *indicat nato iracundiam, qua actibus Martialibus implicabitur, ſapientiam tamen amare videbitur, vt ſagax, ſubdolus, vafer, callidus, vapidam ſervet ſub pectore vulpem: faciet etiam diſpendia multa cauſſa libidinis, eique ignominiæ aliquid objicietur; ex mercibus iacturam magis quam commodum ſentiet, in ſcripturis & literarum ſtudijs infortunabitur, & ex furtis ſervorum ſive Martialium detrimenta patietur.*

Fundum vaſis Spica virgin.

*A*d fundum vaſis de natura ♀ & ☿; vel ad ſpicam ♍, de natura ♀ & ♂; *gradum ſummum in religione ſeu Eccleſia pollicetur, cum ingenti laude, & magnam cum divitiis exiſtimationem, ob ingenij ſagacitatem: Apud Venereos*

Ad △ vel ⚹ ♄

Ad △ vel ⚹ ♄, fortunam ſignificat à Saturninis ſeu ætate grandævis hominibus, quibus cum etiam amicitiam magis vtilem quam honoratam contrahet, ſervabitque natus gravitatem ac ſeveritatem quandam,& plus ſolito venerabitur atq;commendabitur: Habebit etiam ſubſtantiam à Monachis,Eremitis vel religioſis. In colendis denique agris, hortis,vineis,& arboribus plantandis multum occupabitur,inprimis ſi ♄ hæreat in ſigno terreo ♉ vel ♑.

Ad ☍ vel □ ♄

Ad ☍ vel □ ♄, laborioſa mala & infortunia nato decernit, ſpoliat eundem dignitatibus,honoribus,officiisq; , per homines Saturninos, utpote ruſticos, agricolas, cerdones, qui in eius perniciem quaſi coniurabunt & conſentient:Ac ut vulgaribus hominibus mendicitatem & infamiam quandam:ita proceribus damna, amiſſiones per furta, accuſationes & proditiones denunciat.

Ad Termin. ♄.

Ad terminum ♄ provocat Saturninos contra natum, qui eum privent dignitate & honoribus.

Medii cœli direct. ad Iovē.

Medij cœli ad Iovis corpus directio, nato ſalubrem vtilem & glorioſum annum affert,quo ad dignitates & honores evehitur,& principis alicuius Eccleſiaſtici patrocinio ad prælaturam cum affluentia proventuum pervenit,vel donis ampliſſimis locupletatur.

△vel⚹♃

Ad △ vel ⚹ Iovis, idem præſtat quod coniunctio: Magis tamen ad △. Extollit enim hæc directio pauperem è ſtercore, & collocat eum cum principibus, & bona ſumma, ac felicitatis acceſſus ineffabiles ſecum affert.

□ vel ☍ ♃

Ad □ vel ☍ Iovis,nato cauſſa legum,iudiciorum,ſententiarumque multa gravamina ſignificantur. Habebit iudices & Iuriſconſultos parum æquos, qui ex invidia nato obeſſe, eumque dignitatibus & officiis exuere ſtudebunt, ſed ex parte fruſtra. Sentiet etiam à ſpiritualibus moleſtias, eorumque cauſſa de ſua ſubſtantia aliquid amittere cogetur.

Term. ♃

Ad terminum Iovis, promittit ſalubritatem corporis & felicitatem in vita & actionibus.

Medii cæli direct. ad ♂.

Medii cœli ad corpus ♂ directio,natum in maxima vitæ & fortunarum diſcrimina conicit. Iras namque potentiorum præcipue Martialium concitat,& fugam,exilium,ac carceres nato minatur,incendia quoque & adustiones & miſeras patrimonii diſſipationes facit.

⚹ vel △ ♂

Ad ⚹ vel △ ♂, denotat quod natus haſtiludiis, armis & aliis militaribus exercitiis ſeſe immiſcebit:vnde & a Magiſtratu Martialibus officiis decorabitur,& militum ductoribus gratus & acceptus erit.

□ vel ☍ ♂

Ad □ vel ☍ ♂,mala multa denunciat,furta, latrocinia, odia, contentiones,quæ tam à nato, quam ab aliis in natum provenient; Significat & adulterinæ monetæ fabrum,& ab huiuſmodi fabris deceptum; vnde & publica mors metuenda.

Term. ♂

Ad terminum ♂; Martiales homines contra natum excitat, matrique & alicui ex filijs nati adverſam valetudinem, & fortem iniquam denunciat.

Digitized by Google

Med. cœli ad Solem directio. M.cœli ad corpus ☉ directio,natum ad honores, & dignitates e: vehit, notumq; gratum & acceptum regibus, principibus & illuſtribus perſonis facit;quorum etiam negocia magna fidelitate & ſolertia expediet, ut nomen & favorem mereatur: Eſt etiam directio hæc commoda & felix parentibus,quibus proſperitatem promittit.

Ad ⚹ vel △ ☉ Ad ⚹ vel △ ☉, officia publica & honores,ac à rege vel magno principe munera & gratiam,ac favorem nato pollicetur: vnde & res ſuas ita inſtituet,vt magnanimus,munificus, nihil humile cogitans habeatur, & Reipublicæ cum laude vel præſit vel præeſſe iudicetur ab omnibus.

Ad □ vel ☍ ☉ Ad □ vel ☍ ☉, variis diſcriminibus natum obiicit. Gratia enim & favore principum ac magnorum virorum natum ſpoliat, dignitatibus & officiis privat,omnemque eius fortunam mutat & pervertit, adeo ut carceres,exilia,nonnunqnam & mortem iuſſu principis pati cogatur. Notet & hæc directio parentibus, eorumq; ut & ipſius nati facultatibus damna per ignem infert.

Med. cœli ad ♀ directio. M.C.ad corpus ♀ directio,alacritatem animi & lætitiam, item convivia, & comeſſationes nato indicat, conſortium etiam gratum cum adoleſcentulis & nobilibus mulieribus, & ſi tempus fert, nuptias decernit.

Ad ⚹ vel △ ♀ Ad ⚹ vel △ ♀,amores mulierum erga natum excitat,& novas domos,ſtructuras,novaque veſtimenta, ſingularemq. lætitiam & gaudium nato confert,benevolentiam vulgi & favorem hominum largitur; fortunam deniq. non mediocrem,item proſperam valetudinem matri nati,eiuſq. agnatis & ſanguine iunctis mulieribus promittit.

Ad □ vel ☍ ♀ Ad □ vel ☍ ♀, damnoſa & infamis eſt nato; quippe odia lites & contentiones concitat,famæ & honori detrahit cauſſa mulierum,natoque toxicis & amoris periculis inſidiatur: Innuit etiam uxoris vel matris mortem & divortia,rerumq. pulcrarum amiſſionem patietur, inprimis oppoſitio,cum □ radius minorum ſit virium.

Ad Term. ♀ *Ad terminum ♀ gaudium & lætitiam converſationemq; iucũdam nato promittit cum mulieribus,eorumq; quæ in votis habuit, compos fiet.*

M. C. ad ☿ direct. M. C. ad corpus ☿ directio natum in negotiis expediendis fortunat,honores & dignitates cauſſa ſcripturarum,numerorum,& literarum confert,gratumq; hominibus propter induſtriam & ſapientiam facit;unde & non exiguam ſubſtantiæ acceſſionem ſentiet.

Ad △ vel ⚹ ☿ Ad △ vel ⚹ ☿, felices in literarum ſtudiis, negociis, commerciis & officiis ſucceſſus pollicetur, & cum Mercurialibus converſationem utilem, & iucundam, item in itineribus fortunam, & commodam expeditionem, officiumque legationis honoratum promittit.

Ad □ vel ☍ ☿ Ad □ vel ☍ ☿, grave & difficile tempus nato portendit. Invidia enim & odio premitur a viris ingenioſis & Mercurialibus, qui animum nati variis ſollicitudinibus, eiuſque actiones variis interpellationibus exercebunt & turbabunt.Facinoroſis quoq;negociis implicabitur; quæ honore & officiis eum privare annitentur.

Ad

Digitized by Google

Ad terminum ☿, ingenium nati excitat ad ſtudia, eumq; in illis, & negocijs literarijs expediendis, fortunat. Ad term. Mercurii.

M.C. ad Lunæ corpus directio, varium, inſtabile & inquietum tempus nato denunciat, quo variis de cauſis corpore & animo agitabitur, nec fortuna uno loco conſiſtet, ſed nunc læta nunc aduerſa animadvertetur, eritq; divitiarum conditio mutabilis prorſus. M.C. directio ad Lu.

Ad ✶ vel △ ☽, fortunam largitur, & à populo honores ſolito maiores, item à muliere aliqua inculta munera promittit, proſperabitur in officiis & negociis ſuis mediocriter, & connubio ſibi iunget uxorem vel valetudinariam, vel vitio aliquo corporis inquinatam. ✶ vel △ ☽

Ad □ vel ☍ ☽, populi odia, rixas & contentiones cauſſæ mulierum, item dignitatum & officiorum iacturam portendit, patietur natus gravia diſpendia libidinis cauſſa à vilibus mulieribus, quæ & toxicis nato inſidiabuntur. Minatur quoque matri vel uxori nati ægritudinem vel mortem. □ vel ☍ ☽

M. C. ad ☊ directio, *felicitatem deſignat circa negociationes, & in omnibus actionibus fortunatum, honoreſque à Iovialibus, & Venereis perſonis pollicetur.* Ab ☊

Ad ☋, *difficultates & infelicitatem portendit: Eſtq; mala & ignominioſa nato & eius actionibus, irritat etiam contra natum Saturninos & Martiales, & infirmitatem ſignificat oculorum.* Ad ☋

Ad ⁘ *cumulandis opibus non modo intentum, ſed & fortunatum efficit natum. Hinc & plus ſolito fœnerabitur, quando in pretio precium nunc eſt, dat cenſus honores.* Ad ⁘ ☽

M.C. directio ad hircum ſeu Capellam 1 magn. ſtellam & cor ♏ 2 *magn. de natura ♂ & parum ♃, nato conſortium tribuit honorificum magis quam lucroſum cum Martialibus & Iovialibus; diſpendia namq; faciet multa, eritq; ad exercitia militaria propenſior; unde & dominium ei aliquod militare à Iovialibus demandabitur, vel in maritimis negocijs dabitur poteſtas in nautas, quorum tamen pleriq; ex invidia cum odio proſequentur. Ex inopinato etiam caſu genetrici vel filio ſi natus aliquem tunc habuerit, mortis periculum ex ferro, igne, aqua ferventi, aut gravi ægritudine portenditur,* M.C. directio ad capellam. cor Scorp.

Ad dextrũ Orionis humerum de natura ♂ & ☿ *denotat natũ occupari in Martialib. negotijs, tanta arte, ſolertia & ingenij dexteritate, ut & ſtratagemata reperiat, & inde dignitatem & honoris inſignia apud milites & Mercuriales homines, viros nempe ingenioſos conſequuturus ſit.* Dextrum hum. Or.

Ad oculum ♉ de natura ♂ & ♀, *adverſam nati fortunam in meliorem commutat honoris etiam inſignia & divitiarum incrementa ex Martialium, & Venereorum patrocinio contribuit.* Ocul. Taur.


Ad humerum ſiniſtrum Orionis ſeu bellatricem, ſtellã ſecundæ magn. de natura ♂ & ☿ *denotat nato rixas & calamitates multas. Incidet enim in odia ſimultates & hoſticas impugnationes. & niſi prudenter ſibi caverit, iuſſu principis Martigeræ, & odio atq; accuſationibus Mercurialium, carceris aut exilij incommoda patietur, cum brachiorum cruciatu & ignominia, infamia ob falſas ſcripturas, vel etiam pecunias adulterinas.* Hum. ſini. ſtr. Orion.

Ad

Ped. ſiniſt. Orionis. Ad Rigel 1 magn. in Orionis ſiniſtro pede de natura ♃ & ♄, *inſinuat natum iuſſu magni principis Iouij iam ſeneſcentis ductorem futurum exercitus, ſiue quorundam militum, aſperum, iracundum, intrepidum, imperioſum, magnanimum: vel natum conſecuturum dignitatem Eccleſiaſticam lucroſam, laboribus tamen & anxietatibus multum conquaſſabitur.*

Canopum Caudam ♑. Ad Canopum vel caudam ♑ ſtellas de natura ♄ & ♃, *denotat nato, patrocinio Eccleſiaſtici antiſtitis iam ſeneſcentis, dignitatem amplam, cum ingenti exiſtimatione, gloria, & diuitiarum abundantia, quibus & genitr. x, & filius, ſi aliquis ſit data ſorte fruentur.*

Cor Leon. Can maiorem Arct. Ad cor ♌, Canem maiorem & Arcturum ſtellas de natura ♃ & ♂, *nato iuſſu magni principis dignitas fiſcalis, & in populos dominium demandabitur, vel oppidi aut ciuitatis gubernator efficietur; fluminum præterea & aquæ ductuum dirigendorum vel ædificiorum extruendorum onera ſuſcipiet, in quibus omnibus commendabitur & rem augebit. Facit etiam natum ad bellicas gubernationes procliuem & aptum, & potentiorum negocia exercebit cum honore magno.*



Spic. ♍ Ad ſpicam ♍ de natura ♀ & ♂, *confert nato honores ſupra ſtirpis propria*

priæ conditionem: Habebit enim in populos vitæ neciſq; poteſtatem: Et compertum eſt ex multis genituris quod ex ignobili proſapia orti, qui ſpicam ♍ vel cor ♌ habuerunt in M.C. vel horoſcopo, ad ſumma rerum & honoris culmina pervenerint, & ad pontificiam dignitatem evecti ſint. Nunquam enim hæ ſtellæ, quod ac vitæ huius bona attinet, malum ſortiuntur exitum; ut videre eſt ex genitura Iulij ſecundi Pontificis, ante Pontificatum Iuliani de Ruvere dicti, nati Anno 1445, ut Iunctin. habet in caput 1 lib. 4 quad. Ptolem. Hor. 3 24 l. poſt meridiem, non vero ut Ioan. Garcæus ſcribit H. 0, 54 l P. M. In hac enim geneſi præter alia divitias & augmentum rerum ac bonorum ſignificantia; ut quod pars fortunæ in octava domo cum Venere, diſpoſitores habuerit ☿ & ♄, qui Iovi in nona feliciter coniuncti fuerunt, & quod ♃ ſecundæ domus domin. extiterit; hoc quoque acceſſit, quod Regulus ferme in cuſpide M.C. fuerit, & directio M. C. circa annum ætatis 46 ad ſpicam ♍ devenerit: Quæ conſtituto ipſi paulo poſt Anno Chriſti 1503 Pontificiam dignitatem magnaſq; divitias attulit; quædam tamen in bellis, quæ maxima geſſit contra Venetos, & Gallos, diſſipavit, ob Martis ad partem fortunæ vicinitatem. Genit. Iulii II Pontificis.

Ad pleiades de natura ♂ & ☽, *turbulenta & pernicioſa negocia, lites, iurgia, & controverſias mulierum cauſſa portendit, quibus ita genitus anxietates, damna & dedecus experietur, & vel ad hoſtiles aut piratarum manus detrudetur, vel carceris aut exilij incommoda ſentiet. Ac licet nonnunquam directio hæc in principio honores decernat, malum tamen & cum dedecore coniunctum exitum tandem affert, inprimis in malis & infelicibus genituris.* Pleiades

Ad caput Algol de natura ♄ & ♃, *magnum aliquod vitæ diſcrimen denunciat homicidiorum cauſſa, quorum vel autor vel adiutor vel conſcius accuſatus, in capitis diſcrimen venit; vel ſi ad bonum inclinat, eiuſmodi magiſtratum ſpondet, qui in alios vitæ poteſtatem habet, & multos capite mulctare iubet.* Cap Algol.

Medij etiam cœli ad domum 11 directio, nato novos & non obſcuros conciliat amicos Iovios, ſi ♃ ibi fuerit, aut locum illum feliciter aſpexerit; Venereos ſi ♀, nobiles & magnates ſi Sol, &c. & ſi quid natus ab illis efflagitaverit conſequetur id facile. *Ad 12 domum*, caveat natus ſibi ab inimicorum occultorum inſidiis & principis ira, neve carceres, aut exilii incommoda experiri cogatur, & ne damna à quadrupedibus, Equis, vel Tauris calcitroſis accipiat. *Ad horoſcopum* claros decernit honores & laudem, quanquam raro eo pertingat. Medii cæli ad ſequēt. domos directio.

Directionis Solis eam ob cauſſam potiſſimum inſtituuntur, ut quia Sol vitalis potentiæ autor & ſignificator eſt, ſummamque inter aſtra præeminentiam habet, de nati valetudine proſpera & adverſa, dignitatibus & muneribus publicis, magnatum favore, & patris ſtatu atq. exiſtimatione, iudicium inde petatur. In ſpecie vero: De direct. Solis.

Directio Solis ad coniunctionem ſeu corpus ♄, nato eo ætatis ſuæ tempore magnas difficultates atque ægritudines corporis denunciat. Nam & ventris & cordis imbecillitatem, alterationes melancholicas, febrem quartanam, chronicos morbos, & bilis atræ exuberantiam, ac colicos dolores ſignificat, & patri nati capitis dolores: Item ipſi nato oculo- Ad Saturnum.

rum

Digitized by Google

tum vitia,dextri cum primis.Provocabit etiam indignationem principis Saturnini & nobilium contra natū,qui ipſi invidebunt,& bonis ac honoribus eius detrahent:unde & natum triſtitiæ & auxietates comitabuntur. In itineribus tam per terram quam per aquas pericula experietur.

Ad △ vel ⚹ ♄ — Ad △ vel ⚹ ♄, decernit honorum inſignia à principe Saturnino,& magiſtratu veterano. Nam & aliis proponetur,eoſque proſpere moderabitur,famamque gloriam & divitias conſequetur, adeo ut eius nomen in remotioribus etiam regionibus celebretur: Erit etiam natus hoc tempore ſeverus,gravis,& lucra ſolito maiora ipſi affluent ex agricultura, architectura,& adveniente hæreditate.

Ad □ vel ☍ ♄ — Ad □ vel ☍ ♄,valetudini grave & acerbum periculum, dextro oculo malum,& violentum caſum vel ab equo vel ædificio indicit: implicat etiam natum detrimentis ſubſtantiæ & bonorum,quæ a rapinis & expilationibus ſervorum atque ruſticorum provenient:honorum quoque deturbationem ſignificat, & in maritimis mercibus damna & naufragia. Denique parentes ſeiungit, & nato orbitatis affert incommoda.

Term. Saturni. — *Ad terminum ♄ triſtitiam,odium hominum,& invidiam nato conciliat, & ægritudines à cauſſa frigida adducit, ſubſtantiæ quoque & honorum amiſſionem nunciat.*

Direct. Solis ad corpus Iovis. — Directio ☉ ad corpus Iovis,natum corporis ſanitate, animi tranquillitate,& aliis vitæ ac fortunarum bonis beat. Honorum enim & ſubſtantiæ affert augmenta, & publicam quandam eminentiam vel beneficium Eccleſiaſticum,quod natus à ſummo antiſtite vel rege conſequetur: Erit in gratia apud principes,& cum divitibus & Iuriſperitis honorabilia fœdera amicitiæ inibit.

⚹ vel △ ♃ — Ad △ vel ⚹ ♃,nato confert aſtutiam,ſolertiam,& ad honores evectionem:unde vel primarius regis aut magni viri præſes efficietur,eritq; in ſua familia quaſi rex & paſſim à potentioribus amabitur. Promittit etiam beneficium Eccleſiaſticum, cum divitiarum affluentia non mediocri,& ſubſtantia eius mirum in modum augebitur.

□ vel ☍ ♃ — Ad □ vel ☍ ♃, contra natum excitat viros quoſdam Iovios religioni deditos,vel iuriſperitos, qui anxietate & ſollicitudine ipſum afficient, eiuſque ſubſtantiæ detrimentum afferent,quam tamen recuperabit,& adverſariorum improbitatem vincet, modo genitura non protſus ſit infortunata & mala.

Term. ♃ — *Ad terminum ♃ natum honore dignitate & bonis fortunæ auget, amabitur paſſim,& ſuos inimicos vincet: Fructur quoque corporis ſanitate & animi tranquillitate.*

Directio Solis ad Martem. — Directio ☉ ad corpus ♂,nati valetudinem ex æſtuatione bilis,febribus acutis,capitis doloribus acerrimis,oculorumque aciem hebitudine,aut aliis malis afficit, vulneribus faciem deformat, & corpus reliquum ferro,igne,vel aqua ferventi lædit;natumque inconſtantem & varium,in conſiliis,cogitationibus & actionibus deſignat, cui malefactorū cauſſa labores & difficultates evenient. Inimici eius ſuper eum ſeſe extollent

tollent

tollent, & cadent in odium regum & magnorum hominum: parentum quoque nomine gravamina ſentiet, & caveat, ne lædatur a morſu canis, equi, vel alterius animalis.

Ad △ vel ✶ ♂, Martialium, ut militum & nobilium amicitiam promittit, ad arma, equos, haſtiludia & digladiationes plus ſolito propenſiorem facit, animoſitatemq; & magnanimitatem confert: Regis præterea ſeu ducis patrocinio honorum inſignia tribuit, & laudem ac gloriam in re militari pollicetur. △ vel ✶ ♂

Ad □ vel ☍ ♂, nato morbum acutum, oculorumq; vitium, lippitudines aut cæcitates denunciat, cruenta vulnera infligit, & diſcrimina vitæ ex igne, ferro, vel ictu tormentalis machinæ minatur. Conſilia quoq; actionum irrita facit, & omnia propemodum infortuniorum genera denunciat. Natus ergo rebus arduis incipiendis abſtineat, & ſciat, ſe omnibus fere ſuis actibus impediri. □ vel ☍ ♂.

Ad terminum ♂, nato incommodum in vita, conſilij & actionibus affert, morbos acutos, conſiliorum & actionum adverſus eventus minatur. Term. ♂.

Solis ad corpus ♀ directio, natum ad muſicam, iocos, luſus, gaudia, convivia, choreas & Venereas voluptates excitat; novo capietur amore, aut reviviſcent veteris veſtigia flammæ; cum pulcra & nobili puella commercium habebit gratum, & volupruoſum, & vel uxorem ducet divitem & venuſtam, vel multa de connubio verba fundet: Salubritatem deniq; corporis, animi tranquillitatem, & amorem parentum promittit, quos & ipſe diliget & venerabitur. Directio ☉ ad Ve.

Ad ✶ vel △ ♀, magnum nomen, mirabilemque expectationem, & ſummos honores decernit nato; unde & magnas facultates acquiret, & ab omni populo præcipue Venereis diligetur, & eò magis ſi conditio familiæ aut proſapię nato teſtimonium dederit: Hinc enim & facilius ſua deſideria, quacunq; etiam conditione id fiat, complebit. ✶vel△♀

Ad □ vel ☍ ♀, ſterile tempus deſignat, quo ſobolem natus generare nequit, & quo difficultates in coniugio ſeſe offerunt, ut & impuris & turpibus cupiditatibus deditus, ſervilibuſq; ſtudiis & actibus occupatus, infamiam non mediocrem incurrat. □vel☍♀

Ad terminum ♀ natum ad voluptates, tripudia, & lauta convivia, proclivem facit, quo & parentes plus ſolito amat, viciſſimque ab illis amatur, & quo amori puellarum, rerumque formoſarum & odoriferarum cum primis ſtudet. Term. ♀

Solis ac corpus ☿ directio, variis negociis natum implicat. Nam & ad merces commutandas, & literarum ſtudia propenſus erit, & inde ſubſtantiæ acceſſionem & viciſſim amiſſionem ſentiet, & ut ob ingenii dotes magnifiet a multis, ita litibus & contentioſis certaminibus adhibebitur, vel legationis officia obibit, & fortè per teſtes falſos decipietur, ut & ſui patrimonii aliquam iacturam faciat. Direc ☉ ad ☿

Ad ✶ vel △ ☿, inquietum deſignat natum, qui multis quidem negociis adhibebitur, exiguo tamen cum emolumento, & lucro. ✶vel△☿

In itineribus quoque, ſcripturis, & reliquis negociis non per omnia felix erit, ſed in illis quoddam damnum ſentiet.

□ vel ☍ ☿. Ad □ vel ☍ ☿, natum variis accuſationibus & criminationibus objicit, cuiuſmodi ſunt falſarum ſcripturarum, adulterinæ monetæ, negantium res concreditas, indeque malum nomen & infamiam incurrit. Nam & malis moribus ſeſe exhibebit, gravibus perturbationibus diſtrahetur, & de ſuis officiis Mercurialibus dejicietur.

Term. ☿. *Ad terminum ☿ natum ad ſtudia literarum, & mercimonia exercenda aptum facit, unde & nomen acquiret, & plus ſolito amabitur & venerabitur.*

Directio Solis ad Lunam. Solis ad Lunæ corpus directio, valentudinem affligit, alterationem phlegmaticam non ſine capitis & ſtomachi doloribus affert, oculorum quoque aciem hebetat, & natum cœcutientem fallit; natum alias facinoroſum deſignat, quia propter rapinam vel furtum incommoda in corpore & bonis ſentiet, & itineribus varijs turbabitur.

⚹ vel △ ☽. Ad ⚹ vel △ ☽, nato Imperatorum ac Regum notitiam & gratiam conciliat. Negocia enim eorum cum honore & lucro expediet, & itinera proficua inſtituet, ducet etiam uxorem opulentam, vel de conjugio ſæpe loquetur, & augebit numerum amicorum.

□ uel ☍ ☽. Ad □ vel ☍ ☽, provocat multos potentes viros contra natum, qui & varijs modis eum turbabunt. In peregrinationibus infortunium patietur, & fortunæ bonis varie agitabitur, ut modo bonis abundet, modo vitæ ſubſidia oſtiatim quærere cogatur. Parentum quoque connubia hæc directio ſeparat, & corpus ac animum nati multis vitijs deformat, inprimis oculorum formidoloſas ægritudines concitat, occulta turpiter divulgat, & cum mulieribus ad zelotypiam vel libidinis cauſſam jurgia & contentiones promovet.

Directio ☉ ad ☊. Directio ☉ ad ☊, *natum acceptum & gratum facit principibus, quorum ope & opera ad dignitates, & publica munera promovebitur.*

Ad ☋. *Ad ☋, nati honoribus adverſatur, fortunaq; jacturam & malum in oculis præcipue dextro, item febrem vel phlegmaticam vel melancholicam minatur.*

ad ⊗. *Ad partem fortunæ, nato lata, utilia & honorata, & à principe largitiones & munera, rerumq; mobilium uberem copiam decernit.*

Directio Solis ad ſtellas fixas. Rigel. Solis ad Rigel ſeu pedem ſiniſtrum Orionis, *de natura ♃ & ♄ directio, audaciam, inſolentiam & fundendi ſanguinis cupiditatem nato denotat, qua & factiones excitabit, & factioſos fovebit, inimicos potentes provocabit, & infortunijs quibuſdam affligetur. Videat vero ut Saturninorum inſidias fugiat, quod duce prudentia, cum & ♃ pericula imminentia mitiget, facile natus præſtare poteſt.*

Cor Scor. Ad cor ♏, *claros decernit honores, modo natus caute agat, ne a Martialibus accipiatur, & in oculo dextro malum aliquod patiatur.*

Canem minorem. *Ad Canem minorem, militarem promittit dignitatem poſt varias contentiones, diſpendia, & potentioris cuiuſdam Mercurialis, ut Cancellarij atq; Martigena, ut Capitanei odia & acerbas indignationes minatur.*

Ad

Cor Leon.

Ad cor ♌, *natum regia quadam majeſtate & dignitate exornat, ut per multas regiones fama eius propagetur: Eſtq; hæc directio honorifica, utilis & felicißima nato, patri eius & omnibus ferme conſanguineis, ſed ægritudinem acutam nato & patri, non tamen exitioſam affert.*

Cap.Herc.

Ad caput Herculis ſeu Raſalgeti, *ſtellam naturæ* ♂ & ☿, *magnam quidem nato contribuit dignitatem raione ſagacitatis ingenij: verum cauſſa pecuniarum adulterinarum, vel cauſſa fœnoris & mercium, bonorum & honoris jacturam patietur, imo carceris aut exilij incommoda experietur.*

Ocu.Tauri

Ad oculum ♉, *felicis quidem fortunę dat initium, quandoquidem Martialibus adhærevit potentibus, qui honorum inſignia & lucrorum præſidia nato conferent, ſed exitus erit tragicus cũ honorum & fortunarum jactura, & exilij vel carceris incommodis.*

Chelas Scorp.

Ad chelas [illegible] *nati honoribus detrahit, & valetudini corporis officit, nec tantum nato, verum etiam genitori minatur, quibus febres acutas & venenoſas denunciat: In aquis quoque grande naufragii & vitæ diſcrimen nato portendit; expectationem tamen bonorum & gloriæ apud Martiales promittit, cum tempus hoc directionis ſit partim bonum, partim malum.*

Spicã ♍

Ad ſpicam ♍, *nato, parentibus, & liberis, ſi quos habet, eminentem confert dignitatem cum divitiarum affluentia, vt etiam cum ipſe tum alii admirentur, de tam ſubita evectione & auctione honorum & opum. Quod ſi etiam ſpica* ♍ *in culmine cœli exiſtat, & ad eam dirigatur Sol, decernuntur nato, patri & liberis, maximæ felicitates, & in Eccleſiaſticis ſummæ dignitates. Vivat igitur lætus ita genitus, & modeſte expectet huiuſmodi dignitatem & felicitatem. Nunquam enim hæc ſtella fulgentiſsima de natura* ♀ & ☿, *parumper etiam Iovis, malum exitum denunciate conſuevit.*

Cornu Meridionale ♉

Ad cornu Meridionale ♉, *de natura* ♂ & ☿, *oſtendit natum militaribus negociis hoc tempore occupari, & plurima machinari ſtratagemata, inſidias quoq; hoſtium & vitæ pericula experiri. Caveat vero ne in hoſtium manus perveniat.*

Pleiades

Ad pleiades, *honorem cum malo exitu denunciat, oculorum aciem debilitat, & aliquam ignominiæ labem adſert, patri quoq; ſi tunc vixerit, ſtragem decernit.*

Aſell.duos

Ad aſellos duos, *inſalubre tempus cum acutiſsima febre notat, vel incendium aliquod, cum vitæ periculo ac fortunarum & honoris iactura: inimicorum Martialium iras & odia cum ſummo dedecore experietur, & niſi prudenter ſibi caverit, capitis ſententiam ſubibit; & vel ad perpetuos carceres damnabitur, vel à carnifice publicè ſuſpendetur. Quod ſi tamen locum ſalutares & beneficę ſtellæ occupaverint, uel felicibus radiis illuſtraverint, poterit duce prudentia has pernicioſas cælorum minas effugere & aliorſum divertere.*

Præſepe.

Ad præſepe in pectore ♋ *ex profluuio morbum denotat; eritq; natus proclivior ſolito ad rixas, contentiones & hominum ſtrages, & forte uel homicidium perpetrabit, uel eius conſcius efficietur. Caveat vero, ne ferro vel igne, aut ictu lapidis, ſive tormentali machina interficiatur, aut quapiam contuſione oculorum acies eruatur Martialibus negociis implicatus, effugiat loca in quibus tormentales machinæ explodũtur, ne caput a cervice diſſolvatur: Poterit etiã*

niſi prudenter agat, caput ob iram principis amputari, exilio aut carceribus puniri, brachiorum tormenta experiri, ad triremes perpetuo deputari, aut à piratis dilaniari.

Solis directio ad domicilia. Solis denique ad ſingula cœli domicilia directio hæc ſignificat. Ad horoſcopum, *nati hoſtes occulti reconciliationem & amicitiam ſibi*

1 *quærent, ſervi plus ſolito fient obſequentes & natus quadrupedum domeſticorum cura & augmento delectabitur. Caveat vero ſibi à ſylveſtribus & indomitis.*

2 Ad 2, *dabit diſpendia honorifica, ac ſi felices ſtellæ ibi fuerint, promittit etiam acceſſiones rei familiaris & lucrorum copioſa præſidia.*

3 Ad 3, *natus itinera quædam brevia religionis aut voti perſolvendi, vel fratres, ſorores & conſanguineos inviſendi cauſſa faciet, ac ſi beneficarum ſtellarum teſtimonia acceſſerint, fauſta, ſin maleficarum, infauſta erunt.*

4 Ad 4, *theſauros abſconditos revelat, inprimis ſi benefici Planetæ aſtipulentur: eritq; natus ad agrorum & ædificiorum ſtructuram ſolito propenſior. Saturni vero malus radius ad quartam, à ruſticis damna denotat ex incendio, hoſtibus, natuſq; & pater nati, vel quem eius loco habet, calido & acuto morbo torquebitur, vel ferro aut igne lædetur.*

5 Ad 5, *liberis lætam ſortem pollicetur, & ab ipſis gaudia. Erit etiam ad res venereas & lauta convivia natus propenſus. Quod ſi tamen eam cœli ſtationem maleficorum Planetarum radiationes exceperint, liberi morbis affligentur.*

6 Ad 6, *ſervis & ancillis commodum quidem ſtatum, & ex minoribus animalibus lucrum promittit, ſed nato & genitori ægritudinem haud ſpernendam minatur.*

7 Ad 7, *nato morbum gravem denunciat, publicos tamen inimicos vincet & peſſundabit, connubium vel ipſe celebrabit, vel aliis procurabit.*

8 Ad 8, *natus de dote & rebus hæreditariis erit anxius, & cogitabundus plerumq; de morte, vel lugens ob interitum genitoris.*

9 Ad 9, *natus longum iter ſuſcipiet, vel viſendi orbis ſtudio, vel honorifica, & lucroſæ legationis cauſſa. Quod ſi nonæ domus ſignum aqueum fuerit, & à maleficis ſtellis ſauciatum, erunt itinera per aquas periculoſa ex naufragio & piratarum rapinis. A ſtellis vero beneficis irradiata nona peregrinationes fortunatæ erunt.*

10 Ad 10, *nato honores ampliſſimos à rege vel magiſtratu deſignat ſupra ſtirpis conditionem. Quod ſi tamen decima infortunata eſſet maleficarum ſtellarum præſentia vel malis radiis, nato ob regis iram carceres vel exilij incommoda evenient.*

11 Ad 11, *plurimos nato illuſtres deſignat amicos, & à miniſtris magni regis venerabitur, ac copioſa lucra ſentiet.*

12 Ad 12, *multos contra natum infenſos hoſtes provocat, inſurgentq; multi, qui invidia ſtimulis exagitati, nato clanculum maledicent, eiuſq; exiſtimationi detrahent, carceris quoq; vel exilij incommoda experietur aut ipſe, aut aliquis ſuorum: In magnis tamen quadrupedibus lucrum habebit.*

Lunæ

Digitized by Google

Luna directiones in eum finem fiunt, vt ſtatum corporis animiq; intelligamus, quando Luna naturalis potentia in homine gubernatrix exiſtit: Item vt matris, ſororum, uxorum, & filiarum conditionem videamus, rationemque itinerum, famæ, exiſtimationis, & honorum fortunæ ſciamus. In ſpecie namq;. De direct. Lunæ.

Lunæ ad corpus ♄ directio, nato frigidas & humidas affert ægritudines, apoplexiam, paralyſin, hydropem, podagram, arthriticum dolorem, & febres melancholicas ac phlehmaticas, eique decernit contentiones & cauſſas cum regibus, principibus aut ducibus, cauſſa mendaciorum & falſitatum, multa quoque gravamina a ſervis & ancillis ſentiet, armenta & animalia domeſtica ipſi morientur, partamque ſubſtantiam amittet: vnde in anguſtia & triſtitia vivet. ☽ ad ♄

Ad △ vel ⚹ ♄, natum potentibus viris proſpera & felici commendatione notum facit, magnos etiam gloriæ & honoris actus decernit, & dona à mulieribus vetulis, atque à plebeis hominibus honores cum officiorum obſequio. Erit etiam natus pronus ad ædificia extruenda, & expedienda ea, quæ ſpectant ad agrorum culturam, puteos effodiendos, & hortos irrigandos: cum agricolis ſeneſcentibus habebit conſortium vtile, & ex quadrupedibus lucrum. △ vel ⚹ ♄

Ad □ vel ☍ ♄ malis humoribus nati corpus replet, & vel febrem phlegmaticam efficit, vel natum ad omnes actus pigrum, inertem, tardum, triſtem & melancholicum reddit, qui & detrimenta à ruſticis, à ſervis furta, rapinas, & expilationem maternæ ſubſtantiæ experietur: animum denique uxoris adeo contra natum exaſperat, ut quotidie in acerbis diſſenſionibus, turbis ac rixis vivere cogatur: Et forte illo anno vel ipſe morietur, vel mater eius. □ vel ☍ ♄

Ad terminum ♄, nato mærorem, luctum, triſtes cogitationes, curas graves affert, & febribus melancholicis vel phlegmaticis corpus nati impugnat. Term. ♄

Lunæ ad corpus ♃ directio, nato valetudinem firmam, & inſignes honores decernit cum augmento ſubſtantiæ: Adverſariis vero nati detrimentum portendit: Faciet quoq; natus felicia & proſpera itinera, vel in gaudio & quiete vivet. Lunæ directio ad Iovem.

Ad △ vel ⚹ Iovis, natum dignitatibus & honoribus ſublimibus auget, & ex deiecto ac humili loco in ſummum attollit, redditque eum clarum, notitia ſummorum virorum ornatum. ⚹ vel △ ♃

Ad □ vel ☍ ♃, minatur nato in dignitatibus quaſdam difficultates, implicatque eius animum arduis negocijs. Etſi vero Iuriſperitos & religioſos infenſos ſibi ſentiet, qui nati commodis temere inſidiabuntur, ipſe tamen ſua conſtantia & probitate ſpretis lividorum impugnationibus, aliquam ſortietur dignitatem Eccleſiaſticam non ſine difficultate quadam, & qui nato infenſi fuerunt, tandem eius amicitiam vltro efflagitabunt, & amici fient. □ vel ☍ ♃

Ad terminum ♃ nato ſanitatem & optimam corporis complexionē, hilaritatem & mentis ſerenitatem contribuit, efficit etiā divitiarū incremēta abſq; labo- Term. ♃

Digitized by Google

labore, & qui magnus mulieribus geſtu, ſermone, inceſſu, & omnibus modis placere ſtudeat.

Lu.direc. ad Mart. Lunæ ad corpus Martis directio, nato carceres, mulctaſque alias difficultates & anxietates, ac ſollicitudines minatur, amittet aliquid ex ſuis bonis, & inimici eius adverſus ipſum concitabuntur: Sentiet ægritudinē acutam cum corporis debilitate & vitæ periculo, viſus eius debilitabitur, & in partibus ſecretioribus corporis vitia habebit, erit ulceroſus, ſcabioſus, & ex ferro vel igne aut ſclopo vulnera in capite accipiet, ab animalibus quoque percuſſiones aut morſus experietur.

△ vel ⚹ ♂ Ad △ vel ⚹ ♂, natum animoſum, audacem, fortem, imperioſum, & in actionibus Martiis ſagacem, induſtrium deſignat, qui armis, equis, & rebus bellicis ac venationibus ſeſe exercet, inque actionibus commodū ſentit cum laude & ſubſtantiæ ſuæ augmenta: mulierum tamen gratia, diſpendia quædam, & ab equis detrimenta experietur.

□ vel ☍ ♂ Ad □ vel ☍ ♂, natum lunaticum, phreneticum & dæmoniacis affatibus afflictum denotat, furta quoque indicit, & malam uxorem, quæ maritum non modo ſuperbo faſtu laceſſet, ſed & totam rei familiaris ſubſtantiam diſſipabit: Amorem quoque mulierum plane avertit, ita ut ipſi venenata eſculenta iuribus immixta timenda ſint: Placidam vero & benevolam uxorem ſi habuerit, morietur illa ſub tali directione: læſionem etiam ſignificat à quadrupedibus, & in oculo ſiniſtro cæcitatem & caveat ſibi à vulneribus in facie.

Term. ♂ *Ad terminum ♂, nato morbos acutos, item diſſidia, lites, iurgia & contentioſa certamina ſignificat.*

Lu.direc. ad Solem Lunæ ad corpus ☉ directio, incendia, exuſtiones, ægritudines, & ardentes febres indicat, publicantur ſecreta nati, quę diū occulta ſteterunt, & ſtatus nati eſt mutabilis, nunc eum in altum evehens, nunc deprimens, mens quoque nati variis ſollicitudinibus conturbatur, & in oculis impedimentum animadvertitur.

△ vel ⚹ ☉ Ad △ vel ⚹ ☉, nato conſortium utile & honorificum deſignat cum nobilibus & potentibus mulieribus, quorum amicitiam & favorem cum magno commodo experietur: A populo etiam plus ſolito venerabitur, & munus vel officium acquiret utile & honoratum, ob prudentiam & præclaram naturam. Peregrinationes quoque ex voto peraget, & in iis venerabitur.

□ vel ☍ ☉ Ad □ vel ☍ ☉, magna corporis & animi diſcrimina apportat, ad iram frequenter natum provocat, & nobilis alicuius mulieris gratiam in odium convertit. Caveat etiam populares ſeditiones & magnatum ſimultates, quæ diſpendia rei familiaris & dedecus minantur.

Lu.direc. ad Ven. Lunæ ad corpus Veneris directio, lætum & utile tempus indicat: Erit enim natus ſano corpore & ſana mente, deditus iocis, ludis, gaudio, muſicę, convivijs, & Venereis voluptatibus, reviviſcent in eo veteris veſtigia flammæ. Lucra etiam ei abſque labore obvenient inclutæ mulieris præſidio, fietque multæ magnæq; expectationis & famæ, qui non ſolum à popu-

populo diligetur, ſed & ipſe virgines, & fœminas miro amoris affectu proſequetur.

Ad △ vel ✱ ♀, nato ſummam felicitatem decernit in vita, & in actionibus gloriam: Matrimonium eius tum floret incorrupta pudicitia, liberi impenſe amant natum, fratres quoque fidum retinent affectum erga natum: Eſtque lætus, hilaris, & omnibus gratioſus, mundiciei & ſplendoris amator, qui ſe gemmis precioſis, annulis atque catenis aureis ornare ſtudebit. △ vel ✱ ♀

Ad □ vel ☍ ♀, natum ad alienos concubitus propenſum facit: unde & variis afficietur diſpendiis & dedecore; quippe qui propter fornicationem, turpeſque concubitus, infamia aliqua notabitur, & cum Venereis quoque rixas, lites & ſimultates habebit: ac ſi natus hoc tempore coniugium init, infelix in eo erit, & uxorem parum obſequentem, quamq; ipſe non multum diliget, habebit. □ vel ☍ ♀

Ad terminum ♀ lætitia, gaudio & Venereis voluptatum illecebris natum detinet, cum ſanitate ſatis commoda. Term. ♀

Lunæ ad Mercurii corpus directio, natum multis altercationibus & cauſſis implicat, ad mendacia, fraudes & falſitates ſagacem, eloquentem, & ad furtum proclivem facit, patietur quoq; furtum & ſubſtantiæ quandam iacturam, & conſilia ſua hac illac vana cogitatione mutat, malorum morum & operum ſtudioſus erit, & literas adulterinas & falſas ſcribet. Lun. ad ☿ directio.

Ad △ vel ✱ ☿, nato felicitatem in rebus ac negociis peragendis pollicetur, facundiam eloquentiam & muſicalium inſtrumentorum amorem tribuit, ad itinera ſolito propenſiorem facit, à populis & generoſa quadam muliere, copioſa lucrorum præſidia, atque honores ſolito maiores promittit. △ vel ✱ ☿

Ad □ vel ☍ ☿, natum à bonarum literarum ſtudiis & eruditorum hominum conſortio avocat, & facinoroſis iungit: Hinc ſua mentis atque conſiliorum inſtabilitate plebis odium incurrit, & populares ſeditiones in ſe ſuſcitat: Metuenda quoq; diſcrimina ſubire cogitur ſcelerum cauſſa, ex falſis ſcripturis, contractibus pravis, pecuniis adulterinis, quandoquidem vel in vincula coniicietur, vel publicæ ſententiæ executione in exilium pelletur. □ vel ☍ ☿

Ad terminum ☿, nato ingenium largitur ad ſtudia facundiam, mendacia, fraudes, falſitates, & ſimilia, facit eum inconſtantem, nunc ad hunc, nunc ad illa pronum. Term. ☿

Lunæ ad ☊ directio, *nato facultatum incrementa & honoris inſignia, à Iovialibus & Venereis, ſeu muliere generoſa, item animi tranquillitatem, gaudium & corporis ſanitatem promittit.* ☽ ad ☊

Ad ☋, *natum in vehementes animi motus conjicit, iram & contentiones cũ Saturninis & Martialibus movet, morbumq; melancholicum vel phlegmaticum, ac oculo ſiniſtro aliquod malum affert.* ☋

Ad partem fortunæ, *contribuit nato divitiarum incrementa, precioſam ſupellectilem, & honorum inſignia.* ad ⊕

Lunæ

Lun. direc. ad ſtell. fixas. Rigel. Lunæ quoque ad Rigel ſeu ſiniſtrum Orionis pedem directio, *nato in externis regionibus varia vita impedimenta minatur, & Saturninos in eum incitat, matri quoq; vel quæ eius loco habet, & uxori, mortis pericula portendit.*

Spic. virg. Ad ſpicam ♍, *opes affluentiſſimas & honores ampliſſimos contribuit, & ob ingenij dotes a Venereis, Mercurialibus & Iovialibus prælatis, laudem, honores & divitiarum incrementa pollicetur.*

Luc. hydr. Ad lucidam hydræ, *natum ad libidinem, præpoſteram Venerem, & meretricum concubitum, ſolito propenſiorem indicat: Erit etiam eo tempore fruſtra occupatus in hæreditate ac dignitate acquirenda: & aff ert hæc directio ſi tunc vixerint nati mater, & uxor iiſdem vitæ diſcrimen.*

Caud. Cygni. Ad caudam Cygni, *natum ſimiliter ad libidinem, & Venereas illecebras inclinat, qui luxurioſis actibus, voluptatibus, lautis convivijs, iocis, ſcurrilibus ſermonibus, & petulantia mirum in modum delectabitur, ambitione quoque nimia ſollicitabitur, & in ſiniſtro oculo aliquid ſiniſtri, ſive offuſionem ſentiet.*

Or. hum. ſiniſtr. Ad ſiniſtrum humerum Orionis, *nato luxuriam & honoris affectum excitat, qui tamen iacturam facultatum patietur, & morbum acutum vel ipſe, vel genitrix, vel uxor.*

Serp. coll. Ad ſerpentis collum de natura ♄ & ♂, *veneficiis deditum natum, & ſerpentum morſibus, ſeu venenatis potionibus ſubiectum indicat, chronico etiam cum morbo conflictabitur, & aliqua ex nati mulieribus ipſi interibit.*

Serpētarii ſtellam. Ad ſerpentarii ſtellam tertiæ magnitudinis de natura ♄ & ♀, *natum incantionibus & veneficiis obnoxium ſignificat, & ex Venereis actibus nefarijs iuſticiam, detrimenta & malam hominis famam denotat.*

Siniſt. hu. Bootis. Ad ſtellam in ſiniſtro humero Bootis tertiæ magnitudinis, *decernit quidem aliquam nato dignitatem, ſed turpem deniq; nominis notam infligit: Accuſabitur enim de malis operibus, & carceris diſcrimen ſubibit: Cauſſa vero mortuorum portiunculam quandam hæreditatis conſequetur, & aliqua ex mulieribus eius in mortis diſcrimen incidet.*

Vult. cad. Ad vulturem cadentem, *nato opes effluentiſſimas & honores ultra ſtirpis conditionem contribuit, vel officium utile à potentioribus & magna felicitatis ornamenta promittit, ut regia quodammodo dignitate præfulgeat: Connubium etiam procurabit, vel ſobolem pervenuſtam ſuſcipiet.*

Nebul. in oc. Sagit. Ad nebuloſam in oculo ♐, *minatur in oculis nati aliquod detrimentum, vel vulnera ſive contuſionem in capite: Natus quoque inimicorum inſidias, baliſtarum iacula, ſclopos, taurorum cornua, urſos & luporum incurſiones fugiat.*

Luc coro. Septentr. Ad lucidam coronæ Septentrionalis, *eodem tempore publicis honoribus natum decorat, eiuſq; nomen per vulgus & nobiles celebrabitur, & à Venereis & Mercurialibus plus ſolito coletur.*

Cor Scor. Ad cor ♏, *nato aliquam aſſignat dignitatem, quæ tandem mali aliquid inimicitiam ac formidine iunctum apportat. Caveat etiam ſibi ab hoſtium inſidijs, neve à quadrupedibus magnis, præcipue equis calcitroſis, & caſu ab alto,*

vitæ

vita diſcrimen & detrimentum patiatur, matri quoq; aut vxori mortem vel pernicioſam ægritudinem affert.

Ad Herculis fixam tertiæ magnitudinis, *notat natũ illo temp. ſuperbũ, audacẽ, terribilẽ, imperioſum, potentem futurum: Eritq; hoc tempus inſalubre, detrimentoſum & pernicioſum nati mulieribus, præcipue matri aut uxori, ſi vixerit. Si vero ſalutaris ſtella ♃ vel ♀ locum directionis feliciter aſpexerit, hæc infortuniorum genera miteſcent, aut etiam numine divino penitus elãgueſcent.* Herc. ſtelã

Lunæ denique ad duodecim cœli domos directio, hæc ſignificata præbet iuxta Gauricum: Ad horoſcopi gradum, *inſalubris eſt & plerumq; exitioſa: referente ſiquidem Abenragele & Schon. lib. 3 c. 6 de iud. gen. interficit ut ♂, præſertim ſi in eadem horoſcopi parte exiſtant ſtellæ inſalubres aut earum radij: Luna enim inimica eſt horoſcopo, vt ſtatuunt Genethlialogici.* Lunæ ad 12 cæli domos directio. Ad 1

Ad 2, *ſi fuerit bene affecta ad ♃ vel ♀, lucrorũ copioſa præſidia & precioſã ſupellectilem abſq; labore nato cõtribuit. Male vero affecta, peregrina vel lumine diminuta, & à maleficis ſauciata iacturam bonorum mobilium deſignat.* 2

Ad 3, *decernit itinera parva religionis vel voti perſolvendi cauſſa, vel iuſſu potentioris, vel viſendi fratres, ſorores, & cõſanguineos. Hæcq; omnia erũt fortunata, ſi & Luna ſalubriter ſit affecta. Infauſta, ſi à maleficis ſauciata.* 3

Ad 4, *ſtudium excitat nati ad agriculturam, ædificia, puteos effodiendos, vel theſauros abſconditos reperiendos. Quod ſi tamẽ in eundem cæli locum, ad quem fit directio, hoſtiles maleficorũ Planetarũ radii cadant, & Luna aphæta ſit, metuẽdus erit pernicioſus morbus, & etiam mors nati, genitric. vel vxoris.* 4

Ad 5, *gaudia decernit nato ex filio, & munera à plebeis & muliere nobili, eritq; natus ad convivia propenſior, & genio indulgebit.* 5

Ad 6, *furta & expilationes à ſeruis & ancillis, ac à quadrupedibus parvis detrimenta ſignificat, habebitq; natus eo tempore diſcraſiam corporis minimè ſpernendã, vel acerbos in uentre dolores, tormina, cholicã paſſionẽ vel diſſẽter.* 6

Ad 7 *multos adverſarios palàm infenſos provocat, & iurgia cũ coniuge vel concubina. Natus quoq; graviter cum vitæ periculo decumbet, ſi in eodem occiduo cardine ſint inſalubres malignarum ſtellarum radii, vel fines ♄ aut ♂.* 7

Ad 8, *notat anxietatem nato circa res hæreditarias vel defunctorum, aut ex morte vel dote vxoris ſcaturient lites & diſpendia multa, eritq; natus de nece ſua & matris ſollicitus & tremens.* 8

Ad 9, *inſinuat itinera longa: Ac ſi Luna male affecta fuerit, erunt ea tam in terra quam aquis, variis periculorum diſcriminibus plena, cum maximis diſpendiis, habebitq; ſomnia natus horrifica. Si vero benè affecta fuerit, iuſſu potentioris peregrinabitur, & lucrigera ac honorigera legationis munera ſubibit, habebitq; ſomnia oblectabilia.* 9

Ad 10, *natus à rege & inclyta muliere honoris inſignia ſortietur, & à plebe plus ſolito honorabitur: Circa aquas occupabitur, & ex ſuo magiſterio laudem & lucrũ conſequetur. Mater quoq; uxor ſi fuerint nato, læta ſorte fruentur.* 10

Ad 11, *novos & non obſcuros conciliat amicos & fides ſodales. Promittit etiam gaudium ex liberis & bona nova, fietq; votorum ferme omnium compos, ſi domus hæc beneficorum radiis irroretur.* 11

Ad 12, præſertim malis malor. radiis commaculatam, hoſtes occultos ſigni- 12

Ccc ficat,

*ſicat, qui ob invidiam natum male calumniabuntur. Patietur & natus detri-
menta ex beſtiis magnis, & de carceribus vel exilio timidus erit, vel affines fi-
lij aut amici in captiuitate detinebuntur. At ſi duodec. domus recte ſe habeat,
& beneficis fulciatur radiis multa ex quadrupedib. magnis ei affluent lucra.*

Partis for- *Poſtremo ⊗, ſiquidem & per ſe aliquid ſignificat, & pro natura Plane-*
tunæ dire- *tæ eandem diſponentis, dirigitur, pro diuitiarum & facultatum ſtatu, & pro*
ctiones. *rei familiaris commodis & incommodis, item pro actionum felici & infelici*
expeditione. Namq; in ſpecie;.

Ad corp. Partis fortunæ directiones ad ♄ corpus, vel □ aut ☍ radium, nato
□ vel ☍ dilapidationem bonorum tam mobilium quam immobilium reique fa-
♄ miliaris detrimenta notat per Saturninorum rapinas, furta, expilationes,
aut ludum alearum & taxillorum cum Saturninis.

✶ vel △ ♄ Ad ✶ vel △ ♄, aliquam rei familiaris augendæ promittit occaſionē ex
agricultura, rebus hæreditariis immobilibus, vt ædificijs, ex re nautica; v-
tilitatem quoq; ſpondet ex patrocinio cuiuſdam principis Saturnini.

⊗ direct. Ad corpus vel ✶ aut △ Iovis, decernit nato magni principis Iovia-
ad corp. lis patrocinio munera, & divitiarum incrementa, vel beneficium Eccle-
✶ vel △ ſiaſticum vtile & honoratum; vnde non mediocre divitiarum augmen-
♃. tum proveniet. Facit & natum in actionibus & potentiorum negocijs ad-
miniſtrandis fortunatum, felicem & honoratum..

□ vel ☍. Ad □ vero vel ☍ ♃ ſignificat detrimenta fortunarum cauſſa *Iovia-*
♃ lium, aut ex litibus contra Ioviales; tandem tamen & hæc directio diſpē-
dia compenſat acceſſione felicitatis ex rebus Eccleſiaſticis, verum non
ſine ſudore, difficultate & curis melancholicis..

⊗ direc. Ad corpus □ vel ☍ ♂; nato iacturam decernit rei familiatis ex ra-
ad corp. pinis ſervorum, ſive militum & predonum expilationibus, aut ædium in-
□ vel ☍. cendio: Item ex ludis aleæ & taxillorum.
♂ Ad ✶ vel △ ♂; pollicetur augmentum facultatum, Martialium per-
✶ vel △ ſonarum auſpicio, aut ex rei familiaris diſciplina, vt emtione, venditione
♂ armorum, equorum earumque rerum, quę ad militiam ſpectant..

⊗ direc. Partis fortunæ directio ad corpus ☉, diſpēdia decernit honorata, ho-
ad Solē. noris gratia vel magni principis, vel vt aliis liberalis & munificus videatur.
✶ vel △ Ad ✶ vel △ Solis tempus idoneum exhibet honori & cōmodo nati, &
☉ & honores ac lucra contribuit potētiotis regis vel principis patrocinio.
□ vel ☍ Ad □ vel ☍ ☉, detrimenta minatur ex litibus, iacturamque bono-
☉ rum patrimonii ex odio vel ira potentiorum & propter accuſationes
criminoſas diſpendia atque incommoda...

⊗ direc. Ad corpus ✶ vel △ ♀ pollicetur ab amicis venereis vel mulieris prę-
ad corp. ſidio ac largitionibus, vxoris dote, divitiarum incrementa & lucroſa prę-
✶ vel △ ♀ ſidia; voluntarie tamen & ſponte natus multa quoque faciet diſpendia..
□ vel ☍ Ad □ vel ☍ ♀, lites, iurgia, controverſias denotat cum mulieribus
♀ vel Venereis, partim ex nimio amore, partim ex zelotypiæ titillationi-
bus conceptas. Natus ergo amore captus ad lauta convivia propenſior
erit, & diſpendia faciet rei familiaris ratione meretricum, etiam cum ia-
ctura honorum, & cum quadam infamia.

Ad

Ad corpus vel ⚹ aut △ ☿, nato pollicetur fortunam ſecundam ex mercibus ſcripturis computationibus & ſagacis ingenii dotibus atque ſolertia, vel etiam ab externa hæreditate: In peregrinationibus quoque fortunatus erit & affluent illi bona. Part. fort. direct. ad corp. ⚹ vel △ ☿

Ad □ vel ☍ ☿, rixas & contentioſa certamina excitat cum Mercurialibus & in mercibus, ſcripturis falſis, pecuniis adulterinis, detrimenta cum infamia deſignat. □ vel ☍ ☿

Ad corpus vel ⚹ aut △ ☽, promittit auctionē diuitiarū ex largitionib. vel patrocinio nobilium mulierum, datq, lucra a plebeis abſque ſudore. ad cor. ⚹ vel △ ☽

Ad □ vero uel ☍ ☽, minatur detrimenta ex mercibus & lite cum nobili muliere, & per plebem fortunarum expilationes. □ vel ☍ ☽

Ad ☊ *auget fortunam & divitias nati Iovialium & Venereor. auſpicio.* Ad ☊

Ad ☋, *minatur iacturas & diſpendia multa. Rem enim diſſipat per Saturninos, Martiales & per incendium & rapinas militum.* Ad ☋

Pars etiam fortunæ ad cor ♌, *auſpicio regis vel magni princip. decernit affluentiam divitiarum copioſa lucrorum præſidia, & inde dignit. & honorem.* ⁘ ad cor ♌

Ad ſpicam ♍ *ſupra ſtirpis conditionem amplas opes, eminentem dignitatem & potentiam promittit, & voluptuoſum tempus nato decernit.* Spic. virg.

Ad lucidam lancis Auſtralis de natura ♄ & ♂ ſecundæ magn. *minatur fortunæ iacturam ex igne, incendio, vel militum & ſervorum rapinis.* Ad lucid. lanc. auſtr.

Deniq. ⁘ ad horoſc., nato affluentiam lucror. & ſubſtantiæ ſignificat. Pars fort. ad domic.

Ad 2, *rerum mobilium & elegantis ſupellectilis augmentum.*

Ad 3, *pollicetur lucra in parvis itinerib., & fratrib. ac ſororib. gaud. & lætit.*

Ad 4. *ex rebus immobilibus, ut agris fundis lucrum, & patri bonam valetudinem & ſubſtantiæ augmentum.*

Ad 5, *munera & legationes cum honore, filijs quoq; gaudium & fortunam.*

Ad 6 *ſervis bonum, & lucrum ex parvis animalibus.*

Ad 7, *ex litibus & impenſis, uxoris cauſſa, fortunæ & bonorum iacturam.*

Ad 8, *lucrum ex rebus hæreditarijs vel dote coniugis.*

Ad 9 *bonorum acceſſionem ex rebus Eccleſiaſticis vel longis itineribus.*

Ad 10, *honores & divitias ex magni alicuius principis munificentia.*

Ad 11, *lucrum ex amicorum largitionibus & donis.*

Ad 12, *emolumentum ex magnis animalibus.*

Quarto ſciendum & hoc, licet ſignificata, quæ à ſignificatorib. & promiſſorib. nunciantur, maxima ex parte iam adumbrata ſint, eſſe tamen ipſos effectus ſæpe nonnihil diſſimiles, aliàs vehementiores aliàs remiſſiores. Unde ut futuri eventus quantitatem & magnitudinem recte iudicemus, ad utriuſq; h. e. ſignificatoris & promiſs conditionem, quam in radice obtinent, reſpiciendū eſt. Quando enim ambo ſignificat. & promiſſor, in themate fortes ſunt, ratione dignitatum eſſentialium, ac angulares figuræ domos occupant, tunc ſanè evidens ac inſignis directionis expectatur effectus, & cauſſæ etiam eius vehementes ac gravis ſunt. Quando v. alter eorum fortis eſt, alter debilis, effectus mediocris indicatur: Ac tunc videndum utrum ſignificator, an promiſſor fortior ſit vel debilior Si ſignificator fortior fuerit, effectus quidem apparebit, ſed quaſi fortuito, & ſine gravib. cauſſis. Si promiſſor potentior fuerit ſignificatore, appa- 4 Quantit. & magnit. effect. expēdēd. eſt.

 rebit

rebit effectus, ſed magnitudini cauſſæ non reſpondens, quæ evidentiorem ac inſigniorem effectum paritura eſſe videbatur. Si deniq; uterq; debilis ſit in radice, obſcurus erit ac levis directionis effectus, obſcuræ etiam ac leves eiuſdem cauſſæ; Et quò debilior ſignificator fuerit, eò obſcurior apparebit effectus: Quò verò promiſſor debilior fuerit, eò leviores apparebūt aſcendentis iſtius cauſæ & origo. Quando uterq; prorſus debilis eſt, fieri poteſt, ut decreta directionum prorſus evaneſcant, & pro his vix umbræ & ſpecies fortunæ vel infortunij, non ipſe ratus effectus ſeſe nato offerat.

Cautelæ neceſſariæ Obſervandæ tamen ſunt hæ cautelæ: 1 Quando malefici in radice nativitatis ſunt ſignificatores, ac per directiones ad ſuos promiſſores infortunia & caſus adverſus nato denunciant, ſemper mala leviora inferunt, quando in radice fortes ſunt. Inſigniora verò & evidentiora pariunt infortunia, quando debiles ſunt & infortunati. Debilitas n. maleficorum Planetarum malitiam auget, fortitudo eandem minuit. Contrarium fit in beneficis. Ille enim ſi bonum & felicem aliquem effectum nato per directionem denunciant, ſemper lætiorem & feliciorem illum exhibent, quando in radice fortes ſunt, quam quando debilitate aliqua deprimuntur; cum evidentior fortuna & ſplendidius bonum à fortibus, minus verò & citò evaneſcens bonum à debilibus beneficis oſtendatur.

2 2 Quando in eundem annum incidunt directiones qualitate inter ſe pugnātes, hoc eſt bona & malæ ſimul, ſi ſignificatores diverſi ſint, et diverſa bona vel mala ſignificent, poteſt utraq; ſuas vires eo anno exercere, ſine mutuo impedimento. Ut cum aliquo in anno ſignificatori, valetudinis malignus promiſſor occurrit, ſignificatori verò divitiarum benignus promiſſor; fieri poterit, ut eo anno graviter decumbat natus, & tamen divitijs inſigniter augeatur. Exempla enim habemus eorum, qui in ſuis nuptijs repente mortui ſunt. Et Matthias Hūniades in ipſo carcere, quem Saturni ad Martem & Solem coniunctos, quadratus radius; ipſiuſq; Saturni ad duodecimæ domus cuſpidem ex ſexta domo oppoſitio; Martis deniq; ad eandem quadratura ex ſecunda domo ſignificavit, ad regiam dignitatem evectus eſt, quam ipſi Sol & Venus in mutua receptione ex exaltatione, & ☌ Solis coniuncta, itemq; ♄ & ☿ domicilijs ſeſe mutuo recipientes in trigono aereo, Solis deniq; in ⚹ Iovis conſtitutio polliciti ſunt, cuius in præcedenti membro cap 9 propoſui thema.

3 3 Cum verò ſignificatores eventus contrarios ſignificantes quandam inter ſe convenientiam obtinent, ita ut idem, ſed contraria ratione unus bonum alter malum ſignificent, fieri poteſt ut unius directionis vis alterius virtutem reprimat & impediat. Veluti Medium cœli honores ſignificat ſimiliter et Sol. Si itaq; in eundem annum inciderent fauſta M.C. directio, infauſta vero Solis fieri poſſet ut natura ſuum effectum eſſet habitura, niſi & hoc accideret, ut ſignificatorum alter, utpote vel M.C. vel ☉ eſſet multò fortior, alter multò debilior; aut ut ſatis longo intervallo à ſeinvicem directionum tempora diſtarent. Tunc enim utraque effectum ſuum altera non impediente, diverſis tamen temporibus habere poſſet, ut ſequens cautio monet.

4 Cum in aliquem annum incidunt unius & eiuſdem ſignificatoris directionis, qualitate inter ſe pugnantes, h.e. una fauſta, & altera infauſta ac mi-

nax,

nax, cum tales unius ſignificatoris diverſæ directiones à ſe invicem diſtant à ſe invicem diſtant aliquo intervallo temporis, utraque eſſectum ſuum, ſed diverſis eiuſdem anni temporibus præſtare poterit.

Porro malæ directiones ſæpe antevertunt ſuum annum. 1 quidem quando natus verſatur in termino malo. 2 Quando Climactericus ſeptenarius vel novenarius coincidit. 3 Quando malum epidemicum graſsatur, ut peſtis, bellum: quia cauſſa univerſalis vincit particularem. Et 4 quando præcedit mala revolutio. Durat autem effectus malæ directionis donec interveniant aliæ bonæ; Sic bonæ directionis non largiuntur eventum bonum, quam diu mali planetæ verſantur in termino ſignificatori eius bono adverſo ſeu oppoſito. Directiones quoq; ☽ & ♂ ſicut & ☿ ſæpe ambiguæ ſunt, quod horum Planetarum motus nondum ſit exploratus: Secundum tamen Tychonem ☽ motus ſatis accuratè ſe habet, ſi calculus inde deducatur.

Direct. malæ quando ante vertāt annum.

Eo tempore quo natus eſt Generoſus, fuit

Medium cæli ſub term. ♀ in eiuſd. □ nempe in ♈ Gradu 9 23 l
Eiuſq; Aſcenſio Recta 8 37 l.

Longitud. promiſſ.	Grad.	l	Aſ. Re Grad.		D rect. Grad	
Terminus ☿	14	0 ♈	12	53	4	10
Terminus ♂	21	0	19	2	10	47
□ ☉ ſiniſter	25	7	23	16	14	39
Terminus ♄	26	0	24	6	15	29
☍ ♃	27	33	25	34	16	57
□ ☽ ſiniſter	28	32	26	30	17	53
Terminus ♀	6	40 ♉	27	54	19	17
△ ☿ ſiniſter	27	33	34	2	25	43
Terminus ☿	8	0	35	38	27	1
△ ♀ ſiniſter	9	23	36	5?	28	22
✶ ♂ ſiniſter	14	23	41	53	33	18
Terminus ♃	15	0	42	3?	33	55
☍ ♄	18	58	45	3	36	53
Terminus ♄	22	0	49	3?	40	58
Ad cuſ. 11 do.	23	0	50	36	41	59
△ ☉ ſiniſter	25	7	52	46	44	9
Terminus ♂	26	0	53	40	45	3
△ ☽ ſiniſter	28	32	56	17	47	40
Terminus ☿	0	0 ♊	57	49	49	12
Ad palilic.	3	30	61	28	52	51
Terminus ♃	7	0	65	10	56	33
Terminus ♀	14	0	72	38	64	1
□ ♂ ſiniſter	14	23	73	3	64	26
Terminus ♄	21	0	80	12	71	35

Horoſcop. ſub termino ♄ in ♌ gr. 3 6 l.
Eiuſq; in latitudine loci gr. 51 50 l.
Aſcenſio obliqua gr. 98 37 l.

Longitud. promiſſor.	Grad.	l	Aſ. Ob. Grad.	l	Direct. Grad.	l
Terminus ☿	6	0 ♌	102	44	4	7
⁘	6	31	103	26	4	49
Terminus ♀	13	0	112	41	14	4
□ ♄ dexter	18	58	121	14	22	37
Terminus ♃	19	0	121	17	22	40
Ad ☋	23	0	127	3	28	26
Cor ♌	23	20	127	3?	2?	55
Terminus ♂	25	0	129	55	30	18
✶ ♃ dexter	7	33	133	35	34	58
Terminus ☿	0	0 ♍	137	7	38	30
△ ☿ dexter	6	40	146	42	48	5
Terminus ♀	7	0	142	11	48	34
△ ♀ dexter	9	23	150	36	51	59
Terminus ♃	13	0	155	46	57	9
☍ ♂	14	23	157	44	59	7
Cauda ♌	15	10	159	6	60	29
Terminus ♄	18	0	162	54	64	17
✶ ♄ dexter	18	58	164	31	65	54
Terminus ♂	24	0	171	32	72	55

Vltimos terminos vita ſua natus Generoſus aſſequi non potuit.

Sol vero fuit in 25 grad. 7 min ♑ ſub termino ♄ Fuit & eius aſcenſio recta 297 grad. 4 min.

Directio eius ad promiſſores ſ. ſ. ſ. conſtitutos
Medij cæli aſcenſio recta eſt Grad. 8 37 l.
Diſtantia à M. C. verò Grad. 71 33 l.
Et horaria tempora diurna 10 5 l.

Longitud. promiſſ.		Aſc. Rc.		Da M. C		Hor. tem.		Direct.	
	Grad. l	Grad.	l	Grad.	l	Grad.	l	Grad.	l
☐♃ ſiniſt. 7	33 ♑	299	38	68	59	10	12	3	21
☌ ☊ 28	32	300	40	67	57	10	15	4	42
Ad cuſ. 7 do. 3	6 ♒	305	24	63	13	10	32	11	2
Termin. ☿ 6	0	308	23	60	14	10	45	15	3
Termin. ♀ 12	0	314	28	54	9	11	7	22	26
☐♄ ſiniſt. 18	58	321	24	47	13	11	37	30	24
Termin. ♃ 20	0	322	25	46	12	11	31	31	40
Ad cu. 8 d. 22	0	324	22	44	15	11	50	33	50
Term. ♂ 25	0	327	17	41	20	12	5	37	4
△♃ ſiniſt. 27	33	329	45	38	52	12	19	39	44
Term. ♀ 0	0 ♓	332	6	36	31	1	31	42	8
✶☿ ſiniſt. 6	46	338	25	30	12	13	2	48	41
Term. ♃ 8	0	339	40	28	57	13	7	49	18
✶♀ ſiniſt. 9	23	340	58	27	39	13	15	50	31
Ad cu. 9 d. 11	0	342	28	26	9	13	23	51	31
Termin. ☿ 14	0	345	16	3	21	13	35	54	11
☌♂ 14	23	345	37	23	0	13	38	54	36
△♄ ſiniſt. 18	58	349	51	18	46	14	5	58	7
Termin. ♂ 20	0	350	49	17	48	14	10	58	53
Termin. ♄ 26	0	356	20	12	17	14	46	63	10
✶☊ ſiniſt. 28	32	358	39	9	58	14	43	64	48
Termin. ♃ 0	0 ♈	0	0	8	37	15	0	65	46

Directio eius ad promiſſores contra ſ. ſ. diſpoſitos
Imi Cæli aſcenſio recta eſt Grad. 188 37 l.
Diſtantia ab imo cæli 108 27 l.
Horaria tempora nocturna 19 55 l.

Longitud. prom.		Aſ. Rc.		Di. a I. C.		Ho. tē.		Di
	Grad. l	Grad.	l	Grad.	l	Grad.	l	Gr
Term. ♂ 25	0 ♑	296	57	108	0	19	55	0
Term. ♃ 19	0	290	34	101	57	0	12	8
✶♄ ſiniſt. 18	58	290	32	101	55	20	12	8
✶♂ dex. 14	23	285	37	97	0	20	22	13
Termin. ☿ 12	0	283	3	94	26	20	25	16
☌♀ 9	23	280	13	91	36	20	30	20
☌☿ 6	40	277	16	88	39	20	32	23
Termin. ♀ 6	0	276	32	87	55	20	33	23
Term. ♂ 30	0 ♐	27[illegible]	0	81	23	20	35	30
✶♃ ſiniſt. 27	33	257	20	78	43	20	34	33
Term. ♄ 25	0	264	33	75	50	20	33	35
Term. ☿ 19	0	258	2	69	25	20	27	41
☐♂ dex. 14	23	253	3	64	6	20	20	46
Term. ♀ 14	0	252	38	64	1	20	19	46
Term. ♃ 8	0	246	14	57	37	20	5	51
Ad cor [illegible] 3	0	240	57	52	20	19	47	55
Term. ♄ 30	0 [illegible]	237	49	49	12	19	40	57
✶☊ dext. 28	32	236	17	47	40	19	28	58
Term. ☿ 27	0	234	42	40	5	19	23	59
Ad 4 do. 23	0	230	36	41	59	19	12	62
Term. ♀ 21	0	228	34	39	57	19	5	63
☌♄ 18	58	226	30	37	53	18	58	65

Exemplū noſtrū primum.

Iam ut propoſita melius intelligantur, exemplis duobus quæ aſſumſimus, directionum doctrinam illuſtrabimus, præmiſſis tamen directionum primi exempli tabulis, quas adminiculo calculi, ultimi cap. præcedentis ſecundæ partis, eodem modo quo ſecundi exempli extruximus.

Lunæ & ⊗ directiones conſulto omiſimus, cum illæ non multum vltra quadriennium & ſemeſtre à Solis & horoſcopi directionibus diſtent, eaſdemque vel prævertant vel conſequantur, & ſufficiat quædam exempli loco ad vſum huius doctrinæ monſtrandum propoſuiſſe. Neq; enim & omnia hominis acta in publicum producenda ſunt, ſed ſatis eſt quædam in diſciplina hac coniecturali nos monſtraſſe, & viam præiuiſſe alijs copioſius & privatim iudicaturis.

Con-

Conſtat ergo in primo exemplo, ex horoſcopi & M.C. ac ☉ directionibus, cum generoſus noſter ſub termino ♄ horoſcopante natus ſit, cuius quoq; Planetæ terminum in ♑ ☉ & ☽ occuparunt terminos huiuſmodi, temperamentum nati, quod phlegmaticum cap. 5 præc. membri oſtendimus, ad melancholiam deflexiſſe, natumq; in actionibus gravem, tardum, nec ſua præcipitantem, imo & cõſilia occultantem effeciſſe; vehementiam tantummodo quandam & Martialem impetum, nonnullaq; adverſa, quæ ipſum ſæpe comitata ſunt, terminus Martis, ad quem converſa directione poſt menſem exactum & 13 dies devenit Sol, eidem impreſſit: □ quoq; ſiniſter Iovis, quem directa progreſſione 4 ætatis anno *attigit Sol, contra parentes excitavit Ioviales homines, vt Iuriſperitos & religioſos, qui de ſubſtantia & bonis eorum controverſias ſeruerunt graves inter agnatos, qua brevi compoſita ſunt, ob robur benefici Iovis, & commodum eius ſitum in quarta domo.* Anno ætatis quinto *directio non modo horoſcopi ad terminum ☿ 15 Februarij die, eodemque anno in fine Octobris ad partem fortunæ, ſed & M.C. ad terminum ☿ circa 11 April. devenit, natoq; ſtatim in pueritia iudiciũ rectum & ſublime contribuit, quo ante annos ſapere viſus eſt, caruſque omnibus & acceptus fuit, ob ſummam expectationem: Verum de vita eius minus diuturna, quam tamen morbi eo tempore nulli afflixerunt, varia iudicia ſunt lata; quando qui maturè ſapiunt, & inſuper calente Luna nati ſunt, rarò ad ἀκμὴν pertingunt. In ſtudiis tractandis felix hoc & ſubſequenti tempore fuit, in iiſque multum profeciſſet, ſi & feriò illis adhibitus, & præceptoribus idoneis, qui ſtudia rectè intellexiſſent, fuiſſet commiſſus, nec præceptionum multitudine obrutus, & præpoſtera informandi ratione abſterritus fuiſſet, id quod conſtitutio ☿ debilis in 6 abundè indicat, quam ſententiam & directio infirmi Solis ad Lunam, quæ varia impedimenta inicit, comprobat.* Anno ætatis nono, CHRISTI 1551, *aſſecutus eſt Sol converſa directione ſtatim in Ianuario terminum ♃, & in principio Februarii ✶ ſiniſtrum ♄, quæ amorem nato conciliarunt, eiuſq; ætis dignitatem & favorem pepererunt, non modò apud religioſos & Ioviales, ſed & Saturninos, ſenes nempe, & qui in media ætate vivunt.*

Anno ætatis 11 *M.C. terminum ♂ attigit, quo equitandi exercitiis incubuit, non tamen abſq; odio & invidia quorundam, qui nato in his adverſati eum in diſcrimen vitæ adducere conati ſunt. Eſt enim ♂ in aqueo ſigno & Mercuriali termino: Terminus verò hic ♂, in ſigno igneo & Martiali: Sed nocere nihil potuerunt, quod ♂ in ſua triplicitate aquea fortis fuerit. Excitavit & directio ☉ ad cuſpidem 7 domus, quæ in principium* anni 12 *cadit, in natum adverſarios quoſdam, quibus cum apertè concertare coactus eſt, eoſdem vero virtute ſua maſculè vicit:* Anno ætatis 14 *ad finem decurrente, in principio nempe Decembr. Anni Chriſti 1556, Solis converſa directio ad ✶ dextrum ♂ deducta eſt, natumq; ad arma, equos, haſtiludia & digladiationes excitavit; quibus etiam ſeſe cum ſuis ſimilibus diligenter exercuit.* Anno ſubſequenti 15 *aſſecutus eſt horoſcopus terminum Veneris, ſub quo natus luſibus, Muſicæ & choreis deditus fuit, & voluptates ſectatus eſt, ac ſi ætas & parentũ ac propinquorum conſenſus admiſiſſet, coniugium iniiſſet, à quo primis annis, quibus*

bus cupido maxime fervet, retractus, poſterioribus, qui 30 ætatis annum ſequuntur, ab eodem naturali etiam inſtinctu, & Planetarum ac ſignorum diſpoſitione, vt cap. 15 præcedentis membri monuimus, alienior factus eſt. Eodem quoque anno paulo poſt, M.C. ad □ ☉ ſiniſtrum properavit, quo natus quorundam favore & gratia excidit, & parens nati gravem ægritudinem paſſus eſt: Interim ſub principium anni 15 ætatis, ☉ ad terminum ☿ devenit, & in nato affectionem ſingularem ad ſtudia excitavit, vnde res ſuas & ſubditorum melius & rectius moderaretur: Verum M. C. eodem anno ad terminum ♄ pertingens, per ſenes & alios Saturninos ipſi adverſatus, amorem ſtudiorum rurſus extinxit, cum & idoneis informatoribus deſtitueretur. Anno ætatis 17 viciſſim cupido generoſum noſtrum ad ſtudia inceſſit, procedente Sole converſa directione ad terminum ☿: Verum quia & Sol & Mercurius debiles in genitura fuerunt, & M.C. ad oppoſitum Iovis circa finem eiuſdem anni 17 proceſſit, eſt & hæc cupido ſtudiorum ſublata. Hæc enim directio M.C. ad ☍ ♃ à ſpiritualibus moleſtias nato exhibuit, illumq; à ſtudiis abalienavit. Expertus eſt etiam anno ſequente 18 ad finem decurrente, quo mater ex morbo decubuit, populi odia, & adverſatæ ſunt ipſi mulieres nonnullæ, quæ matri generoſæ a conſiliis & miniſterio fuerunt, ob directionem M. C. ad □ ſiniſtrum ☽.

Anno ætatis 20 pervenit Medium C. ad ♉ & terminum ♀ menſe Aprili, quæ directio novas amoris flammas in nato excitavit, quas in principio anni 21 directio Solis converſa ad oppoſitionem Veneris fovit. Hinc pulcræ & nobilis puellæ amore captus, genio liberalius indulſit, & delectatus eſt conviviis choreis & ſimilibus voluptatibus. Nec anno ætatis 22 & 23 quidquam ab illo vitæ genere remiſit, cum & M.C. directio aſſequeretur terminum ♀, & eandem vlterius confirmaret. At menſe Auguſto anni Domini 1565, qui fuit ætatis 23, □ ♄ dexter horoſcopo occurrens, in gravem febrem eundem coniecit, cum qua aliquandiu conflictatus, tandem ex ea convaluit, occurrente termino Iovis, ad quem eiuſdem horoſcopi directio ſub principium Septembris pervenit. Inde valetudine firma vſus, corroborato animo ex diredtione Solis ad corpus ☿, & corporis viribus auctus, cum profectio M C. annua ad Martem in 9 domo cõſtitutum deduceretur, in Vngariam contra Turcam militatum profectus eſt, belloq; illi interfuit, quo Turca Sigetum, Noſtri vero Veſprinum ac Dotis expugnarunt. Atq; eo ſane tempore Solis converſa directio tranſiuit & ☌ ☿, ſub qua ſubſtantiæ ſuæ haud contemnendam portionem impendit illi bello; & terminũ ♀, quo uigente natus compoſitis rebus in Vngaria per inducias factas cum Turca, prolixiore itinere domum reverſus, gratiſſimus fuit matri, & recreationi, iucundæq; converſationi ſeſe viciſſim dedit. Anno 26 qui coincidit cũ anno Chriſti 1568, occupatus fuit in curandis bonis, quæ ex hæreditate paterna ad ipſum iã ante devenerant, quo in officio ob directionem M.C. ad △ ☿ ſiniſtrũ, ſucceſſus felices expertus eſt aliquandiu, vtilemq; cum Mercurialibus converſationem; felicitatemq; hanc cõfirmavit M.C: ad terminum ☿ directio, quæ in principium anni ætatis 28 incidit; nec △ ♀ ſiniſter, ad quem anno ætatis 29 ſub initium Maij acceſſit M.C. directio nato defuit, ſed eidem amorem populi, magnum nomen & mirabilem expectationem conciliavit. Vt vero nihil in hac vita perpetuum

tuum

tuum & durabile, ita mutato ſubito rerum ſtatu eodem anno ætatis 29. qui coincidit in annum CHRISTI 1571, deducta ſub finem Maii directione horoſcopi ad ♈, à præfectis rerum & ditionum ſuarum varia expertus eſt detrimenta. Inſidiæ quoque ipſi ſtructa ſunt toxicis, quas prudentia quadam declinavit. Eodem etiam anno circa principium Decembris directio horoſcopi venit ad cor ♌, quæ ipſi ultionem ac victoriam dedit a perfidis, & quandam ſubſtantiæ recuperationem largita eſt. Anno vero ætatis 31 circa finem Aprilis acceſſit directio horoſcopi ad terminum Martis, natumque biliosis & cholericis affectionibus ſubiecit, quibus multa audaciter aggreſſus eſt, non tamen feliciter expedivit. Acceſſerunt eodem anno directiones quoque Solis ad ☐ ♄ ſiniſtrum directa circa finem Maii, & converſa menſe Decembris ad terminum ♂, quæ & valetudinem nati diſcraſia valida afflixerunt, & variis detrimentis ſubſtantiam & bona per rapinas expilationes ſervorum ac ruſticorum affecerunt: Hinc & metus curandis & agendis rebus ſubſecutus, & anxietas ac triſtitia natum torſit. Quæ omnia natum moverunt, ac tandem etiam compulerunt, ut vitæ politicæ & adminiſtrationis paternorum bonorum abq; vitæ ſocia pertæſus, bona illa & ditionem ſuam avunculis conditionibus certis conceſſerit, ipſeq; loco mutato vitam elegerit privatam: Sub cuius initia melius aliquandiu habuit, quando directa ☉ directio ad terminum ♃ anno 32 menſe Sept. acceſſit: Converſa etiam anno 34 menſe Aprili ad ⚹ ♃ ſiniſtrum, eodemq; menſe M. C. ad ⚹ ♂ ſiniſtrum, circaq; finem anni eodem M. C. ad terminum ♃. Hæ enim directiones omnes corporis ſanitatem, animiq; tranquillitatem, amicitiam & favorem cum Iovialium tum Martialium deſignant, felicitatemq; maiorem & exiſtimationis augmentum promittunt. Confirmavit etiam hanc fortunam anno 35 ad finem decurrente, horoſcopi ad ⚹ dextrum ♃ directio, quæ valetudinem firmam cum auctione bonorum, & acceſſione novorum amicorum ſignificavit. Anno vero ætatis 36 & Chriſti 1579 ferè exacto, directio ☉ converſa non modo terminum ♄, ſed & ſequenti anno 37 M. C. directio ☍ ♄ aſſecutæ ſunt, quæ novarum perturbationum auctores extiterunt, natumq; variis melancholicis affectionibus, morbis & curis preſſerunt, quas directio ☉ ad terminum ♂ anno 38 bile quadam armavit. Anno 39 ætatis ſeu anno Chriſti 1581 circa principium Iulij, venit directio horoſcopi ad terminum ☿. Hic terminus ſalutaris fuit, & iudicij rectitudinem cum rerum agendarum aptitudine nato contulit. Auxit etiam valetudinem, honorem & exiſtimationem generoſi nati, & ſingularem felicitatem negocijs expediendis largita eſt, Solis ad △ ſiniſtrum ♃ directio, quæ in annum ætatis 40, & finem Septembr. cecidit.

Anno 41 ſeu Chriſti 1583 ad finem labente, deducta eſt Medii C. directio ad terminum ♄, qui novis natum involuit calamitatibus & curis, quas ſecum potiſſimum agitavit. Et anno ſequente ſimiliter ad finem properante, menſe Decembri, Sol converſa directione terminum ☿ attigit, qui natum de exercitiis ſtudiorum, quibus tempus falleret, ſollicitum reddidit. Factum eſt ergo ut de domicilio Francofurtum ad Viadrum transferendo cogitaverit, qui locus, ut amœnitate, ita rebus ad victum neceſſariis & vini eximio proventu abundat; ut in eo cum viris doctis tam de cauſſis ſuis, in iure conſiſtentib. quam de rebus medicis, quibus ipſe maxime delectatus eſt, conferret, eorumq; ope, ubi

Digitized by Google

neceſſitas poſtularet, uteretur. Iis cogitationibus dum occupatur, & ſub finem einſdem anni 42, accedente Medio C. ad cuſpidem 11 domus, cum amicis & sãguine iunctis conſulit, familiaritatemq; aliorum quorundam quæret. interea tẽporis peſtis Francofurti graſſatur, & Sol in geneſi ad terminum ♀ deducitur. Peſte vero ceſſante, ſub termino dicto ♀ Francofurtum ſeſe confert, ibiq; quietam, iucundam, & à curis ac adminiſtratione rerum alienam uitam agere cœpit: In qua Illuſtriſs. Principi ac Domino D. Ioanni Georgio Electori Brandenburgico potentiſſimo, tum commendatus, gratiam eiuſdem meruit, ſub directione M. C. ad △ ☉ anno ætatis 45 currente: Fuit & eo tempore in expediendis negotiis ſuis ſatis felix Anno ætatis 46 Chriſti 1588 Medium C. ſtatim in Ianuar. terminum ♂ attigit, quo controverſias ipſi moverunt homines Martiales, quibus cum poſtquam aliquandiu contendiſſet, diſcraſiam quandam calidam in corpore ex commotione ſenſit; Etſi verò medicorum vſus opera tempeſtive eam ſedare conatus eſt, quod quoq; aliqua ex parte præſtit; tamen febris radices in ſequentem 47 annum propagatæ ſunt, eoq; anno menſe Aprili occurrente □ ♂ dextro directioni ☉ converſæ natum afflixerunt; illæ vero medicamentorum convenientium vſu, & termino ♀ eidem Solis directioni paulo poſt obviante, & vires confortante, diſſipatæ ſunt.

Anno 48 Medium C ad △ ſiniſtrum ☽ pervenit, ſub quo, vt de aliis vltro bene mereri adlaboravit, in eoq; felicitatem peculiarem expertus eſt, ita honoribus paſſim à populo eſt affectus & celebratus. Hinc & Anno ætatis 49, cum horoſcopi directio ſub principium anni perduceretur ad △ ☿, ſectari ſtudia, & inquirere in materiam medicamentorum rariorem & abſtruſiorem, quæ deſtillationibus & extractionibus comparatur, cœpit, ad quam inveſtigationem eum quoque impulit ☉ directa directio ad ✶ ☿ quæ ſub initium veris ſubſecuta eſt; item directio horoſcopi ad terminum ♀, quæ valetudinem corporis, lætitiam animi & felices ſucceſſus ipſi attulit. Anno 50 ætatis ſeu Chriſti 1592 Medium C. terminum ☿ attigit menſe Martio, animumq; nati in cœptis perſequendis confirmavit; quam ad rem directa ☉ ad terminum ♃ menſe Aprili directio, ſanitatem & robur corporis animiq; tranquillitatem largita eſt. Solis quoque ſimilis ad ✶ ♀ directio Anno ſequenti 51, deſiderio eius ſatisfecit, & actionibus non modo felicitatem, ſed & nomen & famam addidit. Anno ætatis 52 Sol ad terminum ♃ directione converſa deductus eſt initio menſis Octobris, ſub quo natus mediocri valetudine uſus & bonis fortunæ auctus eſt. Similia ſignificavit & ſingularem animi lætitiam peperit, natumq; exhilaravit horoſcopi ad △ dextrum ♀ directio, quæ in exitum anni cecidit. Medii quoq; C ad oculum ♉ directio Anno 53 eadem ſignificata confirmavit, & divitiarum incrementa attulit. Hæcq; felicitas natum comitata eſt ad annum vſq; 55, quo & Sol directione ſua directa ad terminum ☿ devenit menſe Martio. Eodem vero anno qui fuit Chriſti 1597 ſimilis directio ☉ ad ☌ ♂, fortunam nati menſe Auguſto mutavit Nam & valetudinem ex æſtuatione bilis afflixit, & nati actiones mirum in modum turbavit fraude Martialium hominum: cuiuſmodi ſtatum quoque ſignificavit Solis ad cor ♌ converſa directio, quæ in annum ſequentem 56 ad finem Maii cecidit. Etſi vero Medii C. ad terminum ♃ Anno 57 menſe Iulio, & horoſcopi ad ſimilem terminum ♃ ſequenti anno menſe Februario appulſus,

pulſus, ſalubritatem corporis nato & felicitatem in actionibus attulit, qua & ab ijs, qui nato adverſati ſunt, victoriam cum dedecore ipſorum reportavit: tamen circa finem anni 58, ☉ converſa directio ad terminum ♄, triſtitia natum preſſit, quod invidiam ac odium hominum ſe exiſtimaret incurriſſe: Ex hac ſequenti anno 59 ſtatim liberatus eſt, ſub △ ♄ ſiniſtro, quem menſe Febr. directa ☉ directio attigit. Solis etiam converſa ad ✶ ☽ directio menſe Maio, actiones nati fortunavit, & in gratiam Magnatum ipſum deduxit. Sub finem anni 59 menſe Novemb. pervenit Sol directo progreſſu ad terminum ♂, & ſequenti anno 60 Chriſti 1602 ad ☍ ♂ horoſcopus; Quæ directiones nato incommodum in vita conſiliis & actionibus ſignificarunt. Nam hoc anno, ob peſtis ſemina hic Francfurti ſparſa, domicilium ſuum, contagium fugiens, in vicinum oppidum Furſtenbergam movit, ubi ſequenti anno 61 Chriſti 1603 incendium exortum, pleraſq; ipſi res cariſsimas igne abſumſit; quod malum & ſupra cap. 5 præcedentis membri ſignificari diximus per ☋ in 2 domo ſubſtantiæ conſtitutam. Interea Medium C. in terminum ☿, & Sol directione in ſimilem terminum ☿ tranſivit; Horoſcopus quoq; ad caudam ☊ pervenit, ſed ibi præter formidinem, metum & lites nihil ſignificavit. Anno tandem 63 ætatis, qui fuit Chriſti 1605, deducta converſa directione Solis ob initium Auguſti ad Imum cæli, ubi Anæreta ♄ ſedem ſuam in radice habet, natus mortis cogitationes ſerio ſuſcipere cœpit, quas etiam directio ☉ directa ad terminum ♄ anno 64 auxit. Hinc triſtior ſolito & meticuloſus, parum admodum à ☉ converſa directione ad terminum ♀, quæ in exitum anni 64 cædit, ad gaudium & hilaritatem animi excitatus eſt; Plus valuit Medij C. directio ad ſimilem terminum ♀ anno 65 ineunte, quæ eum lætiorem fecit, & tantum movit, ut etiam de itinere, animi cauſſa, in vicinam Sileſiam ſuſcipiendo cogitaverit & deliberaverit: Verum mox in Vere, appellente horoſcopi directione ad terminum ♄, ſententia mutata, quietus Francfurti ſubſtitit. Nam & ♄ Planeta tardus, itineribus faciendis minus accommodatas ſignificationes præſtat, & imminente æſtate M.C. directio ad □ ♂ ſiniſtrum, natum ſibi cavere à malis hominibus ipſi inſidiantibus voluit. Deniq; Solis contra ſ.ſ. ad ♄ corpus, vel etiam ♄ ut Anæretæ ad Solem horoſcopi dominum ſ.ſ.ſ. directio (Ambæ enim in idem tempus incidunt) quæ menſe Maio anno ætatis 66, Chriſti 1608 accidit, nato lethalis fuit, Die enim 21 Maij mane hemiplexiam dextro latere, ex improviſo, obſtructis cerebri ventriculis, affectus eſt; ut & ſenſu & motu aliquandiu in illa parte caruerit: ſed ſingulari DEI providentia & diligenti cura medicorum nonnihil refectus, parte læſa interim aliquomodo ſtupente, vita ipſi in ſequentem annum ætatis 67, & menſem Martium prorogata eſt, quando & ♄ ſignificator mortis eandem diutius trahit & differt, nec ſimili ut ♂ modo accelerat. Tandem 8 Martii die anni Iuliani hora 8 veſpertina obijt; quo interim tempore directa ☉ ad terminum ♃ directio eò uſq; natum ſervavit, quo pietatem ſuam erga DEUM & proximum abundè oſtendere & teſtari potuit.

In altero exemplo amici mei, inſigniora tantum quædam delibabo. Ac primū quidē anno ætatis 7, cū pueritiæ dentes pleriſq; abſq; cruciante dolore cadunt, directio ☉ ad terminum ♄ in ♉, nato dolores dentium maximos attulit, quibus turbatus, quies omnis adempta eſt, nec ſomnum oculi admiſerunt; præ- Alterum exemplū.

ſert m cum & paulo ante M C. direct. ad □ ☼ ſiniſtrum pervenerit, quæ caſum quoq; ex alio in ſigno aereo Saturnino ei ſignific. Eodem enim tempore tab. fortè ſiniſtra manu tenens, de ſcamno decidit, & prope aurem ſiniſtram in temp. graue vulnus accepit: Vide ſup. pag. 381. Deinde anno ætatis 11, non modo horoſcopus ad terminum ♄, qui dominus eſt M. C. acceſſit, quo tempore mater ipſi obijt; Verum & Sol ad ☌ ☿ domini aſcendentis & ad terminum eius ibidem exiſtentem devenit, quo parens nati ab Illuſtriſs. Saxoniæ duce Ioanne Friderico ad præfecturam Reinhardsbrunenſem & Tennenbergenſem vocatus eiuſdem adminiſtrationi aliquandiu præfuit. Anno vero 16, quo horoſcopi directio ad ⚹ ♂ devenit, qui dominus eſt exaltationis nonæ domus, parens natum Francfurtum ad Viadrum miſit, vbi literis ſedulam per aliquot annos operam navans, circa finem anni ætatis 21, gradu ſummo in Philoſophia ornatus eſt, quem ipſi ſignificavit M.C. ad ⚹ ♂ deductio. Hoc ipſo tanquam militiæ alicuius inſigni decoratus, aliis informandis paulo poſt præpoſitus, faventem fortunam expertus eſt, accedente Medio C. ad terminum ♀ anno 24, & Sole ad ſimilem terminum anno 25 ætatis. Nam & Notariatus Imperialibus inſignibus acceptis mox Notarius Academiæ Francofurtanæ Anno Chriſti 1578, & poſt biennium elapſum anno 27 ætatis deducto horoſcopo ad terminum ♃ ac M. C. ad :·:, parte vero fortunæ ad △ ☿ Profeſſor ac maritus factus eſt. Poſt paucos verò annos, anno nempe ætatis 32, perveniente Sole ad terminum ♄, in quo etiam □ radius ♄ ſiniſter hæſit, in graviſſimam febrem incidit, & patruū amiſit. Inde verò liberatus, aliquandiu firmiori valetudine vſus eſt, non tamen ſine variis adverſitatibus, quas ipſi Solis directiones ad ♄ □ ſiniſtrum, & □ ♃ dextrum deſignarunt. Porrò vt Medii C. ad ⚹ ☼ directio natum ad Rectoratus dignitatem evexit anno ætatis 36: ſic eandem iteravit ☼ ad terminum ♃, anno ætatis 48. Intermedio tempore anno 42 defuncta vxore prima, aliam duxit ſequenti anno 43, Chriſti 1596: Quos eventus licet directiones non oſtendant, horoſcopus tamen paulo poſt ad terminum ♀ deductus eſt, Venit & ♀ profectione ſua ad domum 7 in ♐, & ☽ ad 5 in ♍ duplicia & bicorporea ſigna. De vitæ termino ſi pronunciandum eſſet ex directionibus, ſane ♄ octavæ dominus ad horoſcopum applicatus, eum oſtendere poſſet. Eſt autem M.C. aſcenſio recta 308 grad. 34 l: Et ♄ 356 grad. 30 l: vnde diſtantia ♄ à M.C. prodit 47 grad. 56 l. Et horaria ♄ tempora diurna 14, 20 l. Horoſcopantis vero ſigni & loci A. R. eſt 71 grad. 43 l: unde diſtantia horizontis à M.C. 123 grad. 9 l colligitur. Et horaria tempora diurna 19, 57 l. Hinc diviſa diſtantia ♄ per eiuſdem horaria tempora, & quotiente 3 Hor. 20 l, 39 ll, multiplicato per horaria tempora horoſcopi exeunt 66 grad. 43 l, quibus ſubductis à diſtantia horizontis reſtant 56 grad. 26 l: ut ita fatale tempus ſignificetur ex hac directione. Anno ætatis 57, Chriſti 1610 circa finem Sept. Deus vero qui longitudo eſt dierum noſtrorum, vitæ hunc terminum multum prorogabit, quando & horoſcopus ad ⚹ dextrum ♀, pauloq; poſt M. C. ad ⚹ ☽ & terminum ☿ pertinget. Atq; hæc de directionibus ſint dicta.

Caput

Caput II.

De profectionibus annuis.

Profectiones annuæ quid ſint.

A*Bſoluta directionum doctrina, ex qua prope verum annus colligi poteſt, quo eventus aliquis nato bonus vel malus expectandus ſit, nũc de profectionibus annuis agemus;* quæ nihil aliud ſunt, quam locorum genituræ, quorumcunque ſub zodiaco æquales progreſſiones, quibus quovis anno Solari ſignum, & 12 annorum ſpacio integram revolutionem perficiunt. *Nam loca zodiaci, quæ vel ipſa ſignificatum aliquod habent, vel Aphetas & ſignificatores alios cuiuſcunq; nominis & muneris continent, fixa perpetuo non manent, ſicut in primo hominis exortu diſpoſita eſſe deprehenduntur, ſed cum ſuis Aphetis & ſignificatoribus ſubinde æquabiliter progredi ſ.ſ.ſ. cogitantur, ita vt æquabili hac progreſſione, quivis ſignificator 30 zodiaci gradus, ſive ſint vnius ſive duorum ſignorum, quolibet anno conficiat, & completis 12 annis per confecta 12 zodiaci ſigna ad punctum, quod in radice tenuit, revoluatur. Ac tales ſignificatorum in conſequentia progreſſiones, quibus ſingulis annis ſingula ſigna conficere cogitantur, profectiones annuæ appellantur.*

Profectione annua ſignificator 30 gr. conficit.

Menſtruæ profectiones ſignif. ſpac. menſis 30 gradib. promovent.

Sunt præterea & menſtruæ & diurnæ profectiones, quibus per ſingulos menſes ac binus quoſq; dies ſignificatores in alia atque alia zodiaci ſigna tranſitum facere conſtituuntur: ſed omiſſis illis de annuas tantum profectionibus dicemus.

Quib. tribuatur profectio.

Attribuitur hic progrediendi modus omnibus Planetis & ſignificatoribus reliquis, qui in conſiderationem veniunt, & eventum aliquem certum ſignificant; vt non ſolum annus alicuius eventus præteriti vel futuri, ſed tempus adhuc ſpecialius, menſis nimirum & dies, per profectiones cognoſcatur.

Reg. quærendi profectionem cuiuſvis ſignificatoris.

Quando ergo ſcire volueris, quod ſignum horoſcopus vel alius ſignificator hac progreſſiones perambulet, anno ætatis nati quovis currente, ſume annos nati completos, eoſque per 12 divide, reſiduo adde numerum iſtius ſigni, in quo ſignificator in radice conſtituitur, aggregatum monſtrabit numerum ſigni, ad quod in dato annorum numero ſignificator proficiſcitur.

Veluti in noſtro primo exemplo horoſcopus eſt in 3 gr. 6 l ♌ ſeu quinti ſigni grad. 3, 6 l. Si nunc ſcire cupio, quo profectione ſua horoſcopus anno ætatis nati generoſi currente 67, quo mortuus eſt, pervenerit, divido annos ætatis completos, vt 66 per 12, & reſiduo 6, addo numerum iſtius ſigni, vtpote 5, colliguntur 11. Ergo profectione ſua horoſcopus pervenit in ♒.

Eodem modo quæro profectionem ♄ eiuſdem anni. *Eſt autem ♄ in 18 grad. 58 l ♒ ſive ſigno 8, 18 grad. 58 l. Quod ſi reſiduum annorum datorum per 12 diviſorum, nempe 6, addo ad 8, abiectis 22, reſtant ſigna 2: vnde profectio ♄ ad ſignum ♉ perveniſſe indicatur.*

Com-

Comp. inquiſit. per tab.gener. profectiò. annuarum.

Compendioſius præſente hac tabella generali (in qua verſus ſiniſtram anni ætatis, ad dextram ſigna habentur, ſuis anni correſpondentia, ſub certo ſigno, in quo tempore radicis ſignificator, quem conſideramus, conſiſtit,) idem perficitur: Quæratur enim in tabulæ fronte, ſub annis currentibus, annus datus; & invenietur ſignum, ad quod profectio venit, intra eaſdem trā-ſuerſales lineas, in quibus annus continetur, currens, ſub ſigno in quo ſignificator eſt, cuius profectio quæritur. *Veluti horoſcopus in* ♌ *tempore radicis dato anno 67 reperitur in* ♒. *Et* ♄ *in* ♏ *in radicali themate reperitur anno 67 in* ♉.

Tabula generalis profectionum.

Anni currentes	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
1 13 25 37 49 61 73	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
2 14 26 38 50 62 74	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈
3 15 27 39 51 63 75	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉
4 16 28 40 52 64 76	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊
5 17 29 41 53 65 77	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋
6 18 30 42 54 66 78	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌
7 19 31 43 55 67 79	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍
8 20 32 44 56 68 80	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎
9 21 33 45 57 69 81	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏
10 22 34 46 58 70 82	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐
11 23 35 47 59 71 83	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑
12 24 36 48 60 72 84	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒

De tabul. profectiò. ſpecial.

Sunt qui tabulas ſpeciales faciunt profectionum, & quidem eum in finem, ut cum profectionum annuarum in præcognoſcendis futurorum eventuum particularibus momentis inſignis ſit uſus, habeant in promptu præcipuorum ſignificatorum profectiones, quas ſingulis ætatis nati annis applicare vno intuitu poſſint; quarum compoſitio quia facilis eſt, & quibuſvis obvia, non opus eſt, ut hic copioſius declaretur: Sufficiat nos noſtrorum duorum exemplorum tabulas profectionum ſpeciales propoſuiſſe.

Mod.cognoſcendi perfect.cu iuſvis.

Porro cognito gradu & minuto, ad quod profectio annua ſignificatoris alicuius propoſiti deducitur in dato annorum numero, meritò cum eo primum ipſum thema, poſtea & tabula aſpectuum conſulitur, ut appareat in quam domum radicis profectio incidat, & quinam promiſſores ſignificatori, cum in illo ipſo loco ad quem ſub initium anni propoſiti venit, tum ſi ab hoc ulterius in conſequentiam producatur, eo anno occurrant. Ita enim peculiares per totum annum eventus ad ſingulos ferè menſes erui poterunt.

Tabu-

Tabula profectionum ſpeciali Nati generoſi.

1543	1555	1567	1579	1591	1603	Horoſ. 3 gr. 6l	M. C. 9 23	I. 9 3	C. Occaſ. 3 gr. 6l	☉ ☽ ♀ ☿	♄ 8 58	♃ 27 33	♂ 14 23	⁘	☊ 23 9
1	13	25	37	49	61	♌	♈	♎	♒	♑	♏	♎	♓	♌	♌
2	14	26	38	50	62	♍	♉	♏	♓	♒	♐	♏	♈	♍	♍
3	15	27	39	51	63	♎	♊	♐	♈	♓	♑	♐	♉	♎	♎
4	16	28	40	52	64	♏	♋	♑	♉	♈	♒	♑	♊	♏	♏
5	17	29	41	53	65	♐	♌	♒	♊	♉	♓	♒	♋	♐	♐
6	18	30	42	54	66	♑	♍	♓	♋	♊	♈	♓	♌	♑	♑
7	19	31	43	55	67	♒	♎	♈	♌	♋	♉	♈	♍	♒	♒
8	20	32	44	56		♓	♏	♉	♍	☋	♊	♉	♎	♓	♓
9	21	33	45	57		♈	♐	♊	♎	♍	♋	♊	♏	♈	♈
10	22	34	46	58		♉	♑	♋	♏	♎	♌	♋	♐	♉	♉
11	23	35	47	59		♊	♒	♌	♐	♏	♍	♎	♑	♊	♊
12	24	36	48	60		♋	♓	♍	♑	♐	♎	♍	♒	♋	♋

Tabula profectionum ſpecialis alterius genituræ.

1554	1566	1578	1590	1602	Horoſ. 10 g. 15	M. C. ♐ ☽	I. C. 6 10	Occaſ. 10 15	☉ ♀ 12 6	♄ 25 30	♃ 25 57	♂ 27 12	☿ 0 14	⁘ 16 28	☋ 14 39
1	13	25	37	49	♊	♒	♌	♐	♉	♓	♍	♈	♊	♍	♋
2	14	26	38	50	♋	♓	♍	♑	♊	♈	♎	♉	♋	♎	♌
3	15	27	39	51	♌	♈	♎	♒	♋	♉	♏	♊	♌	♏	♍
4	16	28	40	52	♍	♉	♏	♓	♌	♊	♐	♋	♍	♐	♎
5	17	29	41	53	♎	♊	♐	♈	♍	♋	♑	♌	♎	♑	♏
6	18	30	42	54	♏	♋	♑	♉	♎	♌	♒	♍	♏	♒	♐
7	19	31	43	55	♐	♌	♒	♊	♏	♍	♓	♎	♐	♓	♑
8	20	32	44	56	♑	♍	♓	♋	♐	♎	♈	♏	♑	♈	♒
9	21	33	45	57	♒	♎	♈	♌	♑	♏	♉	♐	♒	♉	♓
10	22	34	46	58	♓	♏	♉	♍	♒	♐	♊	♑	♓	♊	♈
11	23	35	47	59	♈	♐	♊	♎	♓	♑	♋	♒	♈	♋	♉
12	24	36	48	60	♉	♑	♋	♏	♈	♒	♌	♓	♉	♌	♊

Veluti in noſtro primo exemplo nati Generoſi, pertingit horoſcopi profectio ſub initium anni ætatis 66, ad 3 grad. 6 l ♑. Quod ſi nunc ſcire cupio primum in quam domum profectio hæc cadat, offendo eam cadere in 5 domus finem. Deinde qui promiſſores huic ſignificatori procedenti occurrant; animadverto hoſce occurrere. Exemp. genit. Gener.

1	*Cuſpidem ſextæ domus*	*in*	*6 grad.*	0 l ♑
2	*Corpus* ☿	*in*	*6*	40
3	*Corpus* ♀	*in*	*9*	23
4	⚹ ♂ *dextrum*	*in*	14	23
5	⚹ ♄ *ſiniſtrum*	*in*	18	58 ♑
6	*Corpus* ☉	*in*	25	7
7	□ ♃ *ſiniſtrum*	*in*	27	33
8	*Corpus* ☽	*in*	28	33

Exempl. amic. mei. *Simili modo in Genitura altera profectio horoſcopi ſub initium anni 56 ætatis nati cadit in ♑ gr. 10. 21 l, atq; ita in domum octavam radicis: Eidem vero occurrunt*

1	△ ☉ *dexter*	*in*	12 *grad.*	4 l ♑
2	☊	*in*	14	39
3	*Cuſpis nonæ*	*in*	20	59
4	⚹ ♄ *dexter*	*in*	25	30 ♑
5	△ ♃ *ſiniſter*	*in*	25	57
6	□ ♂ *dexter*	*in*	27	12
7	△ ☿ *dexter*	*in*	0	14 ♒
8	*M.C.*	*in*	6 *grad.*	10 l ♒
9	□ ♀ *dexter*	*in*	6	11
10	*Corpus* ☽	*in*	6	51 ♒

Ratio inquirendi menſes & dies quibus profectio incid. Menſis autem ac dies profectionis, quibus quilibet promiſſor ſuo ſignificatori eſt occurſus hoc modo inveſtigantur. 1 Subtrahe locum ſignificatoris, cuius profectio inſtituta eſt, à loco promiſſoris, accommodatis 30 gradibus, ſi alias ſubtractio fieri nequit; & reliqua erit diſtantia promiſſoris à ſignificatore, in partibus zodiaci. 2 Hanc diſtantiam multiplica per 12 dies & 10 min. diei: Seu per 12 dies 4 horas; Et productum exhibebit tempus, inter principium iſtius anni currentis, & momentum, quo ad ſignificatorem applicaturus eſt promiſſor, medium in diebus, & dierum ſcrupulis vel horis numeratum. 3 Hos dies à die nativitatis numera, & invenies menſem ac diem, in quem propoſita profectio terminabitur.

Exempli gratia, in annum 66 primæ genituræ incidit horoſcopi profectio quinto loco in ⚹ ♄ ſiniſtrum: Scire cupio, quo die anni horoſcopus hunc aſpectum ſit aſſecuturus. Quæro ergo 1 differentiam inter ſignificatorem & promiſſorem hoc pacto.

Locus promiſſoris eſt in Grad.	18	58 l ♑
Locus vero ſignificatoris in	3	6

Exemplũ. *Facta ſubtract. inferioris à ſuperiore, reſtant* 15 52 *diſtantia promiſſoris à ſignificatore.*

15 52

Poſtea *hanc diſtantiam multiplico vel per dies* 12 10 *hoc modo*

2 8 40 ll
30

3 10 24
0

Exurgunt ſexagenę primæ dier. 3 13 2 40
Multiplicatis ſexagenis per 60 *prodeunt iunctis diebus* 13
Dies in univerſum 193 *cum* 2 *l* 40 *l*
Minuta uero 2 *dierum* 40 *l l*, *faciunt horam* 1, 4 *l ax hac analogia;*
60 *l* ------ *dant* 24 *Horas* ------ *quie* 2 *l* 40 *l l*.
Vel etiam diſtant. inuentā 15 *grad.*, 52 *l, ſeu min.* 952; *multiplico per Dies* 12
Horas 4 *uel horas in uniuerſum* 292

1904
8568
1904

Proueniunt peracta operatione horar.min. 277984
Hac diuiſa per 60 *faciunt Horas* 4633, *cum reſiduo* 4 *minutor. Hor. per* 24 *reſolutis in dies, reſultant ut prius Dies* 193 *Hor.* 1, 4 *l*.

Tertio *hos dies numero à die natiuitatis* 5 *die Ianuar. currente, & inuenio profectionum hanc cadere in* 16 *Iulij diem Anni* 1608, *Horam ueſpertinam* 6 *ferè*.

Simili modo detur horoſcopi profectio ad ⚹ ♂ ſiniſtrum, *qui in* 14 *grad.* 23 *l* ♑ *cadit, & quaratur quo die incidat.* Aliud exemplum.

Primum *ergo ſimiliter differentiam inter promiſſorem & ſignificatorem quaro:*

Promiſſor ⚹ ♂ *eſt in grad.* 14 23 *l* ♑
Significator horoſcopus in 3 6

Differentia eſt 11 17
Deinde *hanc differentiam multiplico per dies* 12 10 *hoc modo:*

1 2 50 *l l*
50

2 3 24
12

Producuntur ſexagenæ dierum 2 17 *D.* 16 *l* 50 *ll*
ſeu dies 137, 16 *l*, 50 *ll*, *quæ ſcrupula faciunt Hor.* 6, 44 *l*.

Poſtremo *hos dies à die natiuitatis* 5 *ſcil. Ianuarij currente numero, deprehendo profectionem propoſitam horoſcopi cadere in* 21 *Maij, quo hemiplexia natum affecit, in ſignis tardarum deſcenſionum.*

Ratio idē quær. ex tabul. huic inquiſit. accommod.

Compendioſius & ſine tœdioſo calculo ex tabulis brofectionum infra in 3. capite Appendicis propoſitis, quarum prior gradus in dies, horas, & horarū ſcrupula reſolvit, poſterior ſimili modo ſcrupula, cuius loco hanc accurationem adiunximus; idem colligitur. Conſulatur enim primum cum gradibus differentiæ tabula prior; & dies, horæ ac minuta quæ reſpondent, eximantur. Poſtea cum minutis tabula poſterior ſimiliter conſulatur, & iunctis illis producuntur dies profectionis, numerandi ut antea à radice.

Tabula alia poſterior profectionum ſcrupulis graduum dies, horas & minuta horarum applicans.

Sc.	Dies	Hor.	l
1	0	4	52
2	0	9	44
3	0	14	37
4	0	19	29
5	1	0	21
6	1	5	13
7	1	10	5
8	1	14	58
9	1	19	50
10	2	0	42
11	2	5	34
12	2	10	26
13	2	15	18
14	2	20	11
15	3	1	3
20	4	1	24
30	6	2	6
40	8	2	48
50	10	3	30
60	12	4	12

Exemplū. *Veluti detur differentia 15 grad 52 l, ut in primo exemplo, & reſpondent*

Gradib. 15	*Dies.* 182	*Hor.* 14	54 *l.*
Min. 50	10	3	30
2		9	44
Fiunt in univerſum.	*Dies.* 193	*Hor.* 4	8

Rat. quær. arc. progr. ad datum aliquod tempus.

Quod ſi quis viceverſa ex tempore ſeu diebus, quantam progreſſionem locus aliquis cæli fecerit ad datum aliquod tempus, colligere velit, adhibere poterit tabulam profectionum aliam ſupra pagin. 382. quoque propoſitam, in qua diebus ſingulis convenientes ſunt adſcripti gradus & minuta, quæ profectione annua conficiuntur. Conſulatur enim cum dato tempore primum tabula dicta, & quæratur, quantus radici ab initio anni deductæ conveniat arcus. Deinde quantus quoque reſpondeat tempori dato. Poſtea ſubtrahatur arcus prior à poſteriore, & exurgit differentia, quæ tempori intermedio inter radicem & datum congruit: Quæ differentia, ſi poſtremo profectioni ad radicem numeratæ iungitur, colligitur arcus, quem ad propoſitum tempus profectio confecit.

Exemplū. *Veluti detur in primo exemplo dies 8. Martij Anni 1609, & quæratur quouſque profectio ♄ pervenerit illo die. Cum verò propoſitus annus ſit ætatis nati 67, & ♄ in eius principio die nempe 5. Ianuar. ad ♉ grad. 18, 58 l pervenerit, quæro primum quantus arcus à principio anni ad radicem congruat. Sunt v. tantummodo elapſi 4 dies & 5 horæ ferè quæ largiuntur 20 l. Poſtea ad diem 8 Martij ſunt dies 67. Largiuntur autem 60 dies 4 grad. 55 l, 42 ll: & dies 7 exhibent 34 l, 30 ll. Vnde ſi ab aggregato 5 grad. 30 l, 12 ll, ſubtraho 20 l, reſtant 5 grad. 10 l, quæ iuncta radici, oſtendunt profectionem perveniſſe ad 24 gr. 8 l ♉. Nec eſt diſſimilis via in aliis exemplis.*

Profect. oſtendunt ann. felic.

Ad uſum v. huius doctrinæ quod attinet, eſt is multiplex & latè patens. Nā 1 profect. principaliū cuſpidum 1 & 10 domus oſtendunt, qui annis felices, qui

infe-

infelices ſint. Anni ſiquidem qui in ✶ vel △ radios horoſcopi aut M.C. incidunt, inprimis ſi & illorum domiciliorum vis in themate magna ſit, & felicibus feliciũ planetarum radiis illuſtrentur, felices & fortunati judicantur. Infelices verò, qui in □ aut ☍ aſpectus cadunt, præcipuè ſi & maleficorum planetarum infauſtis radiis infeſtentur. Sic quartus & ſeptimus anni primæ & teneræ ætatis, quia in 4 & 7 domum ſignum horoſcopi deducunt, infeliciores habentur. Opponitur enim 4 decimæ, & 7 primæ. Sic 4 primā □, & 7 decimam ſimiliter □ intuetur. Infelices quoq; cenſentur, qui in domos infelices, ut ſextam, quæ eſt morborum, & 12 quæ eſt carceris cadunt, cujuſmodi ſunt anni Climacterici novenarij, 9, 18, 27, 36, 45, 54, 63, 72, 81.

Et infelic.

Anni Climact. qui ſint, & quare mutat. afferant hominib.

Vocantur enim Climacterici anni, Latinis ſcalares & decretorij dicti, non tantum qui ratione numerorum, novenarij (ut qui quadratus eſt primi imparis & ſacri numeri ternarij; & ſimul impariter impar, quoniam ex tribus triadibus componitur) & ſeptenarij (ut qui ex primo impari, & primo pariter pari quaternario exurgit) in vita humana maximè infelices ſunt, quibus homo in periculo vitæ & actionum verſatur, & plurimum è vita tollitur; contraria planè ratione, ac in utero materno, ubi ſeptimo menſe perfectus infans perfectè edi & vivere poteſt, ſed regulariter nono demum editur in lucem: Verum etiam quibus vel imperium dominorum cujuſq; ſeptennij ad maleficos Planetas deducitur, aut ♄ ad □ locum radicis, devenit, ut in ſeptenarijs; vel principales cuſpides horoſcopi & M. C. pertingunt ad infauſtas domos, ſextam adverſæ valetudinis, & 12 carceris & ærumnarum.

Septenar. cauſſa.

Novenar. cauſſa.

Novenar. deductio.

Hinc anni 18, 42 & 54 periculoſi ſunt, quia horoſcopus profectione ſua illis venit ad 6 domum; ut nono, 45 & 81 M C. ad eandem. In duodecimam vero domũ horoſcopus devenit anno 36, qui eſt lethalis viris, quando quidem ex quadrato quoq; perfecti numeri ſenarij, qui componitur ex duplicato ternario, exſtit, & 72 ac 84 qui ſunt lethales ſenibus. Item anno 27 & 63 Medium Cœli ad duodecimam. Sic annus 56, quo horoſcopus in 8 domũ, quæ eſt domus mortis incidit, & Luna ſeptẽnij domina ad maleficũ Planetã deducitur, Climactericus appellatur Heroicus, quod multi præſtantes viri eo mortui ſint, & adhuc moriantur. Componitur enim ille annus ex primo Cubo binarij 8, & ſeptenario numero invicem multiplicatis.

Annus 56. Climacter. Heroicus.

Deinde profectiones dominorum ſepetenij ſimiliter indicant qui anni fauſti & infauſti ſint, fauſti namq; cenſentur, qui in bonos Planetas incidunt, præſertim ſi & illi fortes ſint, & à felicib. feliciũ Planetar. radiis juventur. Infauſti verò, qui maleficis Planetis occurrunt, inprimis ſi & ipſi debiles ſint, & malorum Planetarum malis radijs inficiantur. Hinc ut ſeptimus numerus primum radio oppoſito aſpicit, & primus ſeptimum viceverſa: ita quia ſimul maleficis Planetæ imperio ſubiacet, ſeptimus quiſq; annus infelix & infortunatus judicatur teſte etiam Cenſorino diſt. 14 de die natali. Ergo 14, 21, 28, 35, 42, 49, 56, 63, 70, 77, 84, utpote Climacterici ſeptenarij infortunati habentur, inprimis 39, qui ſeptenarij quadratus eſt, Pontentiſſimi enim ſunt quadrati numeri, ſicut & novenarij quadratus 81 efficaſſimus indicatur: Etenim raro ſine vitæ aut fortunarum maximo periculo tranſmittitur. Atq; hoc anno 81 Platonem, Diogenem Cynicum, Dionyſium Hera-

Profect. dominor. ſeptennii oſtendunt, quoq; ann. fauſtos & infauſtos.

Anni Climacterici ſeptenarii

cleoticum, Eratoſthenem inſignem Geometram, & Xenocratem Platonicum ferunt obiiſſe. Sic 63 annus omnium potentiſſimus ac periculoſiſſimus habetur, qui quaſi legem quandam moriendi hominibus præſcribit; cum ſit ex 7 & 9 in ſe mutuò ductis compoſitus, ſicuti Galeottus Narnienſis in lib. 2 de homine ſcribit: Climacter nihil aliud eſt niſi lex quædam moriendi, quæ occidua dicitur, côtinens tres & ſexaginta annos. Hoc enim tempus periculoſiſſimum eſt, cum rarò idipſum quis tranſeat ſine vitæ aut rerum permutatione. Nam & qui graviore aliquo morbo corripitur in anno Climacterico, præſertim 63, is ut plurimum vitam cum morte commutat, humanisq; valedicit. Ac ſane malitiam hujus 63 anni adauget vigeſimus primus, qui cum & ipſe Climactericus ſit, & ex ter ſeptimo ductus, inter difficiles numeratus eſt; quos enim terræ hebdomades conficiunt difficillimi ſunt, ſcripſit Cenſorinus, ut 21, 42, 63, & 84, in quo Staſeas terminum vitæ defixit. Quapropter gratulatur ſibi Auguſtus Cæſar ſe ſine periculo vitæ aut alio damno 63 annum pertranſiiſſe, hunc in modum ad Cajum nepotem ſcribens: Spero te lætum & bene valentem celebraſſe quartum & ſexageſimum natalem meum: Nam ut vides Climactera communem omnium ſeniorum tertium & ſexageſimum evaſimus, &c.

Annus 63 periculoſiſſimus.

Septennii domini vocantur etiam Alfridar.

Porrò ut conſtet qui ſeptennii domini ſint, quos vulgus Aſtrologorum Alfridarias vocat, hanc tabellam adjungere placuit:

Tabella Dominorum Sepetennÿ ſeu Alfridariarum

Di.	☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄	☽	☿	♀	☉	♂	No
☉	1	8	15	22	29	36	43	50	57	64	71	78	☽
♀	2	9	16	23	30	37	44	51	58	65	72	79	☿
☿	3	10	17	24	31	38	45	52	59	66	73	80	♀
☽	4	11	18	25	32	39	46	53	60	67	74	81	☉
♄	5	12	19	26	33	40	47	54	61	68	75	82	♂
♃	6	13	20	27	34	41	48	55	62	69	76	83	♃
♂	7	14	21	28	35	42	49	56	63	70	77	84	♄

Alfridariæ principal.

Ex qua videmus, primo, qui ſint ſingulorum ſeptenniorum Domini. Nam in quavis nativitate primo ſeptennio præeſt Luna, ſecundo Mercurius, tertio ♀, quarto ☉, & ſic porrò, ut in capite tabulæ reliqui ſequuntur. 2 qui ſint participes, & quomodo Planetarum viciſſitudines in gubernatione vitæ ſeſe habeant. Syllaba enim Di in ſiniſtro latere eos ſignificat, qui die nati ſunt, primo anno habere gubernatorem Solem, ſecundo Venerem, & ſic deinceps. Syllaba verò No in dextro latere eos ſignificat, qui nocte nati ſunt, primi anni gubernatorem hebere Lunam, ſecundi Mercurium, & ſic porrò, repetito illo dominio ſingulis ſeptenniis, ut octavus annus primo æqualis ſit, ſicut patet ex Genitura 36 & 38 Car-

Alfridariæ participes

38 Card. unde & hoc conſtat, quod in nativitate nocturna procedatur à Luna ſurſum aſcendendo, ut finis ſit in Saturno; *In* diurna à *S*ole deorſū deſcendendo ut finis ſit in Marte

3 Animadvertimus quoque inde, quare anni climacterici ſeptenarii plerumq; periculoſi ſint; nempe quia incidunt in malorum Planetarū dominia. Periculoſi autem ſunt, cum infortuna & occiſor concurrunt, ac cum ex levi directione planeta is occidit in climacterico. Non periculoſi ſunt, cum infortuna illa amica eſt luminaribus vel aſcendenti, vel etiam preæſt illis.

Anni ſeptenarii quare periculoſi.

4 Diſiungere & ſecernere etiam poſſumus beneficio tabulæ præcipuos Alfridariorum dominos ab illis, qui participes ſunt domini. Præcipuas enim appellamus, quæ in ſuprema tabulæ parte collocantur. Participes verò quæ ad latera eius notantur.

Et loquitur de principalibus Card. Genit. 34 hoc modo: *Alfridaria à nobis certo experimento & ratione ſic inventa eſt: Anni ſeptem primi Lunæ ſunt, tunc maximè obnoxius eſt puer convulſioni. etſi Avicenna dicat vſque ad annum quintum tantum, ac tum diſcit ambulare & loqui. Septem alij ſunt Mercurij, & fit capax rationis & agilis. Septem alij Veneris, tunc florem habet pulcritudinis, & Venereis potens eſt gaudetq; ea, nec poſt id tempus corpus augetur: Nam Solis ſiccitas ſuccedit. Septem alij Solis, tunc maximum vitæ robur habet, & honoris curam gerit. Septem alij Martis, quo tempore ad labores & ſtatum roboris ac audaciam pervenit. Septem alij Iovis, tunc conſilio valet, & ſapientia ac cura rerum advenit. A 42 ad 49 annum ♄ dominatur, & poſt reditus fit ad eundem ordinem. Vnde apoplectici à 42 ad 56 annū maximè fiunt, Luna & Saturno dominante. Alfridaria igitur felix felicis erraticæ in genitura, felicem facit annum. Vltimi verò cuiuslibet Alfridariæ anni periculoſi ſunt ut partes ultimæ ſignorum generaliter malæ cenſentur.* Genitura verò 39 hæc ſcribit: *Ad Alfridarias revertor: Alfridaria filiorum eſt à 28 ad 42 annum, quoniam ♂ & ♃ dominantur: Et hoc intellexit Plato in lib. de generationis tempore ob curis verbis. Alfridaria divitiarum à 35 ad 49 annum; quia ♃ & ♄ dominantur. Alfridaria voluptatis à 14 ad 21, quia ♀ dominatur. Alfridaria laborum à 21 ad 35 annum, ☉ enim & ♂ dominantur. Alfridaria honoris à 1 ad 28 annum, cum etiam tunc ob honores vitæ obliviſcantur ob ☉ dominium. Alfridaria ingenii à 7 ad 14 & à 21 ad 28 annum, propter ☿ & Solem. Medij à voluptatibus intercipiuntur. Alfridaria conſilii & aſtutiæ à 42 ad 49. Tunc enim ♄ dominatur. Alfridariæ poſt 49 annum omnes retinent aliquid puerilis ineptiæ. Nam à 49 ad 56 timere & cogitare nimis de ſeipſo homo incipit. A 56 ad 63 annum nimis ſollicitus fit in negotijs ſuis. A 63 ad 70 negligit nimis actiones ſuas, & vellet iuvenilem imitari vitam. A 70 ad 77 incipit fruſtra confidere de longitudine vitæ: A 77 ad 84 incipit delirare propter ♂. Hæc Cardanus.*

Cardā. de Alfridarii.
☽
☿
♀
☉
♂
♃
♄

Alfridariæ filiorum.
Divitiarū
Voluptat.
Laborum.
Honoris.
Ingenii.
Conſilii.

Tertio profectiones hoc quoq; oſtendunt, quod ſi malefici Planetæ ſint in 8 *domo, ſemper anni* 8, 20, 32, 44, 56, 68, 80 *exitium aut interitum afferant. Nam propoſitis iam annis aſcendens perpetuò in octavam domum profectione*

ſua

Ani' peric. ſunt quib. inc. profectio horoſ. ad malos planetas.

Digitized by Google

ſua devoluitur. Vbi vero affligitur tantum domus octava, nec maleficorum Planetarum præſentia inficitur, ibi morbos, & itinerum ac corporis incommoda denotat. Quibus nihil periculi iſtis annis accidit, illi beneficos habent in octaua aut ſecunda, vel eo anno directionem habent aſcendentis & Lunæ felicem. Plerumque etiam anni 7, 19, 31, 43, 55, 67, 79 mutationem aliquam vitæ afferunt, quod in iis horoſcopus deveniat ad oppoſitum ſuum, ſeu domum ſeptimam.

Profect. oſtendunt dominos ſeu gubernat. anni. *Quarto profectiones monſtrant dominos reges, ſeu gubernatores anni, qui nihil aliud ſunt quam domini eius ſigni, ad quod ſua profectione horoſcopus venit. Quia cum ſingulis annis profectio horoſcopi perluſtrat 30 gradus, vt dictum, fit vt in genituris, in quibus ſigni alicuius initium horoſcopat, eius quoq; ſigni dominus ſolus dominium per totum annum ſuſtineat. Si vero ſigni medietas vel finis horoſcopum teneat, tum duo anni domini aſſumendi ſunt, primus quidem qui ſigno ei præeſt, ad quod profectio ſub initium anni ætatis nati venit; alter vero qui ſequenti ſigno dominatur; duratq; prioris domini vis eò vſq;, donec profectio horoſcopi in ſequens ſignum deveniat, iuxta menſuram graduum & temporum paulo ante propoſitam.*

Præcepta quædā de dominis anni. De dominis verò anni hæc ferè tradunt Hermes cap. 4, 5, 6, & ſequentib. libr. 2 Abenragel cap. 3 part. 6. Schoner. libr. 3 cap. 7, & ex eo Ranzovius in quinta parte Aſtrologiæ. 1 ♄ ſi fuerit dominus anni

De ♄ & Orientalis ac fortis in radice & revolutione, in bonis cœli locis, vt 1, 2, 5, 10 & 11 domo, deſignat procurationem rerum vtilium, & fortunam ex cura agrorum, villarum, ædificiorum; erit felix in acquiſitione bonorum immobilium, & in aquarum derivationibus, ac arborum plantationibus, hæreditates acquiret, & ſi rei metallariæ dederit operam, fortunabitur in ea, converſabitur quoque cum amicis, & cum illis contractus celebrabit. Regibus & principibus notat ſtructuram civitatum, palatiorum, & hortorum ſpecioſorum, ex quibus honores & dignitates cum divitiarum incremento provenient. Idem ſignificatur ſi horoſcopus ad ⚹ vel △ radium ♄ felicis in genitura deducatur. ♄ verò infelix Occidentalis & in malis cœli locis ut 6, 7, 8, 12, morbos minatur frigidos, vt atræ bilis importunitatem in terreis, abundantiam phlegmatis in aqueis ſignis, item diſuriam à materia craſſa, & meatus vrinæ obſtruente, nil tum ferè vtiliter incipiet, ſed omnium ſuarum actionum impedimenta & infelicem exitum ſentiet, in agris, aquis, & omni ſubſtantia tam mobili quam immobili adverſitates experietur; infeſtos habebit principes, alioſque in dignitate conſtitutos, & multum contriſtabitur eo anno. Idem ſignificatur ſi horoſcopi profectio deveniat ad ☌ ☍ vel □ radium Saturni.

De ♃ ♃ dominus anni, ſi fuerit tam in nativitate quam in revolutione boni eſſe, & inciderit in felicem domum, non niſi bona affatim affluentia deſignat. Felices enim eventus ſpondet omnium eorum, quæ incipit natus, promittitque eidem facultatum, & eorum quæ ad victum augmentumque familiæ ſpectant, vbertatem: Creſcet fama & fortunis, erit gratus & acceptus regibus & principibus, habebit gaudium

dium ex liberis, & filium eo anno ſuſcipiet, inprimis ſi profectio cadat in domum 5 vel 11, vel Veneri aut eius felicibus radiis copuletur, acquiret etiam divitias ex muneribus, & facile impetrabit, quæ à potentioribus deſiderabit. *In* iudiciis erit fortunatus, & res ſuas pendentes in iure feliciter expediet; Dignitates ſummas quoque acquiret, præcipue ſi Solis aſſenſus acceſſerit. Similia horoſcopi ad *Iovis* corpus, vel ⚹ & △ radios eius, profectio denotat. Infortunatus verò ♃, Occidentalis, ſub radiis, in domo malevoli, aut cadens ab angulis, in domo 6, 8 vel 12, felicitatem & gloriam nati minuit; multitudinem expenſarum & importunam divitiarum effuſionem ſpontaneam notat. Caveat quoque ſibi natus hoc anno à Iovialibus, à quibus ſimulata benignitate & fide damnum patietur: Minatur etiam triſtitiam ex morte liberorum & cognatorum. *Similia* horoſcopi profectio ad □ vel ☍ radium *Iovis* deſignat.

♂ dominus anni fortunatus, in curſu liber & velox, in bonis & convenientibus cœli locis, excitat animi robur & fortitudinem, qua ſegnitiem & deſidiam omnem averſatur, & ſolers, prudens, ac promtus eſt ad opera & rerum tractationem, & magnam init gratiam apud magnates, facileque obtinet, quæ ab aliis requirit; à peregrinis tamen, ſi ſit in alieno ſigno, à ſuis & amicis, ſi ſit in proprio, ex aquis, ſi ſit in aqueo ſigno, &c. Inprimis regibus carus erit, & ab illis emolumentum & honores acquiret, ſi ⚹ vel △ radio ♃ aut ☉ illuſtretur. *Idem* ferè ſignificat profectio horoſcopi ad ⚹ vel △ ♂ feliciter conſtituti. At ♂ infortunatus, retrogradus ſub radiis, combuſtusve, in locis cœli adverſis, *6, 7, 8*, vel 12 domo, iracundiam, inquietudinem cogitationum, & mentis perturbationem ſignificat. Caveat igitur tum ab armorum tractatione, litibus, contentionibus, ac itineribus. Nam læſiones corporis, fraudes, detrimenta ac damna patietur, per prædones in humanis, per feras in feralibus & reptilibus, per ignem, calorem & ſanguinem æſtuantem in igneis ſignis, &c. Calidis quoque morbis afficietur à ſanguinis ebullitione. *Idem* notat profectio horoſcopi ad corpus □ vel ☍ radium ♂. De ♂

☉ anni dominus, etſi potiſſimum æſtimatur ex ſigno, in quo eſt tempore nativitatis; tamen ſi per ſe conſideratur, & fortunatus eſt in cœli domo aliqua felici, ſignificat converſationem cum principibus, & officia publica ab iiſdem, vt præfecturas, gradus illuſtriores, dignitates, & augmentum gloriæ & divitiarum. Erit quoque in agendo natus eo anno fortis & excitatus, in ſermone gravis, & ſingulare animi robur habebit. Sol vero impeditus & in cœli domo adverſa, *6*, 7, 8, vel 12, vel etiam in radio ☍ ac □ radicis, deſignat detrimentum à regibus & principibus, quos illo tempore infeſtos & male ſibi propitios experietur. Caveat igitur ſibi à converſatione cum illis illorumque præfectis, ſi diſgratiam, damna & triſtitiam animi effugere cupit: Morbos quoque æſtuantes & calidos ſentiet, inprimis ſi profectio ad *6* vel 7 domum deveniat. De ☉

♀ anni

De ♀ ♀ anni domina, ſi in nativitate & revolotione fuerit boni eſſe, curſu libera, & in cœli loco accommodato & felici, iucunditatem, ludos, tripudia, convivia & amorem mulierum ſignificat, quarum benevolentiam ut ſibi arctius devinciat natus, odoribus, mundiciei & ornamentis eo anno ſtudebit, cantibus ac inſtrumentis Muſicis delectabitur, & genio affluentius indulgebit, præſertim, cum & talis conſtitutio vitæ robur & ſanitatem promittat. Idem notat profectio horoſcopi ad corpus vel ⚹ aut △ radium ♀. Quod ſi vero ♀ ſit mali eſſe tam in nativitate quam revolutione, curſu impedita, in cœli ſigno alieno a temperatura ♀, & in domo 6, 8 aut 12, patietur mala & damna a mulieribus, & in actibus venereis, cibo, potu, medicinis & ornamentis, ſentiet detrimenta, affligetur etiam cauſa illorum triſtitia & mœrore. Idem indicat profectio horoſcopi ad ☍ vel □ ♀.

De ☿ ☿ dominus anni fortunatus, vt de reliquis Planetis dictum, nato augmentum ſubſtantiæ, & gloriam ac laudem promittit, ab ingenio & acrimonia mentis; erit felix in mercatura, itineribus, perſuadendo oratione, & exercitio illarum artium, quibus cum natura domus hoſpitii profectionis convenerit. Idem pollicetur horoſcopi ad ☌ ⚹ vel △ radium profectio. Infortunatus verò ☿ in domibus abiectis, 6, 8, 12, diverſa incommoda minatur, occaſione ſervorum & vilium perſonarum, damna item à Mercurialibus, ſcribis, notariis & mercatoribus. Patietur etiam natus inſidias cauſſa literarum, ſermonum, & lites ac contentiones ipſi movebuntur. Idem portendit horoſcopi ad □ & ☍ ☿ profectio.

De ☽ ☽ anni domina felix, proſperitatem denotat, & lucrum in itineribus, valetudinem etiam bonam, & largitiones à principibus & mulieribus. Infelix verò contrarium ſignificat. Hinc vitanda erunt commercia cum hominibus iter facientibus ſeu peregrinantibus, & qui piſcinas aut aquas curant, mulierum etiam conſortia, & ne natus genio indulgeat in cibo & potu, cum levi de cauſſa adverſa valetudo inde metuenda ſit.

In genere verò ex his omnibus quæ dicta ſunt, pro natura domus in quam profectiones incidunt, bona vel mala determinanda ſunt. Ac ſemper dominus anni fortunatus in angulis maius bonum decernit. Infortunatus verò in aliquo angulorum abſque vlla receptione, maiorem vim habet ad lædendum, maioreſque anxietates, labores, pœnas, & iacturas ſeu amiſſiones rerum & honorum ſignificat, quam ſi removeatur ab angulis.

Dominus etiam anni infortunatus, dominus radicis retrogradus vel combuſtus, & Luna ſimiliter infortunata abſque receptione, ſignificant quod vel natus ſeipſum interficiet, vel rem committet, propter quã occidetur, vel propter quam magnum damnum & moleſtiam accipiet. maximè ſi fortunæ remotæ ſint, & cadant ab eo.

Profect. min⁹ quidẽ valent quã direc. illarũ tamẽ vim multũ adaugent.

Cæterum in formando iudicio hoc notandum, quod profectiones licet per ſe tantam vim non habeant, quantam directiones; illarum tamen virtu- *tem*

tem multum adaugeant, & in actum deducant. Semper enim cum Aphridariarum domini, vel domini anni incidunt in directiones conſentientes in bonitate vel malicia, eventus evidentiores afferunt. Ac in genere profectiones oſtendunt, num verè eo anno, in quem incidunt fauſtæ vel infauſtæ directiones effectum ſuum ſint exerturæ, an verò in ſequentem annum dilaturæ.

Conſidera ergo primum qualitatem directionis, an bona vel ma- Reg. iud.
la ſit,& quorum Planetarum ea ſit, hoc eſt, quis promiſſor, quis ſigni- 1
ficator ſit. 2 Deinde conſidera etiam profectiones iſtius anni, in quem 2
directio incidit, inprimis verò eorum Planetarum ſeu ſignificatorum,
quorum facta eſt directio, an ad corpora vel radios malignorum male-
ficorum Planetarum, aut benignos beneficorum eo anno pertingant,
iuxta præcepta paulò ante tradita. 3 *Si* annuæ profectiones præci- 3
puorum in themate ſignificatorum, inprimis tamen eorum, quorum
directio inſtituta eſt, qualitate cum directionibus iſtius anni convene-
rint; hoc eſt, ſi ad directionem fauſtam fauſtæ profectiones, ad in-
fauſtam infauſtæ profectiones eo anno acceſſerint: effectus iſtius dire-
ctionis ſe eo anno certò exeret. 4 Si verò profectiones annuæ cum 4
ſui anni directione non convenerint, directionis vis vel hebetabitur,
effectuſque remiſſior apparebit ac obſcurior, vel prorſus tolletur, &
in ſequentium annorum aliquem differetur, eum nimirum, in quem
profectiones ſimiles eorundem vel ſimilium ſignificatorum inciderint.
Nam directionum vis, vt iam ſæpe dictum eſt, plures annos durare
poteſt, donec videlicet promiſſor alius ſignificatori occurrat. Eſt
tamen effectus cuiuslibet directionis ſemper maior, & evidentior in
principio: Deinceps verò paulatim vires ſuas amittit & languidior red-
ditur, aut etiam prorſus evaneſcit, quando profectione ſimili non iu-
vatur aut excitatur.

Veluti præcedenti capite oſtenſum eſt in primo exemplo, Saturnum dirigi ad Solis corpus anno ætatis nati generoſi 66 menſe Maij. Si nunc ſcire cupio, num ea affectum ſuum eodem anno & menſe habitura ſit, video quo profectiones ☉ & ♄ perveniant, & offendo Solem in ♋ ad principium domus 12, Saturnum in finem ♈ in M.C. horoſcopum inſuper in 6 domum deduci. Quare ex profectionibus hiſce malis concludo, ſignificatum, cuius antea memini, in profectione ✱ ♂ eodem anno & menſe effectum ſuum habuiſſe. Exempl.

Vt verò nunc vlterius conſtent dies fauſti vel infauſti pro directionis qualitate, Conſidera 1 vt prius vtrum directio bona vel mala ſit: Quis item ſit eiuſdem ſi ſignificator & promiſſor. 2 collige profectiones ſimiles, h. e. ſi directio bona eſt, bonas; ſi verò mala eſt, malas; inprimis tamen iſtorum ſignificatorum ac promiſſorum, quorum directio facta eſt. Et tandem his inventis, quære per doctrinam præcedentem dies anni, in quos profectiones hoc modo collectæ qualitate cum directione convenientes incidant. His enim potiſſimum diebus effectus directionis ſeſe promet, ac in primis illis, in quos profectiones iſtorum ſignificatorum ac promiſſorum terminantur,

Dies fauſti & infauſti quomodo cognoſcendi.

quorum factæ ſunt directiones.

Effectus quomodo determin.

Poſtremo de effectu profectionum eodem modo vt in directionibus ex ſignificatoris & promiſſoris natura iudicandum eſt. Significator enim caſum aliquem vel accidens lætum aut adverſum, pro vt bona vel mala eſt profectio, nato denunciat in illis rebus, quas per ſe & per accidens ſignificat. Promiſſor iſtius eventus vel accidentis cauſſam ac originem ſimiliter ex rebus & perſonis, quas per ſe & per accidens ſignificat, præmonſtrat. Quas res autem & perſonas quilibet per ſe & per accidēs ſignificet, ſupra oſtenſū eſt. Sic Sol per ſe pro vitę ac valetudinis, item honorum & patris ſtatu conſideratur: Per accidens verò pro ſignificatis iſtarum cœli domorum, in quibus vel corpore præſens eſt Sol, vel abſens dominium ſuum exercet, & ſic de reliquis.

Quando itaque ☉ directio bona in aliquem annorum incidit, & accedunt etiam bonæ ac fauſtæ profectiones, vtetur eo anno natus valetudine bona & proſpera, evehetur ad honores. Quod ſi ſimul nonam radicis domum occupaverit Sol, per accidens felices etiam eo anno peregrinationes nato decernet. Eodem modo de reliquorum Planetarum effectibus, quos in directionibus & profectionibus annuis cient, eſt iudicandum, principaliter ex natura Planetarum, qui diriguntur, ac quorum profectiones inſtituuntur, minus principaliter ex loco thematis illo, quem præſentes vel abſentes gubernant.

Exemplū primum.

Exempli gratia, in prima genitura nati generoſi cadunt in annum ętatis nati 66, & Chriſti 1608, directiones hæ tres, quas præcedenti capite propoſuimus. Prima ♄ ad Solem, in finem Maij. Secunda Solis ad terminum ♃, in principium Octobris. Et 3 horoſcopi ad ✶ ♄ dextrum, in finem Novembris. Quæro iam an omnes hæ directiones effectum ſuum habuerint propoſito anno? Hic primum video, an eiuſdem omnes ſint qualitatis, & offendo eſſe diverſiſſimas. Etenim prima pernicioſa & lethalis eſt, poſteriores verò duæ bonæ & ſalutares. Hinc malum quod per primam ſignificatur molliunt aliquo modo, reliquę ſuccedentes. Deinde inveſtigo profectiones ☉, quæ ad hunc annum pertinent, & animadverto Solem profectione ſua perveniſſe in principio anni ætatis 66 ad 25 grad. 7 l ♊, qui eſt terminus ♂, in eoq; permanſiſſe ad 6 vſq; grad. ♋ per 11 ferè gradus, quot conficit profectio ☉ per 134 ferè dies ad 17 vſq; Maij Anni 1608. Vt verò 24 Febr. die venit ad △ ♃ in 27 grad. 33 l ♊. Ita exacto termino ♂ deductus eſt Sol profectione ſua in 12 domum, & terminum ♃ in 6 grad. ♋ 17 Maij.

2 ☍ ☿	*in*	6 *grad.*	40 l ♋	25 *Maij*
3 ☍ ♀	*in*	9	23	4 *Iunii*
4 *termin.* ☿	*in*	13	0	10 *Auguſt.*
5 △ ♂	*in*	14	23	26 *Auguſt.*
6 △ ♄	*in*	18	58	21 *Octob.*
7 *terminum* ♀	*in*	20	0	3 *Novemb.*

Exempli alterum.

Similiter quæro profectiones ♄ ad hunc annum ſpectantes. *Venit*

autem

autem Saturnus in principio anni 66, ad 18 grad. 58′ ♈, ſub termino ☿. Et inde proceſſit.

1	*ad terminum ♂*	*in*	21 *grad.*	0′ ♈	28 *Ianuar.*
2	*ad □ ☉*	*in*	25	7	20 *Martij*
3	*terminum ♄*	*in*	26	0	31 *Martij*
4	*ad ☍ ♃*	*in*	27	33	18 *April*
5	*ad □ ☽*	*in*	28	32	30 *April*
6	*ad △ ☿*	*in*	6	40 ♉	7 *Auguſt.*
7	*ad terminum ☿*	*in*	8	0	24 *Auguſt.*
8	*ad △ ♀*	*in*	9	23	9 *Sept.*
9	*ad ⚹ ♂*	*in*	14	23	9 *Novemb.*
10	*ad terminum ♃*	*in*	15	0	17 *Novemb.*

Conſtat ergo ex his, in principio anni menſe Ianuario & Februario ſub profectione ☉ in terminis ♂, & Saturni in ☿ & ♂ terminis, generoſum noſtrum valetudine quidem mediocri uſum eſſe, quod ♂ felix & fortunatus fuerit in genitura, & in cœli loco ſatis commodo: verum non ſine ſollicitudine, & curis ob Mercurium debilem & malè poſitum in ſexta. Deducto vero ♄ ad □ ☉, indeque ad terminum proprium, valetudo nonnihil affligi cœpta eſt, triſtitia etiam & ſollicitudo maior natum preſſit, cum vehementioribus animi perturbationibus per menſem Martium. In Aprili ſucceſſit profectio ♄ ad ☍ ♃, ubi conſilia agitavit de diſponendis rebus ſuis, ſed fruſtra ob impedimenta, quæ adverſus & oppoſitus radius importavit. Conſilia enim irrita & adverſitates in illis ſignificat ☍ ♄ ♃. Sub finem Aprilis ♄ ad □ ☽ devenit, quæ profectio melancholicos in nato affectus auxit, eiuſque corpus humoribus pravis replevit: Quos cum menſe Majo evacuare, ſeque medicamentorum ope à maioribus vitæ periculis præſervare contenderet, imminente directione ♄ ad corpus ☉, cuius effectum Solis ad ☍ ☿ profectio extimulavit, 21 die Maij hemiplecticus factus eſt. Atque eo tempore Saturni quoque profectio ex ♈ in ♉, ex termino nimirum Saturni in ♀ terminum, Sol verò ad ☌ ♀ proceſſit. Sequentia tempora meliora fuerunt ſub terminis ♀ ☿ & ♃, ad quos cum Sol tum Saturnus profectione ſua applicarunt. Sub illis enim ☉ ad △ ♂ & △ ♄; ♄ verò ipſe ad △ ☿, △ ♀ & ⚹ ♂ acceſſit, & in actum deductæ ſunt directiones ☉ ad terminum ♃, & horoſcopi ad ⚹ dextrum ♄, quibus ſanè natus aliquomodo quantum fieri potuit vires corporis, & animi recollegit, quæq; expedienda & diſponenda fuerunt, confecit.

Caput III.

De Revolutionibus nativitatum.

Revolut. quid ſint in genere. REvolutiones *quæ & converſiones annuæ, Græcis ἐπαλλαγαὶ ἐνιαυσίαι vocantur*, in genere nihil aliud ſunt, quam reditus Solis ad ea zodiaci loca, in quibus luminare hoc magnum ſub initium alicuius rei extitit. *Hinc ut revolutionem mundi, ſeu anni in genere, Aſtrologi, (qui mundum conditum eſſe ſtatuunt ſub principium Veris, Sole ingrediente primi Septentrionalis ſigni ♈ primum minutum) vocant reditum ☉, quo Sol peractis omnibus zodiaci ſignis, ad principium ♈ ſeu puncta æquinoctij verni in zodiaco redit: vel thema ſeu poſitum cæli, qui ad reditum ☉ in primum ♈ minutum extruitur.*

Revolut. nativ. quid. Sic revolutionem nativitatis Genethlialogici appellant, vel illud ipſum temporis momentum, quo Sol redit ad idem zodiaci punctum, vel etiam in conſtitutionem novi thematis cœli ad horam & minutum, quo Sol exacto, vel unius, vel plurium annorum Solarium ſpacio, ad idem punctum zodiaci, quod in nativitatis momento tenuit revolvitur.

Modi quibus quãt. Revolut. *Etſi verò plures paſſim traduntur modi, quo momenta revolutionum inquiri ſolent. Remboldus enim præcepto 23 tabularum Pruten, duos proponit modos, quorum poſterior omnium quidem certiſsimus & exactiſſimus eſt, ſed abſque præceptorum præcedentium notitia intelligi, & hoc in loco expediri breviter nequit; & alii alia præcepta monſtrant. Nos tamen omiſſis illis omnibus, rationem quandam brevem & facilem hic proponemus, qua ex Ephemeridibus & tempus elicitur, quo Sol idem Zodiaci punctum, quod nativitatis momento occupavit, tranſit, & thema ad idem tempus conſtituitur.*

Præcepta quærend. Revolut. Primo ad propoſitum annum, cujus revolutionem ſcire deſideras, quære ex Ephemeridibus locum ☉ ad meridiem diei natalis iſtius anni, in quem revolutio incidit, & ſi locus is ad meridiem diei inventus, præciſè congruit in gradibus & minutis cum loco ☉ in radice, erit ipſum meridiei momentum, momentũ quoq; revolutionis quæſitę. Si v. quod frequentius accidit, locus is cũ ☉ in radice nõ cõvenerit, quære ipſorũ locorũ dati, & ad meridiẽ diei inventi, per ſubtractionẽ minoris ex majore differentiã. Hanc tertio loco pone in regulam proportionum. Primum verò locum teneant minuta motus ☉ diurni iſtius diei, qui datum locum ☉ continet: Quæ faciles inveniuntur, ſubtracto vel motu ☉ præcedentis diei à motu propoſiti diei, ſi motus ☉ datus in radice minor ſit eo, qui ad meridiem diei propoſiti invenitur; vel etiam ipſius propoſiti diei à die ſequenti, ſi major ſit motus ☉ datus, quam eſt propoſiti diei: Et medium 24 horæ diei civilis reſolutæ in 1440 minuta; Produces facta operatione tempus in horis & horarum ſcrupulis, quo diſtat momentum revolutionis a meridie diei aſſumti. 2 Quod ſi motus ☉ in radice

dice


Digitized by Google

dice maior fuerit mõtu invento ad meridiem, tempus illud poſt meridiem numeratum definet in ipſum revolutionis momentum. Si vero motus ☉ in radice minor fuerit motu ad meridiem aſſumti diei invento tempus illud ex 24 horis ſubductum, verum revolutionis momentum à meridie præcedentis diei derivandum, relinquet. 3 Invento hoc modo vero revolutionis tempore, ad id ſingulorum Planetarum motus veri iuxta doctrinam in ſecunda parte de motibus traditam ſupputentur. Et 4 Tempus ſive meridiei ſive aliud quodvis, tempori loci, in quo nativitas facta eſt, accommodetur, reductione inſtituta, ſi alius detur meridianus ab eo ad quem Ephemerides conſtructæ ſunt, iuxta præcepta in prima parte propoſita; Et per æquationem tempus illud in apparens commutetur, & vel aſcenſio recta quæratur loci ☉, cui aſcenſio temporis poſt meridiem elapſi iuncta, non modo decimæ domus, ſed facta continua & quinquies quidem additione 30 graduum, reliquarum quinque domiciliorum occidentalium initia in gradibus & minutis æquatoris prodibũt, quibus ſi ad extremum partes Eclipticæ correſpondentes exquirantur ex tabulis aſcenſionum elevationi poli cuiuſque domus convenientibus, quas elevationes peculiariter inveſtigare oportet: vel etiam compendioſius beneficio tabularum domorum cœleſtium cognito loco ☉ & eo ſub decimo in competente latitudine quæſito, extractaque parte temporis aſcripta, temporeque à meridie elapſo illi iuncto, initia ſex domorum aggregato temporis convenientia quærantur; tandemque oppoſita Occidentalia domicilia ex oppoſitis ſignis & gradibus fiant, extructũ erit thema, quod revolutionis nominabitur, cui loca Planetarum ſupputata rectè inſerantur. Pars verò fortunæ poſtremo loco ita quæritur: Locus ☉ in radice auferatur à loco Lunæ in radice, & reſiduo adiungantur gradus & minuta aſcendentis revolutionis, repertaque ſigna numerentur à ſigno aſcendente in revolutione, & expleto numero ſignorum ſtatim in proximo collocetur pars fortunæ cum gradibus, & minutis, quæ ſignis inventis adhærent.

Veluti ut melioris lucis cauſſa exemplum proponamus, revolutionem 55 genituræ noſtra ſecundæ, quæ eſt anni ætatis nati 56 inquiremus. Cadit ea in annum Chriſti 1609 Diem April. 23. Et ☉ tempore nativitatis in 12 gr. 42 l ♉ fuit. Iam ſi Ephemerides conſulo, offendo Solem ad meridiem diei 23 Aprilis eſſe in 12 gr. 30 l 30 ll ♉. Hic locus à dato ad tempus nativitatis abeſt per 11 l, 30 ll, ſeu 690 ll. Eſt & diurnus motus ☉ 58 l, 7 ll, ſeu 1487 ll. Hinc multiplicatis 690 per 1440 & producto 993600 diviſo per 3487 reſultant 285 l, ſeu hor. 4, 45 l quæ ſunt æquatum temp. loci ☉ in meridiano Ephem. Ad hoc tempus reperitur Lunam in 10 gr 39 l ♉. ♄ in 12 gr. 10 l ♒, ♃ in 24 gr. 6 l ♉ ♂ in 21 gr. 47 l ♊, ♀ in 27 gr. 23 l ♊, ☿ in 23 grad. 7 l ♈ ℞ ☊ in 0 gr. 36 l ♌. Quod ſi nunc à tempore reperto ſubtraho 20 l, quæ ſunt differentiæ inter Iſenacum ſeu Ferrariam Thuringiæ & Francfurtum, & æquationem temporis 10 l, 35 ll addo, exiſtit apparens tempus 4 Hor. 35 l 35 ll. Reſpondent autem loco ☉ 12 quidem gradibus ♉ Hor. 2, 38 l 13 ll. Et 42 l adhærentibus ſub 3 l, 57 ll, in tabula proportionali æquationis

Exempl. revolut. anni 56 ætatis genit. ſecundæ.

tionis 10 domus, 2 l, 46 ll addenda, ut correctum tempus ſit Hor. 2, 40 l, 59 ll. Ergo iuncto tempore à meridie elapſo 4 Hor. 34 l, 35 ll colligitur tempus Hor. 7, 14 l 35 ll, cui reſpondet pro 10 domo 17 grad. 12 l ♋, pro 11, 25 grad. ♌, pro 12, 21 grad. ♌, pro 1, 13 grad. 13 l ♎, pro 2 6 grad ♏, pro 3, 6 grad. ♐ Conſtitutis nunc domicilijs Occidentalibus ex oppoſitis ſignis & gradibus, & inſertis Planetarum locis, auſertur pro inquiſitione ∴ locus ☉ radicis in 12 grad. 42 l ♉, à loco ☽ eiuſdem in 6 grad. 25 l ♒. Et reſiduo 8 ſign. 23 grad. 43 l iungantur 13 grad. 13 l aſcendentis proveniunt 9 ſign. 6 grad. 55 l, quæ numerata à ♎ producunt locum partis fortunæ in 6 grad. 56 l ♋. Thema ergo revolutionis tale eſt.



Reg. iudicii gener. quinque revolutionibus. 1

Porro iudicaturus ex revolutione, conferat thema radicis cum figura revolutionis, videatque quomodo cuſpides, earumque domini & ſignificatores rerum diſponantur. Inde enim iudicium revolutionum potiſſimum dependet. Ac primum quidem ſi aſcendens revolutionis conſentiat, vel idem ſit cum aſcendente radicis, ſignificatur bonum, bona ſcilicet valetudo, actiones proſperè ſuccedentes & ſubſtantiæ augmentum, inprimis ſi & dominus aſcendentis bene ſit diſpoſitus. Nam dominus aſcendentis combuſtus, gravia nato detrimen-

ta

ta ſignificat, & hoc definient Schonero cap. 11 lib. 3 de genit. iuxta Planetæ naturam, qui anni dominus fuerit, habita etiam Solis ratione. Si tamen Luna potens fuerit, vel in ſua domo, vel in aliqua ſuarum dignitatum, inprimis in nocturna genitura, minuetur malum: Exaſperabitur, ſi debilis ſit & infortunata.

2 Si verò aſcendens revolutionis in oppoſito vel □ radio ſit aſcendentis radicis, vel etiam perveniat ad ſigna domorum malos eventus in radice ſignificantium, damna & vincula eo anno portenduntur, ſecundum naturam iſtius domus, quam aſcendens revolutionis in radice tenuit. Hinc ſi ſignum ſextæ, 12 vel 7 domus radicis, fuerit ſignum aſcendentis revolutionis, eo in anno morbos & corporis imbecillitatem, vel etiam alia mala natus experietur, præſertim ſi domus illæ in radice fuerint infortunatæ. Sic ſignum 7 domus, radicis aſcendens revolutionis, multa lætigia & rixas eo anno ſignificat, & nato apto ad matrimonium, uxorem denotat. 2

3 Cum etiam ſignificatores radicis edere ſuos effectus ſingulis annis exiſtimentur, per illarum domorum, in quibus tempore revolutionis conſtituuntur, ſignificata, ſequitur, in qua domo revolutionis dominus ſecundæ domus ∴ & ♃ reperti fuerint, per eius domus ſignificata eo anno natum habiturum augmentum rei familiaris, & ſic de cæteris. 3

4 Quando aſcendens revolutionis pervenit ad malos radios, vel ad loca infortunantium, & naturaliter ſibi inimica, ſive radicis ſive revolutionis, magnum eo anno portenditur pericolum, idque erit tum, cum anni dominus ad eundem Planetam devenerit, qui infortunium ſignificat. 4

5 In omni revolutione, in qua Planetæ diſponuntur modo ſtatui geniture contrario, etiamſi bene diſponantur, periculum ingens ſignificatur. Veluti ſi cui in genitura omnes ſint ſub terra, in revolutione autem ſupra terram: ſeu cui omnes cadentes à domibus in genitura, & omnes in revolutione in proprijs fuerint domicilijs. 5

Notentur etiam hæ regulæ ſpeciales Schoneri paſſim ex cap. 11. lib. 3. de Genituris collectæ: Prima: Quando dominus aſcendentis radicis in revolutione à malis aſpicitur, ſignificat nato malum, ſecundum naturam Planetæ qui aſpicit: vt ſi ♂ aſpiciat □ vel ☍, cave iram Martis. Quod ſi dominus aſcendentis radicis benè aſpiciatur in revolutione, ſignificat bonum & ſanitatem. 2 Si aſcendens revolutionis ad locum Lunæ radicis venerit, vel in eodem loco revolutionis fuerit, in quo fuit in radice, vel bene locum illum aſpexerit, ſitque ſalua à malis, ſignificatur nato proſpera corporis valetudo, & ſalus animi & corporis, habebitque natus rerum incrementa ac gaudium, ac ex muliere lætitiam. 3 Infortuna in revolutionis aſcendente, vel in ſignis aſcendens aſpicientibus, ſignificat impedimentum & triſtitias de natura ipſius infortunæ, & ſigni in quo fuerit. 4 Pars fortunæ in bono loco figuræ, id eſt vbi fuerint in radice ſtellæ fortunantes, vel earum boni aſpectus; decernit nato augmentum & lucrũ ſubſtantiæ. 5 Dominus ſecundæ domus revolutionis ſi fuerit in aſcendente revolutionis, ſignificat quod veniet ſubſtantia aliqua ad natum ſine ſuo labore. 6 Planeta peregrinus ſi in radice fuerit in 2, & ſit in revolutione in aſcendente, ſignificat lucrum aliquod à parte à qua non ſperaverat.

Regulæ ſpeciales iudicii revolutionũ.

verat. Quod ſi fuerit in tertia vel nona, erit lucrum illud in terra aliena; vel propter fratres & affines: In quarta à patentibus, vel per hæreditates: In quinta per filios: & ſic de aliis ſecundum ſignificata domorum; Et nota quod in hac re non conſideramus aſpectus nec applicationes. 7 Si venerit aſcendens revolutionis ad locum Iovis radicis, & ipſe ſit coniunctus aſcendenti per corpus vel bonum aſpectum, natus eo anno honorabitur, & acquiret leviter divitias ac filium. Sin viderit aſcendens malo aſpectu, fient quidem hæc omnia, ſed cum difficultate. Si verò cum eo ſit aliquis infortunans, damnabit Iovis ſignificata. 8 Quando dominus domus ſubſtantiæ applicat in revolutione ad dominum aſcendentis, habebit natus ſubſtantiam leviter ſine labore. Et ſi dominus aſcendentis applicuerit ad dominum domus ſubſtantiæ, laborabit pro ſubſtantia, & acquiret eam. Quod ſi dominus domus ſubſtantiæ ſeparatus fuerit à domino aſcendentis, non lucrabitur; Et ſi dominus aſcendentis ſeparatus fuerit à domino domus ſubſtantiæ, non erit ſollicitus de ſubſtantia acquirenda.

9 Infortuna in ſecunda revolutionis, ſignificat quod natus multa diſpendia faciet ſecundum natum infortunæ. Vt ſi ♂ ibi repertus fuerit, minatur diſpendia propter Martiales homines ac res. 10 ♄ dominus tertiæ in aſcendente revolutionis ſine aſpectu, ſignificat quandam turbationem & melancholiam propter facta fratris. 11 ♂ in revolutione in loco ☿ radicis, ſignificat quod ſe exponet periculis lædendi aut perdendi frattem, aut aliquem ex ſuis, quem vt fratrem diligit.

12 Multi Planetę in tertia vel nona revolutionis, ſignificant eo anno crebra itinera. 13 Dominus tertiæ radicis, ſi in aliquo anno fuerit in duodecima vitæ periculum fratri ſignificat. Quod ſi etiam dominus tertiæ radicis in aliqua revolutione fuerit in 10, morietur eo anno frater nati: Haly part.4 cap.13. 14 ♄ Retrogradus in 4 domo revolutionis, circa res hæreditarias natum anxium facit, vel parentum aliquis non rectè habebit. Idem ſignificat dominus decimæ in octava. 15 Si in revolutione fuerint luminaria in ſeptima vel 4 domo, tum vel pater vel mater nati morietur, maximè ſi ea loca in radice infortunata fuerint. Dabis vero Solem patri, & Lunam matri. 16 Si aſcendens revolutionis devoluatur ad ſignũ Iovis radicis aut ♀, vel ♃ aut ♀ appropinquaverint ſigno aſcendentis, natus habebit filium.

17 Luna in quinta domo revolutionis, ſobolem pulcram donat; & in legationibus ſalutem, & in iuvenibus lætam ſortem. 18 ♄ in revolutione in domo filiorum, in ſigno in quo fuit in radice, ſi fuerit tale ſignum in radice in quarta domo, & annus pervenit ad illud ſignum, ſignificat damnum in patrimonio nati & filii mortem. 19 Dominus aſcendentis revolutionis in octava retrogradus ſine auxilio fortunæ, minatur infirmitatem. 20 ♂ revolutionis ſi locum ♀ radicis maculat, ſignificat quod ex nimia comeſtione vel coitu natus incurrit ægritudinem. 21 Dominus ſextæ revolutionis cum cauda, ſignificat quod eius ſervorum aliquis ſeu ancillarum vitæ diſcrimen ſubibit. 22 Cum Luna Saturno copulatur in revo-

revo-

revolutione, & ipſe quadrata radiatione aſpicit dominum aſcendentis, eo anno morbus animi corpori nocebit,7 Aph. 48 Card.23 Dominus aſcendẽtis radicis nativitatis ſi fuerit infortune,& in revolutione ad ſignũ aſcendentis pervenerit,idemq;Planeta fuerit dominus & ſignificator anni illius,& aſpexerit illud ſignũ applicationis in revolutione de □ vel ☍, ſignificat illo anno infirmitates,dolores & triſtitias de natura illius ſigni, & de natura illius Planetæ & ſigni,in quo fuerit.á quo aſpicit ſignũ eius. 24 Aſcendens revolutionis ad locum Saturni devolutum radicis, vel ad ipſius malum aſpectum,febres ſignificat cum tremore;Quod ſi angularis fuerit vel in ſuccedentibus,quartanas ſignificat,& ſi ♂ eum aſpexerit,incidet natus de vna febre in aliam: ſi verò fortunæ eum viderint, liberabitur medicinis. 25 Aſcendens revolutionis ad locum Martis devolutum radicis,vel etiã Mars male aſcendens intuens,metum,litigia, vulnera vel febres acutas ſignificat, maxime ſi in angulis vel ſuccedentibus fuerit, & fortè cum metu magno peregrinabitur. 26 Dominus aſcendentis revolutionis in ſeptima,á nullo radio aliquo illuſtratus,ſignificat coniugium, & in nona iter.In 6, 8, vel 12 malas valetudines, vel carceris anguſtias, vel malum ab inimicis In 11 ſpem bonam.In 5 filium,&c. 27. Cum ♃ in revolutione aſpicit Lunam aut ♀ in ætate perfecta, aut in angulo exiſtit in radicis loco,hominem inclinat ad coniugium,5 Aph 34 Card.

28 Cum in ætate perfecta revolutio habuerit Venerem in ⚹ ☿, qui illi in genitura in eodem loco iunctus fuit,natus imaginationib.venereis mirum in modum vexabitur.Quod ſi coniungatur vbi prius erat in ⚹,eo anno cupiditatem ſuam cum dilecta explebit,6 Aph.25 Card.29 Quando profect o aſcendentis venit ad 7 radicis, vel aſcendens reuolutionis ſit 7 radicis, uel directio ☽ ad ſtellas fixas pertingit, tum tempora commoda ſunt coniugii ineundi.30 ♀ occidentalis a ☉, ſi in anni reuolutione fuerit coniuncta infortunantibus ſtellis,uel in ipſorum malo aſpectu, mortem mulieris ſignificat eo anno. 31 ☉ in reuolutione in 7, ſignificat controuerſias aduerſus nobiles & potentes atq; litigia. 32 ☽ fortunata exiſtens,ſi ♀ benè diſpoſitam trino aſpexerit in reuolutione,promittit lętitiam ex muliere,& augmentum in coitu rebuſq;venereis. 33 Cum gradus aſcendentis vitæ ſignificator eſt, & profectio eius venit ad locum Eclipſis,ſignificatur mors. Eadem ſignificatur, ſive hylech ſive ∵ vitæ ſignificatrix ad gradum Eclipſis applicuerit. 34 Eclipſis ☉ in quovis loco vbi fuerit cauda in radice, ſi fuerit in eodem gradu, eo anno natus ille morietur.Si autem prope gradum illum tantum fuerit, veniet in periculũ mortis. 35 Eclipſis in aliquo angulo radicis, & maximè in aſcendente in ipſomet gradu,minatur mortis periculum. 36 Cum fortuna fuerit domina loci mortis radicis, & in revolutione anni iverit ad ſignificatorem vitæ, vel ſignificator ad eam,abſcindet ſicut infortunans ſtella.

37 Dominus aſcendentis revolutionis cum cauda, veneni pocula vitanda oſtendit. 38 ♄ in anni revolutionis in 8 diurnus, genitorem atque natum mortuorum cauſſa efficit anxium, 39 Cum cauda infortunio dominum aſcendentis affecerit, & in revolutione Luna ceciderit cum

illa,& ipſam aſpexerit dominus mortis,& fuerit in loco infortunæ à natıvitate,illo anno natus morietur,3 Aphor.5 Cardan.

40 Cum in revolutione illius,cui vnicus vitæ ſignificator iam debilitatus eſt;boni Planetæ combuſti,fuerint in alio loco quam in aſcendente, & infortunæ Solem aſpexerint ſupra terram exiſtentes, ac aſcendens & Lunam, vel Luna ſub terra fuerit; abſque mala directione vlla, procul dubio eo anno ille morietur, 6 Aph. 1 Card. 41 Sol ♃ vel ☊ in nona, ſignificat honorata itinera, vel ad regem iter. Ex itineribus verò lucrum [illegible] in nona denotat. 42 Dominus nonæ in 12, parvam vtilitatem in longis itineribus portendit. 43 Planeta peregrinus in aſcendente radicis, ſi fuerit in tertia vel nona revolutionis,ſignificat nato iter eo anno ſecundum naturam domus in qua fuerit. 44 Luna in revolutione infortunata, matri nati malum,& nato ipſi animi & corporis ægritudinem ſignificat, inprimis ſi nocturna ſit revolutio,& ♄ Lunam aſpexerit. 45 Cum aſcendens revolutionis devenit ad ſignum decimæ radicis,natus magiſterium ſuum renovat.46 ☿ in revolutione in loco in quo fuit ♃ in radice,dignitatem & honorem ſignificat,quem ab alio ſe maiore accipiet. 47 ♂ & ♄ in 10,mortem matri minantur.48 Dominus M. C. radicis in aſcendente revolutionis, nato annum honorificum denotat. Idem ſignificat aſcendens radicis ſi ſit in medio cœli revolutionis, 49 Sol in revolutione ad □ vel ☍ aſcendentis radicis vel domini eius perveniens, labores & difficultates ſignificat ax parte regis vel à patre. Et notabis quod Solis locus in revolutione præſertim diurna,diligenter perſitandus ſit. Nam non poterit quiſquam eo anno honorem adipiſci, in quo Sol aliquo laboraverit infortunio.50 ♂ in 10 domo revolutionis,caſum exalto vel ab equo calcitroſo minatur. 51 ♂ dominus aſcendentis revolutionis, ſi irradiaverit, quintam & undecimam bono aſpectu, hilaritates & voluptates cum amicis,& bonis fautoribus,& cum iis in quibus natus confidit ſignificat. Idem denotat ♀ domina vndecimæ in vtraque figura radicis & revolutionis fortunata.52 Sol in 12 domo infortunatus,ſignificat quod inimici occulti molientur nato multas difficultates. Idem ſignificat ♄ revolutionis ſi ſit in □ radicis.53 Stellæ felices ſi in aliquo anno fuerint in duodecima domo,ſignificant quod inimici nati contra eum prævalebũt. Si verò infelices in duodecima fuerint, dic contrarium. 54 Capricornus in 12,& ♒ in aſcendente revolutionis, ſignificat, quod aliqui hoſtes occulti, vltrò amicitiam nati poſtulabunt. 55 Cum dominus aſcendentis aut ☽ in ☍ vel □ fuerint infortunarum in revolutione,natus detrimenta magna patietur.Si autem cum illis fuerint,peraget mala & detrimenta inferet. Quod ſi cum hoc locis infortunę dominentur, patrabit & patietur,7 *Aph.169*.Card.

Domini aſcendent. in revolut. quid ſignificent.

Conſideratis hiſce regulis vlterius videatur, quid ſignorum aſcendentis domini in revolutione, ipſaque ſigna aſcendentia operentur; Iis de rebus ita monet Card. cap.11 libi.4 de revolut.

Cum dominus aſcendentis fuerit ♄,erit natus timidus & avarus. Si ♃ ad religionem,honores & bonos mores inclinabitur.

Si

Si ♂ ad crudelitatem & rapacitatem.
Si ☉ ad ſeveritatem & triſtitiam.
Si ♀ ad laſciviam.
Si ☿ ad ſapientiam.
Si ☽ ad itinera & erit volubilis opinionis.

Si aſcendit ♈ erit in timore mortis violentæ. Si ♉, ægrotabit ex libidine. Si ♊, ſolicitabitur in ſecretis perquirendis. Si ♋, erit amator rerumpublicarum, & ſtudioſus vel laborioſus. Si ♌, triſtis & ſuperbus. Si ♍, erit amator honorum. Si ♎, erit in periculo vitæ ratione gulæ. Si ♏, erit infirmus ratione cogitationis & pervicax. Si ♐, ſolicitabitur circa ædificationes. Si ♑, erit ſolicitus pro pecuniis & bonis mobilibus. Si ♒, erit maledicus & malus. Si ♓, erit ſuperbus valde. Idem de virgine, ſed non tantum. Et hæc omnia verificantur etiam in nativitatibus. Tradunt & c. 12 lib. 3. de gen. Schoner. & part. 5 tractat. Aſtrol. Ranzovius, præcepta quædã de reditibus Planetarum in revolutionis ad ſua loca, & de acceſſione eorũdem ad aliorum Planetarum loca, quæ tempore nativitatis ſeu radicis tenuerunt, quæ quia utiliter in iudicio adhibentur, neutiquam hic negligenda ſunt. Ac 1 de Saturno. ♄ in revolutione in ſigno in quo fuit in radice, & quidem benè poſitus, promovet natum de una dignitate in aliã, in primis ſi deueniat ſimul ad aliquem angulorum. ut M. C. ubi ſignificat regnum & dominium: In 7 bonum ex mulieribus iudicium. uerò ſemper formandum eſt in reliquis domibus iuxta vires & debilitates eius. ♄ in revolutione in loco Iovis radicis, ſi fuerit in radice vel revolutione dominus aſcendentis, aut dominus ⁘, aut dominus loci ☉ in nativitate diurna, loci ☽ in nativitate nocturna, bonum ſtatum nati ſignificat, & felicitatem in omnibus rebus, habebitq; lucra de terris, & reditibus, benefaciet fratribus, amicis & notis. Si verò malè poſitus fuerit, nihilque obtinuerit de prędictis, damnum notat in ſubſtantia, terris & hæreditatibus nati, eruntq; inter ipſum & amicos ac conſanguineos rixæ. ♄ in revolutione in loco Martis radicis, ſi habuerit teſtimonia præcedentia, nato itinera ſignificat, & iucundam converſationem cum fratribus & amicis, ac conſilia & negotia ſua difficulter expediet. Quod ſi nullum ex teſtimoniis prædictis in radice vel revolutione habuerit, anxietates, & pœnæ nato accident, contriſtabitur cauſſa fratrum & amicorum. ♄ in revolutione Soli iunctus, habens in radice vel revolutione dominium in horoſcopo, vel loco ⁘, ſignificat nato impedimenta & anxietates cauſſa regum, rixas etiam & iurgia cum mulieribus, & cauſsa illarum triſtitiam: Calidis quoq; affectionibus premetur. ♄ in revolutione in loco ♀ radicis, nato itinera & imminutionem libidinis ſignificat, videbiturque turbari mente. ♄ in revolutione loco ☿ radicis, minuit intellectum nati, triſtitiam affert de liberis, exponitq; natum metuẽdis periculis, ac ſi natus ſenex fuerit, melancholia vexabitur. ♄ in revolutione in loco ☽ radicis, damnum à mulieribus ſignificat, & vix evadet periculum à caſu, ſuffocatione vel morbo frigido.

Quid ſigna aſcendent. denotent.

Planetæ ad ſua vel aliorũ Planetarum loca accedentes quid portendant.

De Saturn.

2. De Iove. ♃ in loco in quo fuit ♄ in radice, natum avarum vel te- *De Iove.*

pacem denotat,qui in ſuis actionibus & petitionibus fortunatus erit, & bonum habebit ab amicis, inimici quoque reconciliationem & amicitiam nati quærent. ♃ in revolutione ad locum ſuum radicis rediens, renovat, & perficit bona ſignificata in radice. Natus ergo lucra & ſubſtantiam habebit a parte qua non ſperaverat. ♃ in revolutione in loco ♂ radicis, profuſionem quandam notat ſubſtantiæ,& itinera lucrigera, fortunam habebit apud reges,& qui arma gerunt,fratres quoq;aut quos loco fratrum habet bonum ſentient. ♃ in revolutione ad locum ☉ radicis veniens, vel ſi combuſtus fuerit, natus in periculo mortis erit, donec combuſtionem tranſeat. ♃ in revolutione in loco ♀ radicis, gaudium & voluptates deſignat, habebitque natus multos amicos ipſum diligentes, eritque bonæ famæ. ♃ in revolutione in loco ☿ radicis, nato intellectum acuit,erit ſapientior ſolito,in negotiis ſagax,& magnifiet ab omnibus. ♃ in revolutione in loco ☽ radicis, felicem & fortunatum nati ſtatum denotat,qui corpore benè valens, incrementa in ſubſtātia,bonis,& liberis ſentiet.

De Mar. 3 De Marte. ♂ in revolutione in loco ♄ radicis,nati negotia impedit,eumque tardum & debilem notat. In loco ♃ radicis, itinera fortunata & fructuoſa deſignat, & lucrum ex beſtiis & animalibus. In loco proprio radicis,ſi fuerit idem locus aliquis angulorum, & habuerit teſtimonium aliquod in revolutione,ſignificaveritq;in radice bonū,deſignat natum illo anno valetudine bona vſurum,& ſubſtantiam ſuam aucturum ex præliis. In loco ☉ vel iunctus Soli,triſtitiam,labores,ac infirmitates calidas minatur. Et vel occidet, aut occidetur, ſi fuerit in ſigno violento vel communi,vel ad mortem vſq;laborabit. In loco ♀ radicis, natus verſabitur in libidinibus cum mulierib.& eveniet ei labor aliquis propter eas,vel ſentiet infirmitatem ex nimio vſu Veneris, & cibi ac potus. In loco ☿ ludet libenter, eritque deceptor & mendax, & in periculo perdendi vel ſe, vel aliquem ex fratribus ſuis minoribus, vel quem habet loco fratris. In loco ☽ ſi ipſa fortis fuerit,& teſtimonium habuerit in anno,ſignificat natum habiturum dominium & filium. Si ♂ teſtimonium illud habuerit, faciet itinera multa parva & negotiis plurimis implicabitur.

De Sole. 4 De Sole. ☉ in revolutione in ſigno proprio ♌,in aliquo angulorum, in bono ſtatu, & ab infortunis liber corporis ſanitatem, vtilitatem, & lucrum ſignificat. Infortunatus verò in domo ſua, dolores notat; Remotus ab angulis & ſuper terram, leviora illa ſignificat. ☉ in ♍ ſuper terram, ſi aſpexerit aſcendens, & teſtimonium quoq; aliquod habuerit in revolutione, ſignificat ſanitatem, cum beneficis fortunam, cum maleficis,infortunium & quod non complere poterit,quæ voluerit. ☉ in ♎ in revolutione ſupra terram,itinera notat, & bonum eventurum, cognoſcendum eſt a ſtatu ☉,& Planetarum,qui cum eo commixtionem habuerint. In ♒ in aliquo angulorum in bono ſtatu maximè in M.C. habens teſtimonium quoque in revolutione, natum in valore conſtituit apud regem,eidemque bonum, lucrum & hæreditatis incrementum promittit. In ♐ in bono ſtatu, ac aliquo angulorum, nato bonum, lætitiam,

& pro-

Digitized by Google

& prolem decernit eo anno. *Infortunatus* verò Sol, triſtitiam nato & mortem liberorum, ſi quos habuerit, portendit: *In* ♑ habens poteſtatem ac teſtimonium, infirmitates, dolores, triſtitiam & obſcuritatem nominis deſignat. In ♒ ſalvus ab infortunis, nato coniugium illo anno, & augmentum ſociorum & amicorum ſignificat. Infortunatus v. infirmitatem ſociis nati nunciat, quodq; ipſe adverſarios habebit. In ♓, nato triſtitiam & malum ſtatum decernit. In ♈ liber ab infortunis, fortunam in ſubſtantia & bona itinera ſignificat, habebit dominium à regibus, iiſq; cum lucro & commodo ſuo adhærebit. At infortunatus, triſtitias & labores affert. ☉ in ♉ cum teſtimonio & poteſtate in revolutione, aſcendens intuens, negotia nato apud reges, & inde vtilitatem ac lucrum ſignificat. At infortunatus, pœnas, triſtitias ac lnbores deſignat, inprimis ſi in aliquo angulorum exiſtat. ☉ in ♊ habens teſtimonium in anno, & liber ab infortunis & ſuper terram, aſcendens aſpiciens, incrementum & bonum in ſocietate & fortè prolem: Infortunatus verò gravamina & mœrorem ab his ſignificat. ☉ in ♋ habens teſtimonium in revolutione, & poteſtatem in anno, ſignificat offenſionem ab inimicis. Exaſperatur malum, ſi & Luna eum aſpexerit.

5 De Venere. ♀ in revolutione ad locum ♄ in radice perveniens, De Venere magnnm deſiderium efficit coitus, quo etiã hoc anno ſe inquinabit & deliciis vacabit. Legitimo vero modo vtetur eo, ſi ♀ ſit apparens, libera ab infortunis. Illegitimo modo, vnde & maculam habebit, ſi ſit infortunata. Clam & in abdito, ſi ſit ſub terra. ♀ in revolutione ad locum Iovis radicis deducta, itinera ratione legis & religionis decernit, gaudebit de ſubſtantia ſua, eamq; ex bonis mortuorum augebit. Ad locum Martis in radice pertingens, ſi teſtimonium habuerit in anno, ſalacem denotat, qui cum deſiderio mulieribus adhærebit, & quæcunque petierit de lætitiis, ludis, à mulieribus obtinebit. Ad locum proprium in radice rediens, ſi habuerit dominium in anno, perducet & natum ad dominium, vt ſit in precio & valore, renovabuntur etiam res quas ſignificavit in radice, creſcet in ſocietate, nutritione, veſtimentis & opibus. Ad locum ☿ radicis, delectabitur in orando, ratiocinando & doctrina. Quod ſi teſtimonium ♀ accedat, aſſociabitur cantoribus, ioculatoribus. Si ambo infortunati ſint, vel vnus eorum, accident ei gravamina & labores in cauſſis & rationibus eius. Ad locum ☽ radicis, ſi & ☽ ab infortunis ſalva ſit ſtatum nati fortunat, delectabitur itineribus, mulieribus, negociationibus, verſabitur cum regibus, & fratres habebit ſibi parentes.

6 De Mercurio. ☿ in locum Saturni perveniens, quem habuit in De Merc. radice, ſi ☿ habeat teſtimonium in anno, ſitque liber ab infortunis, excitat in nato ſtudium ædificandi, faciet etiam itinera, in quibus creſcet eius ſtatus & bona, habebitque fortè eo anno filium. Si vero ♄ Mercurii loco habeat teſtimonium, deſtruentur nati filii, ægrotabit, & conſilia ac cogitationes eius turbabuntur. In loco Iovis radicis, dignitatem & honorem pollicetur nato, item auctionem bonorum, doctri-

Digitized by Google

doctrinæ, & iudicij; & ſi eius ætatis & conditionis fuerit, vxorem fortè ducet. In loco Martis radicis, ſi ambo teſtimonia habeant in anno, mendacia & falſitates nato confert, deceptor erit, & de rebus loquetur, quæ nunquam fuerunt nec acciderunt, *wird groſse Srreiche auſsgeben* / vt Germani loquuntur, erit etiam venationis ſtudioſiſſimus. Quod ſi vnus eorum retrogradus fuerit, furta ſignificat: Et Marte damnato periculum erit, vt natus moriatur. Marte etiam ingrediente Solis radios, periculum erit, vt interficiatur natus, vel expellatur de terra ſua. ☿ in loco ☉ radicis, & in aliquo angulorum in bono ſtatu, habebit honorē & dignitatem regis, maximè ſi fuerint in M C At remoti ab angulis, minora illa ſignificant. Quod ſi ☉ vice ☿ teſtimonium habuerit, natus commoda ſentiet à diſcipulis vel ſervis ſuis, vel ab hominibus, qui reguntur per eum, qui erunt ei boni & fideles.

In loco ♀ radicis, pro mulieribus & rebus inutilibus ſollicitus erit, diliget fabulas, rithmos, cantilenas, & luſus, appetetque eſſe in locis ludi & recreationis. At ſi ♀ teſtimonium habuerit in anno dignitatem quandā acquiret ſublimem, & laborabit vt omnibus comtus appareat. ☿ in loco proprio habens teſtimonium in anno, & in aliquo angulorum exiſtens, nato bonum & venerabile nomen ſignificat, & lucrum ſubſtantiæ, ſi ſubſtantiæ ſignificationem habeat; fratribus bonum, ſi fratrum ſignificationem habeat. Et ſic per omnes domos reliquas iudicandum. Quod ſi tamen damnatus & infortunatus fuerit, malum ſignificat pro modo rei, in qua ſignificatio fuerit. In loco Lunæ, vbi Luna teſtimonium in anno habet, itinera ſignificat, & cauſſas cum inimicis & adverſariis. Quod ſi verò teſtimonium fuerit vice Lunæ, habebit bonum ab amicis, pluresque amicos lucrabitur, proſperè denique omnia, quæ ſuſceperit, perficiet. Ac ſi infortunatus fuerit, accident ei gravamina in prædictis.

De Luna. 7 De *Luna*. Luna in revolutione anni perveniens ad locum, in quo fuit ♄ in radice, ſi ipſa habuerit teſtimonium in anno, natus vxorem ducet vetulam, vel aget cum ea. Et ſi cum hic infortunata fuerit, ſignificat vitam laborioſam & varia impedimenta. Si verò ♄ teſtimonium habuerit, venient ei mala nova à longinquis terris quibus afficietur & dolebit. Ad locum Iovis in radice delata, ſi fuerit in bono ſtatu ab infortunis libera, denotat nato itinera per aquas, habebitque in iis lucrum; Significat etiam divitias & honores, & potentum gratiam. At infortunata, gravamina & infirmitates denotat. Ad locum Martis radicis in bono ſtatu, habens teſtimonium in anno, nato dominium decernit, in quo ab aliis timebitur. Erit tamen compoſitus ad rapinam, itinera, laborum tolerantiam, & pericula ſuſtinenda, ac metuendæ ipſi ſunt infirmitates calidæ & humidæ, quæ exaſperantur, ſi Luna ſit in malo ſtatu vel infortunata, vt etiam mortis pericula metuenda ſint. Ad locum Solis vel Soli iuncta in revolutione, occultis intentum facit, ac ſi teſtimonium habuerit in anno, accident nato gravamina, & damna à rege & maioribus ſuis, vt dominis & parentibus. Si verò Sol teſtimonium habuerit in anno, habebit natus dominium & bonum, ſed mater erit in periculo, & mulieres illi

illi ſimiles. Atque hæ ſignificationes efficaciores erunt, ſi ☽ ingrediatur combuſtionem, quam ſi exeat de combuſtione. Ad locum ♃ radicis, ſalva ab infortunis, ſignificat itinerum, quæ illo anno facere conſtituerat, diſturbationem: domi enim manebit, & cum mulieribus negocia tractabit, cum quibus vt & aliis amicis lætabitur, vivens vitam non ſine labe lætam, iucundam. Infortunata triſtitiam & gravamina denotat in prædictis. Quod ſi etiam Venus teſtimonium habuerit, promittit dominium, laudem & honorem. Ad locum ☿ radicis, teſtimonium habens in anno, itinera ſignificat ad loca periculoſa, in quibus malum patietur ab inimicis, vel cauſa illorum. Ac ſi ☿ teſtimonium habuerit, fortunabitur ſtatus & negotium eius, & lucrabitur ſubſtantiam & amicos, habebitque bonam famam. Ad ſuum verò locum rediens, ſi ipſa in aliquo angulorum in bono ſtatu fuerit, ſalva ab infortunis, ſignificat corporis ſanitatem, honorem, bonum nomen, & dignitatem præclaram.

Veluti in noſtri ſecundi exempli revolutione 55, ſub initium huius capitis propoſita, aſcendens revolutionis 13 gr. ♎, in △ ferè eſt aſcendentis radicis 10 gr. ♊, & bonum ac ſalutarem ſtatum natum nato ſignificare, niſi idem ſignum ſextæ domus fuiſſet in radice, ad quam oppoſitum radium habuerũt quatuor Planetæ ♂, ♀ ☉ & ☿. Vnde nato hæc revolutio non adeo bona & conveniens eſt, ſed morbos quoſdam calidos & adverſitates in vita minatur ab hominibus Martialibus. Hæcq; ſignificata confirmant ☽ partiliter ferè Soli copulata in 8, & ♀ aſcendentis domina iuncta Marti in 9, in ♊ ſigno aſcendentis radicis. Augmentum tamen rei familiaris hoc anno expectab.t, quod ⊗ in revolutione cadat in Cancri gr. 7, cuſpidem 2 domus radicis, & quidem vt ☽ domina ſigni cum Ioue notat in 8, ex hæreditate alicuius fæminæ fortè ſocrus, quando et ♄ in 4 domo 12 gr. ♒ revolutionis oppoſito ferè ☽ radicis in 10, quadrato intuetur luminaria, & matri vel quæ inſtar matris eſt, lethalem morbum deſignat. Acceſſionem quoq; bonorum ſignificat ♃ in revolutione exiſtens in ♉ in △ ferè partili radicis. Fuit n. in radice in ♍ Itinera quoq; quædam nato ſignificantur, quod ♀ aſcendentis domina ſit in 9 cum ♂. Caveat v. ſibi à nimio cibo & potu hoc anno, quando morbi calidi, qui nato hoc anno impendent, à copia cibi & potus videntur originem ducere, ob ♎ aſcendentem & Venerem dominam horoſcopi Marti coniunctam. Cautè quoq; ambulabit, & præcipitiã fugiet, ne cum ♄ in revolutione in loca ☽ radicis exiſtat, & ☽ ſummum cœli in radice, ♄ vero imum in revolutione occupet, exalto præcipitetur vel cadat; inprimis cum & ♄ vis nocendi in propria domo ♒, teſtimonium habens exaltationis in ſigno ♎ horoſcopi revolutionis, corroboretur.

Exempli

Ca-

Caput IV.

De tranſitu Planetarum.

Tranſitus quid.

INter ea quæ ad ſpectale iudicium neceſſaria ſunt, ſolent & tranſitus conſiderari, quibus Planetis veris ſuis motibus curſum in zodiaco conficiendo, alia atq; alia thematis natalitij loca adeunt, in iiſq; inſignes mutationes afferunt. Abſolvitur hic curſus in omnibus Planetis non vno eodemq; tempore, ſed in altioribus tardius, in humilioribus citius. Nam ☽ ſingulis menſibus, ☉ ♀ & ☿ annuo ſpacio. ♂ biennio, ♃ 12, & ♄ 30 annis ferè omnia genituræ loca perluſtrant.

Sing. Planetæ ſua habent peculiaria tēpora tranſituum.

Ac optimum eſt hoc in negocio conſulere Ephemerides, in quib. loca Planetarum ad ſingulos dies ſupputata habentur, eaq; conferre cum locis thematis natalitij, quorum paſſim ab Aſtrologis conſtituuntur 72: Primum quidem 56, planetarum 7, quorum quiſq; 8 habet, ☌, ⚹ □ △ ſiniſtros, ☍ & △ □ ⚹ dextros. Hinc ☊ ☋ & ⁘ vtriuſq; tam à Sole ad ☽ quam à ☽ ad Solem protectæ, cuius loco nonnulli aſſumunt gradum ☌ vel ☍ præcedentis luminarium: Tandem 12 domorum cœli: Vel etiam cum præcipuis his ſex tantum, vt ſunt horoſcopus, Sol, ☽, ⁘, M.C. & Planeta horoſcopo dominans.

Loca præcipua 72 ſunt, in quibus tranſitus conſiderantur.

Quod ſi ergo beneficus Planeta vt ♃ vel ♀ locum aliquem tranſeat, tum tranſitus is bonus; ſi maleficus vt ♄ vel ♂, malus; ſi mediocris, vt Sol ☿ & ☽ mediocris appellatur.

Bonus trāſitus. Malus. Mediocris

Generalis vſus tranſituum.

Adhibentur autem hi tranſitus in iudicio nativitatum, perinde vt profectiones dupliciter primo quidem generaliter vna cum profectionibus & revolutionibus ad directiones, vt oſtendant, an ea effectus ſuos eo anno, in quem incidunt, ſint habituræ. Quando itaq; in annum aliquem incidit directio vel felix vel adverſa, conſiderentur etiam vna cum profectionibus tranſitus Planetarū per loca præcipuorum ſignificatorum & promiſſorum, inprimis verò iſtorum, quorum ſunt factę directiones & profectiones, & videantur, in tranſitus eo anno qualitate congruant cum directionibus & profectionibus. Si enim ad fauſtas directiones & profectiones aliquo in anno accedant fauſti tranſitus, effectus directionum ſine dubio ſeſe eo anno oſtendent. Eodem modo ſi adverſitatem quādam minitetur directio infauſta, & incedant per ſignificatorum & promiſſorū loca, inprimis v. eorum, quorum ſunt factæ directiones, tranſitus Planetarum infauſti, periculum à directionis iſtius malæ effectu eo anno nato imminebit. Si v tranſitus cum directionibus qualitate non congruant, h.e. ad directionem bonam accedant tranſitus mali vel contra, erit talis directionis effectus obſcurior & remiſſior: Hoc itaq; modo trāſitus perinde vt profectiones, per ſe quidem parum efficiunt, ſed ad directiones & profectiones ſimiles aut diſſimiles accedentes, earum vim inſigniter excitant ac augent, aut inhibent ac debilitant.

Spec. vſus tranſituū.

Secundo Tranſitus in ſpecie etiam conſiderantur, vt per hos dies anni ac menſes fauſti vel mali cognoſcantur. Bona enim directio vim ſuam potiſſimum exerit illis anni diebus, quibus à ſimilibus tranſitibus iuvatur ac excitatur. Sic mala etiam effectum ſuum maximè illis anni, in quem cadit, diebus promit, quibus per ſignificatorum loca Planetæ maligni vel corporibus vel radijs malignis tranſeunt.

Quan-

Quomodo tranſitus ex Ephem. petendi & ad vſum transferẽdi ſint.

Quando itaq; in annum aliquem fauſtæ vel infauſtæ directiones incidunt, inſpiciantur ordine in Ephemeridibus ſingulorum Planetarum, inprimis v. eorum, quorum directiones factæ ſunt per ſingulos anni ſtius menſes & dies, motus proprii, iſtiq; cum locis præcipuorum ſignificatorum in themate conferantur. Si enim hoc modo benigni Planetę per pręcipua thematis loca corporibus ſuis vel radiis benignis tranſire deprehendantur, directioni, infauſtæ effectum in alium menſem ac diem tranſferent. Si maligni Planetæ corporibus aut radiis ſuis magnis hæc thematis loca obſederint, eo menſe ac die infauſta directio ſuum effectum ciebit. Iudicatur a. de effectu tranſituum eodem modo vt in directionibus ac profectionibus. Significator n. h. e. punctum id, per quod Planetæ maligni vel benigni tranſeunt, accidens aliquod de ſua natura deſignat proſperum vel adverſum, cuius originem & cauſſam patefacit promiſſor h. e. Planeta aut radius Planetæ per ſignificatoris locum tranſiens, eumque vel fortunatum reddens vel affligens ac lædens, vbi rurſum planetarum ſignificationes quas per ſe ac per accidens obtinent notæ eſſe debent. Veluti ♀ decurrat per aſcendens radicis, & iudicatur illo tempore quo aſcẽdens perambulat ♀, natum fore ſani corporis, expeditum in actionibus perficiendis. Corporis enim & actionum ſignificatio à loci, aſcendentis nimirum natura; Bonitas verò à Venere dependet. Sic ſi ♂ per aſcendens tranſiverit, erit corpus nati male diſpoſitum, iuxta naturam ♂ calidum intensè & biliosum, & animus præceps & iracundus. Idem ferè iudicium fertur ſi dominus aſcendentis per bona vel mala loca decurrerit. Sic felix iudicatur natus in acquirendis divitiis illo tempore quo ♃ tranſierit ſecundam domum vel ⊕. Notandum verò quod ex ſententia Sch. lib. 3 cap 14 de iud. nativ. Lunæ tranſitus per 3 horas ante & poſt, ſed aliorum planetarum per diem vnum ante, & per vnum diem poſt operetur. *Exempli gratia in noſtro exemplo ſecundo, ſi tranſitus ☽ per horoſcopum radicis ad ann. ætatis nati 56 Chriſti 1609 examino, offendo Lunam in radice in △ eſſe aſcendentis. Eſt enim Luna in 6 gr. ♒, cum aſcendens ſit in 10 gr. ♊. Vnde tranſitus Lunæ per aſcendens commodam nato valetudinem & proſperum ſtatum illis, quibus fiunt temporibus ſignificant; vtpote 25 April. hora 6 pomeridiana, 23 Maij hora 3 matutina, 19 Iunii hora meridiei, & ſic conſequẽter cum Luna eundem zodiaci locum perluſtrat, modo is non infeſtetur mali Planetæ præſentia vel radio malo. Simili modo ſi ☽ per proprium locum tranſitus conſidero, quia ipſa in radice in medio exiſtit cœlo & 6 grad. ♒, ſignificatur eo tranſitu actionum felix expeditio & fortuna ac honor à fœminis, die 14 Maij in ipſo meridie. 10 Iunij hora 6 pomeridiana, 7 Iulii Hor. 10 vel 11 poſt meridiem, &c. Sic tranſitus ♃ per horoſcopum 14 Iunij die felicitatem in vita & actionibus ſignificat, mediocrem tamen tantummodo, cum in radice ℞ & in detrimento ſuo ſit in 26 grad. ♍.*

Exemplũ.

Atq; hæc de ſpeciali iudicio expoſuiſſe ſufficiat.

APPENDIX

De Triplici Correctione Figuræ Genethliacæ,

Et de Calculo Directionum.

IO. BAPTISTA SENIUS *Genuenſis Lectori. S.*

ASTrologicam Doctrinam præſtantiſſimi Viri Davidis Origani exhibere noſtrum fuit inſtitutum. Verùm illi adeo implicita eſt, atq; nexu naturali iuncta Correctio Thematis Natalitij, quàm vulgò *Figuræ Rectificationem* appellat, ſicuti & Directionum ſupputatio, ut non ſine violentia quadam divelli poſſe nobis viſæ ſint. Excerpſimus idcircò ex Tractatu de Motibus h. e. Parte II. Introd. Ephem. poſtrema quatuor Capita, nimirum XII. XIII. XIV. XV. quæ hic Appendicis loco nova ipſorum numeratione ſubnectimus, idem præſtituri in reliquis operationibus ad Figuram Cœleſtem ſpectantibus niſi ea in omnibus ferè Ephemeridum libris tam obviæ paſſim occurrerent, ut operæpretium non duxerimus nimiùm vulgari ſarcina egregiæ Doctrinæ Volumen magis magiſq; infarcire, ac prægravare.

Digitized by Google

CAPVT I.

DE TRVTINA HERMETIS, ſeu correctione thematis per manſionem nati in utero, à tempore conceptionis ad tempus partus.

Tempora nativitatũ vt plurim. erroneam ſunt.

COnſtructo themate cœli ad tempus æſtimatum ſeu quomodocumq; datum Nativitatis, quod vel ob horologiorum imperfectionem, aut malam adminiſtrationem, vel ob determinantium & obſervantium partum incuriam à vero aberrare poteſt, videbimus nunc in hoc capite, quomodo tempus per trutinam Hermetis Triſmegiſti corrigendum ſit.

Corigẽda ergo.

Trut. Hermet. quid.

Vocatur autem Trutina Hermetis illud ipſum examen, quo ex tempore conceptionis, quod cum tempore partus cognationem habet, *ſeu ex nati in utero manſione, quam alios male moram vocare dicit Iovianus Pontan. in com. ſuper 51 ſent. Centil. Ptol. cum non moretur, ſed maneat in utero infans,* tempus partus æſtimatum expenditur, & num accurate vel non, datum ſit, primum conſideratur, poſtea error, qui admiſſus eſt corrigitur. *Statuit namq; Hermes rerum cœleſtium antiquiſſimus ſcriptor, illum ipſum gradum cœli horoſcopare tempore partus, quem conceptus tempore Luna tenuit: Et viceverſa gradum illum tempore conceptus horoſcopaſſe, in quo tempore partus Luna fuit inventa.*

Tempus partus ſæpe accelératur ſæpe retardatur

Quę ſententia licet in omnibus genituris eventui non correſpondeat; cum varia occurrant, quæ partum prægnantium nonnunquam accelerant, nonnunquam retardant, & Lunæ motus diſſimilis ſit, qui ad terrę circumgyrationem æqualem ob quam quotidie ſimili modo nobis aſcendere, & deſcendere apparent ſigna, collatus, eandem non ſemper retinet analogiam: Tardum quoq; progreſſum ex vtero Luna in aſpectu infortunarum denotet, & in ſigno obliquo, & Planeta retrogradus, aut ſtans, lenti motus, in aſcendente, vt eſt apud Card. 6 Aph. 162: Ac ſi loci ☽ & aſcendentis exacte commutarentur in genitura & conceptione fieri nequaquam poſſet, vt gemelli ſimul generarentur, eſſetq; plurimum idem illorum fatum Card. 4 Aph. 10 & 15.

In perfect. geniturıs temp.ᵒ medio modo ſe habet.

Tamen in plurimis genituris, quæ naturali & medio modo abſq; adiumentis & impedimentis externis perficiuntur, atq; ideo perfectæ dicuntur, comprobatur & vera oſtenditur. Quod idem & Card. docet 4 Aph 9 his verbis: In genituris perfectis ☽ redit ad ſignum aſcendentis conceptionis, vel eius oppoſitum, vel ad Planetam, cum quo in conceptione fuerat, aut eius aſpectum, vel ad ſignum proprium, Aſcendens autem eſt locus ☽ conceptionis vel eius oppoſitum. Nec differt ab hac ſententia Ptol. propoſ. 51 Centiloq. ſui ubi hac leguntur verba: In quo ſigno Luna eſt genituræ tempore, illud in conceptu fac aſcendens; Et in quo ſigno inventa fuit in conceptu, illud aut eius oppoſitum fac aſcendens in partu. *Nam licet non prorſus eundem gradum aſcendens ſtatuat geniturę, qui fuit tempora conceptionis, idem tamen ſignum vel oppoſitum aſcendere, experientia propria edoctus, aperte affirmat.*

Præcepta trut. Hermetis. Modus vero inquirendi tempus conceptionis, & inde exquiſitum tempus partus talis eſt. Primo ad æſtimatum tempus partus figura cœli conſtituatur, in eamq; locus ☽ recte collectus inſcribatur. II Diſtantia Lunæ ab angulo orientis, ſi ☽ ſub terra ſit, vel ab angulo occidentis, ſi ſupra tarram exiſtat, inquiratur, ſubtrahendo ſigna & gradus angulorum à ſignis & gradibus ☽, aſſumpto etiam integro circulo ad Lunam, ſi ſubtractio fieri non poſſit.

Fundam. tab. manſionis in utero mat. III Cum diſtantia ☽ tabula manſionis nati in utero materno conſulatur tempusque inde petatur. Cuius tabulæ hoc fundamentum eſt, ut cum poſt novem menſes Solares, ſeu tres quadrantes anni, qui 39 hebdomadas, ſeu 273 dies conſtituunt, fætus regulariter ex utero materno egrediatur, hoc tempus quoque medium habeatur, & Lunam in ortu conſtitutam denotet: Inde vero quoties 12 gr. ab ortu ſupr. horizontem verſus occaſum diſtet, toties dies unus ſubtrahatur, & quoties 12 grad. ab ortu infra horizontem verſus occaſum removeatur, toties dies unus addatur: ut ita minimũ intervallum 258 dierum, habeat Lunam in occaſu ſupra horizontem & viceverſa, maximum 288 dierum habeat Lunam in occaſu infra horizontem conſtituta, Namque in tabula nihil abeſse ab angulo occidentis ſupra terram idem eſt; quod abeſſe ab ortu 6 Signis: Et abeſse 4 integris Signis ab angulo occidentis ſupra terram. idem eſt quod abeſſe 2 Signis ab ortu. Vt ergo 6 Signa 15 dies, ita 2 Signa 5 dies largiuntur, quiquidem ſi Luna ſupra terram ſit à medio tempore ſubtrahuntur, ſi vero infra terram deprehenduntur, adduntur medio tempori, ut tabula adiuncta plenius docet.

Tabula manſionis in utero materno.

Sign.	*grad.*	*Luna ſub terra ab Aſcend.*	*Luna ſupra terram ab Occaſu.*
0	0	273	258
0	12	274	259
0	24	275	260
1	6	276	261
1	18	277	262
2	0	278	263
2	12	279	264
2	24	280	265
3	6	281	266
3	18	282	267
4	0	283	268
4	12	284	269
4	24	285	270
5	6	286	271
5	18	287	272
6	0	288	273

IV Ex tempore manſionis tempus conceptionis hoc modo quæratur.

I Conſideretur num annus propoſitus communis vel biſsextilis ſit, ut tabula menſium anni accommodati conſuli poſſit. 2 Conſideretur

Digitized by Google

retur quotus ſit dies anni, dies propoſitus nativitatis, ingrediendo tabulam cum menſibus completis, & quærendo numerum dier. elapſorum è regione poſitum, cui merito additur numerus dierum nativitatis, ut prodeat numerus dierum à principio anni ad nativitatis diem. 3 Numerus manſionis nati in utero materno auferatur à diebus anni, adiectis unius integri anni diebus, ſi ſubtractio fieri nequeat, & relinquitur numerus dierum, quo conceptio facta eſt. 4 Cum reſiduo conſulatur tabula menſium, & colligitur nomen menſis & diei, quo conceptio accidit. 5 Luna ad meridiem inventi diei conceptionis conſideretur, quæ ſi ab angulo æſtimato nativitatis ultra 13 grad. non diſtiterit, dies inventus eſt dies conceptionis; Sin plus, iudicetur vel à maleficis aſpectibus exitum nati eſſe impeditum, vel à beneficis adiutum; *A*diutum quidem, ſi iuſto citius: Impeditum, ſi iuſto tardius ex utero in lucem prodiit: Atq; ideo quoq; tum accipiendus, vel dies ſequens, ſi *Luna* aſcendens ſuperaverit, vel præcedens, ſi aſcendens *Lunam* exceſſerit. *In* aliquibus enim caſibus quod experientia docet, per unum aut duos dies retro vel poſt numerandum eſt. 6 Pro hora conceptionis invenienda, auferatur aſcenſio recta ☉ à ♑ arcu continuo deducta, congruens loco vero ☉ ad meridiem diei conceptionis ſupputato, ab aſcenſione obliqua ☽, quæ congruit tempori nativitatis æſtimatæ ab ♈, reſiduum convertatur in tempus, & colligitur conceptionis hora quæſita.

Tabula menſium

In Anno Communi: Bixſsextili.

	Dies	Dies
Ianuarius	31	31
Februarius	59	60
Martius	90	91
Aprilis	120	121
Maius	151	152
Iunius	181	182
Iulius	212	213
Auguſtus	243	244
September	273	274
October	304	305
November	334	335
December	365	366

V Ad tempus concept. ſic inventum, poſtquã reduct. & æquatum fuerit, quæratur locus ☽ verus, qui erit gradus horoſcopi temporis partus verus, ad cuius poſitum reliquarum domorum principia rectificentur.

Veluti in noſtro exemplo erect. fig. cæli, & inſcripto loco ☽, reperitur ☽ ſup. terrã in 10 do. A loco igitur ☽ qui eſt 6 gr. 22 l ♒, ſeu poſt 10 Sig. in 6 gr. 22 l ſubtrabo angul. occid. 8. gr. 45 l ♐, ſeu 8 Sign. 8 gr. 45 l reſtat diſtantia ☽ ab occid. 1 Sig. 27 gr. 41 l, cũ qua ſi cõſulo tab. manſ. nati in utero, offerũtur 263 fere dies.

Temp. ergo concept. inde hoc modo colligo: I Video num annus nativit. propoſita cõis vel biſsext. ſit. Deprenditur hoc ex diviſione annor. nati Chriſti per 4. Nullũ nãq; reſiduũ in annis poſt nat. Chriſtum, biſsext. aliquod vero reſid. communẽ ann. deſignat. Et colligitur ann. aſſumtus 1554 communis. Poſtea *conſidero quotus ſit dies anni dies nativit. propoſitus, & apparet, cũ 23 Apr. detur, eſſe eum 113 diẽ anni cõmun. Nã Martio completo, cui aſcribuntur 90 dies, iunguntur 23 dies Apr. & procreatur num. 113 dier. III num. manſionis nati in utero 263 dier. auſero à 113 dieb. cũq; id fieri nequeat addo priº dies 365 uniº anni ad 113 dies, ut fiãt 478 dies, et poſtea demũ ſubtrabo, relinquũtur 215 dies.*

Quar-

Quarto cum hoc reſiduo tabulam menſium rurſus conſulo, & offendo poſt Iulium completum, qui habet dies 212, reſtare adhuc 3 dies ad Auguſtum pertinentes: vnde tertio Auguſti Anni 1553 conceptionem factam eſſe coniicio; præſertim cum & Lunæ locus ad meridiem diei 3 Aug. Anni 1553 reperiatur in 15 grad. 30 l ♊, qui ab horoſcopo æſtimato in 8 grad. 45 l ♊, tantum 6 grad. 45 l abeſt.

Vt vero & hora conceptionis conſtet, aſcenſionem rectam ☉ à ♑ deductam primum quæro; Et quia ☉ ad meridiem diei conceptionis reperitur in 20 gr. ♌ erit aſcenſio recta 142 grad. 26 l, deducta numeratione à principio ♈, ſed additis 90 grad. vt ea conſtet à principio ♑ 232 gr. 26 l. Poſtea & aſcenſionem obliquam, quæ Lunæ in propoſito horizonte latit. 51 gr. ad tempus partus in 6 gr. 22 l ♒ congruit, inveſtigo, quam invenio 333 gr. 32 l. Auſero tandem ☉ aſcenſionem rectam à ☽ aſcenſ. obliq. & relinquitur arcus 101, 6 l, qui in tempus converſus 6 Hor. 44 l, 24 ll exhibet: vnde conceptionem factam eſſe concludo Die 3 Auguſti Hor. 6 veſpert. 44 l 24 ll. Quod ſi ad hoc tempus, non modo locus ☽ verus quæratur, qui erit Horoſcopi locus correctus, ad cuius poſitum reliqua domicilia ordinari poſſunt: (Eſtq; locus is 18 grad. 50 l ♊;) ſed & thema cæli erigatur, exhibebit idipſum iudicia haud negligenda.

Planetæ à primo poſt ſeminis iactum momento dominari incipiunt, cum in prægnantē tum in fætum.

Primum quidem cuiuſmodi temperamenti ſit futurus fætus, deinde quoque cuiuſmodi accidentia fortunæ vel infortunii ad tempus vſq; partus fætum & matrem vterum gerentem concomitabuntur. Quia enim tempus conceptionis, fœminam vterum gerere facit, illiq; numero & generi fœminarū inſerit, quod variis caſibus & affectibus expoſitum, cœleſtes impreſſiones aliis magis ſentit conſentaneum eſt eas quoque inde, tanquam ex primo principio & fonte, aliqua ex parte prævideri poſſe: Et quia hoc tempore σπέρμα certum temperamentum induit, & propriam acquirit naturam: Idcirco eam ſucceſſu temporis, quo in vivum corpus mutatur & conformatur, non protſus deponere valet, ſed vt proprietatem & naturam illam, ex qua incrementum accipit, retinet, ita eandem quoq; vi ſua attemperat, ſecernitq; vt prima exigit impreſſio.

Primus menſis Saturno tribuitur.

Ac primum quidem menſem à conceptione Aſtrologi, inprimis Albubater cap. 3. Saturno aſcribunt, cuius virtute ſemen in vtero retinetur & figitur; qui ſi in themate conceptionis fortis fuerit, ac in aliqua ſuarum dignitatum, domo, exaltatione, triplicitate, termino vel facie ſemen genitale receptum ab vtero bonæ diſpoſitionis eſt, & leviſſime toleratur ab imprægnata, nec vel dolores, vel ægritudines; vel nauſeam eidem parit. *In* termino Iovis gaudium affert, bonam valetudinem, & ſpē ac expectationem vnicam temporis partus. *In* termino Martis æſtus ac ægritudines procreat; quæ vterum gerentem in partibus inferioris ventris, per tormina & fluxus menſtruos infeſtant. In domo vel termino ♀ lætitiam ac hilaritatem parit, quæ cum in vultu, tum in geſtibus & actionibus impręgnatæ conſpicitur. *In* termino ☿ facit parum quietam & facilis motus, quæ multa de imprægnatione cum aliis conferet.

Sec. Iovis.

Secundum menſem Iovi tribuunt, qui incrementum ſemini affert, & ſenſus ac intellectus fundamenta ponit. Fortis ergo vel fortunatus in do-

Digitized by Google

micilio vel termino proprio, habilitatem Embrioni imprimit ad leges tam divinas quam humanas recte intelligēdas, quas etiam ſucceſſu temporis in lucem productus, ſapienter & commode illuſtrat. *In* termino ♂ cupiditatem rixandi & contendendi cum hominibus, eoſque vel vulnerandi vel etiam prorſus interficiendi. *In* domo vel termino ♀ ad res iocoſas, cantum, iocos & ſuaviloquentiam excitat, & vim perſuadendi confert. *In* termino ☿ amœnitatem verborum & gratiam adducit. *In* domo vel termino ♄ aptitudinem præſtat ad res abſtruſas recte cognoſcendas, eaſque cum veris tum fictis rationibus illuſtrandas.

Tertium menſem Marti addicunt, qui calorem fœtui adauget, eumque ad motum præparat. *In* ſua ergo dignitate audaciam, iracundiam & cupiditatem dominandi, alioſque ſive iure ſive iniuria deprimendi cum contentione ingenerat: *In* domo vel termino ♄ efficit mobilem ad malum, gravem in bellis & tenacis iræ. *In Iovis* termino fortem cum ratione, qui non niſi gravi cauſſa motus bello ſeſe immiſcet. *In* ♀ domo vel termino Zelotypum, qui occaſione ſuæ Zelotypię ad inferendam necem & alia mala propendet. *In* ☿ domo, qui ob maliciam & conſilia perverſa & callida ab alijs metuitur. Tert. Mar.

Quartum menſem aſſignant *Soli*, vt ſpiritus vitalis autori & moderatori, qui ſi fuerit in domo, exaltatione, triplicitate vel facie ſua, membrorum omnium completionem perfectionem, formoſitatem ac virtutem ſingularem affert: vnde de huiuſmodi nato pronunciari poterit, quod omnibus facilè dominabitur. *In* domo ♄ maxime in ♒ erit fortis, timidus tamen & ſolitudinis amator, iniuriarum patiens, ob quas etiam vt famæ neglector vilipendetur ab aliis. *In* domo *Iovis* fortem, boni conſilij & ſummæ autoritatis natum promittit, ſub cuius dominio omnia tuta pace cum ſplendore florebunt. *In* Martis domo & termino, audacem, magnanimum, qui autoritatem ex divitiis quærit, licet ijs non inſtructus ſit, quique vim propriis rebus infert, & cum iniuria alijs ſua auferr. *In* Veneris domo maxime in ♉ pulcrum, completum, fortem, qui maxima quidem præ aliis pondera ferre valet, ſed duri intellectus eſt. *In* Mercurii domo & termino, ſapientem, gaudentem ingenio & arte, maxime ſi in ♊ ſit. Quar. Soli.

Quintum menſem Veneri dant, quæ formoſitatis, pulcritudinis ac lætitiæ domina eſt: vnde in propria domo pulcritudinem & aſpectum lętum ac rubicundum nato tribuit. *In* domo vel termino ♄, caput criſpum, corpus ſiccum & macrum, multæ ægritudinis & multorum itinerum, & natum parum curantem DEVM & res divinas. In domo vel etiam termino & facie Iovis, vt ♐ ♊ & ♎, natum corporis longi & carnoſi, habentem faciem pulcram, & animam caſtam, ſapientem, reddentem cuiq; pro meritis condigna, malum pro malo &c. In domo vel termino aut facie ♂, natum flavorum capillorum, variorum oculorum, ſine metu, & iram non cohibentem. In facie Mercurii natum faciei macræ, habentem maxillas longas, oculos rotundos, mendacem, multi riſus, & multorum verborum. Quintus Veneri.

Sextum

Sex. *Merc.* Sextum menſem Mercurio appropriant, cuius vi membra fœtus quaſi connexa ſeparantur & dirimuntur. Hic quia Planeta eſt doctrinæ, eloquentiæ, ac ſcientiæ, in propriis ſuis dignitatibus conſtitutus nato eloquentiam confert, cuius ſermo hominibus placebit, eritque magnorum virorum ac potentum ſecretarius, qui aliorum pro arbitrio ſuo affectus concitare & movere cum ad miſericordiam tum ad riſum poterit. *In* domo ſeu termino ♄ natum facit impeditæ linguæ, qui, vtut aliàs boni intellectus ſit, ſenſa animi non recte exprimet. In domo aut termino Iovis, ſapientem & de rebus omnibus mirab liter ſermocinantem. *In* domo ♂ lingua & ſermone abutentem ad calumniandum alios, & famæ ac exiſtimationi detrahentem, *u vird ein Schender ſein*. In domo ♀ ſermone mirabilem verbis manſuetum, deque multis curioſe ſciſcitantem.

Sept Lunę Macrob. lib. 7 Sat. cap. vlt. Septimum menſem Lunæ largiuntur, quæ natum in utero complet, perficit, prægnantiſque rimas corporis diſtendit & viam meatibus dat, quo in lucem exeat, vnde & Lucina prægnantium Dea appellari ſolet. Qui hoc menſe in lucem eduntur, membris ſunt completis, propter ſignificationem & complementum Planetarum. Cum vero partus in 8 menſem incidit, tum quia diſpoſitio ad ♄ redit, naſcentes, vel mortui eduntur, vel cito moriuntur. Qualitatibus enim ſuis omnibus repugnat Saturnus vitæ principiis. Naturalis iſq; frequentiſſimus partus in nonum menſem differtur, quo Iupiter viciſſim fœtui præeſt, eaque fere operatur, quæ ſupra ad ſecundum menſem monuimus. Tum ergo plurimum quoque nutu divino natus in lucem prodit, & vitam, quã in vtero cæpit inter homines vivit.


Octavus Saturno.

Non. *Iovi.*

Thema vero cœli iuxta præcepta propria conformatum tale eſt: ex quo pleraque, quæ de trutina hac propoſita ſunt, verificantur.


Iam vt reliqua ad correctionem neceſſaria expediantur, quæratur non modo loci Lunæ ad tempus conceptionis, qui locus idem eſt & horoſcopi verificati ad tempus partus, aſcenſio obliqua; verum eadem quoq; conferatur ad aſcenſionem obliquam horoſcopi, æſtimatæ nativitatis: & differentia, quæ emergit, in tempus commutetur, & vel addatur tempori æſtimato, ſi aſcenſio obliqua æſtimati temporis minor eſt aſcenſione obliqua iam reperta, vel ſubtrahatur, ſi illa maior eſt hac: Colligitur verum nativitatis tempus, ad quod thema cœli non modo quo ad poſitum extremi cęli, ſed & quo ad reliquos Planetas verificandum eſt.

Veluti



Veluti in noſtro exemplo aſcenſio obliqua Lunæ in 18 *grad.* 50 *minut.* ♊ *competens elevationi poli* 51 *grad. eſt* 46 *grad.* 9 *minut. Aſcenſio vero obliqua horoſcopi æſtimati ſupra inventa fuit* 37 *grad.* 21 *minut. Collatione facta, differentia eruitur* 8 *grad.* 48 *minut. quæ dant* 35 *minut.* 12 *ſec. horæ addenda tempori æſtimato, Anno nimirum* 1554 *Diei* 23 *April. Hor.* 17, 48 *minut.* 25 *ſecund. P. M. & exiſtit verum nativitatis tempus iuxta trutinam Hermetis correctum Annorum & dierum ut prius Hor.* 18, 23 *minut.* 37, *ſecund. cui tempore thema Nativitatis correctum tale congruit.*

Digitized by Google



CAPVT II.

De Animodar, ſeu correctione temporis æſtimati per præcedentem coniunctionem vel oppoſitionem luminarium.

Correct. temp. per Animod. à Ptol. prop.

PTol. cap. 2 lib. 3 quadrip. poſtquam oſtendit in temopore nativitatis conſignando multipliciter errari poſſe; vel quod horologia plerumque imperfecta ſint, & male adminiſtrentur; vel quod obſtetrices, & aſtantes partui minus præciſe momentum exitus ex utero notent; huiuſmodi præceptum correctionis, quod Arabes Animodar vocant, proponit.


Coniunct. nativ. dic. quã antec. Prævent. quam ſeq. coniunct. ipſaq. nat. præv. proxime coniunctione.

Videndum, *inquit*, primo, cuiuſmodi luminarium ſyzygia antecedat tempus partus, interlunium ne an plenilunium. Si interlunium, & Nativitas coniunctionalis fuerit, gradus in quo accidit, ſumatur. *Si* plenilunium, & nativitas præventionalis fuerit, accipiatur gradus in quo exſtit luminare, quod ſupra terram eſt, tempore oppoſitionis, de die quidem ☉, de nocte ☽; vel ſi accidat oppoſitio in horizonte, gradus iſtius luminaris, quod tum in ortu fuerit, eligatur. Deinde dato hoc gradu in-

inquirendus eſt Almuten Almuſteli, Planeta ſcil. qui pluribus ibidem dignitatibus præſtans ius dominandi ſibi vendicat.

Contingit vero ius dominandi hoc ordine: 1 ratione trigoni, 2 domicilij, 3 altitudinis, 4 finium, & 5 configurationis ſeu poſitus, ut præferatur is, qui ſecundum hunc ordinem dignitate præſtat, vel pluribus valet nominibus. Tertio ſi unus fuerit repertus Planeta, qui ſic prævaleat, quotum gradum ſigni ſui is dato partus tempore peragret, indagandum eſt, & hic numerus conferendus, cum numero gradus Orientis, & cum numero gradus in medio cœli poſiti; Cui enim horum duorum fuerit vicinior, quod ad graduum numerum attinet, in illo cardine æqualis numerus ſtatuendus eſt.


Si vero duo aut plures fuerint reperti Planetæ dignitatibus & prærogatiuis æquepotentes, tum gradus aſcendentis ſtatuendus eſt æqualis illius Planetę numero, qui minus ab ipſo differt. Si etiam pares fuerint, non tantum quod ad dignitates, ſed etiam quod ad propinquitatem numeri graduum, tum perpendatur utro in cardine, aſcendente aut medio cœli fuerit Planeta maioris prærogatiuæ, & iuxta illius numerum cardo corrigatur.



Veluti noſtram natiuitatem anteceſſit 17 die April Hor. 6,45 l plenilunium ſub adiuncta diſpoſitione cœli.

Quando vero Sol ſupra terram in 6 grad. 30 l ♉, Venerem Dom... ſeu Almuten Almuſteli monſtrat, ut quæ & οἰκοδεσπότης & τριγωνοκράτωρ eſt, & terminum regit; eaque tempore partus in 6 grad. 10 l ♊ reperitur, qui grad. proprius ad medium cæli æſtimatæ nativitatis in 4 grad. 59 l ♒ quam ad Horaſcop. in 8 grad. 45 l ♊ accedit: Conſtat 6 grad. 10 l ♒ in medio cæli iuxta hanc correctionem merito diſponi. Tranſit autem cum eo meridianum 308 gr. 34 l æquatoris; unde & tempus & reliquarum domorum initia corrigi poſſunt.

Tempus quidem ſi differentia aſcenſionum rectarum huius iam inventæ, & quæ fuit æſtimati temporis 307 grad. 21 l quæratur, quæ eſt 1 grad. 13 l. Poſtea in tempus commutetur, & largitur differentia 1 grad. 13 l, Horæ min. 4 l, 52 ll. Ac tandem vel addatur vel ſubtrahatur, pro ut correcta cuſpis vel maior vel minor eſt æſtimatæ, ut tempus verificatum prodeat.



In noſtro exemplo 4 l, 52 ll horæ addenda ſunt æſtimato tempori Anno nimirum 1554, Diei 23 April. Hor. 17. 48 l, 25 ll, & verificatum colligitur, Annor. & dier. ut prius Hor. 17, 53 l, 17 ll. Reliquarum vero domorum initia corrigantur ex propoſita aſcenſione recta M. C. ex qua reliquæ aſcenſiones & domorum cuſpides, iuxta doctrinam cap. 11 colligendæ ſunt, ſicut monſtrat adiunctum thema cœli.

Etſi

Etſi vero correctio hæc per Animodar, impugnatur 1 ab Abrahamo Iudæo, qui in principio libri ſui de Nativit. affirmat, ſe ſæpiſſime Aſtrolabio quam exactiſſime notaſſe tempora nativitatum; nunquam vero reperiſſe, Planetam aliquem convenientiam habuiſſe cum alterutro angulorum. Deinde à Ioanne PicoMirandula qui lib. 9 cap. 3 & 4 refut. Aſtrolog. trutinam Hermetis cum hac correctione comparat, & ex diſcrepantia utriuſq; alijſq; quibuſdam rationibus, falſitatem huius atq; illius infert: tamen Iunctinus in com. ſuper cap. 2 tertij libri quad. Ptolem. pluribus exemplis & proprijs & ex Luca Gaurico deſumtis, eius veritatem demonſtrat; & meminerunt huius correctionis alij quoq; Aſtrologi, ut Schoner. libr. 1 de iudicijs nativ. ſtatim in principio. Abenragel part. 4 cap. 4, Guido Bonatus part. 1 cap. 4 tractat. ſui de nativitatibus. Monendi vero ſunt ſtudioſi ne duabus hiſce correctionibus nimirum tribuant, in illis præſertim exemplis, quorum tempora verificata nimis procul ab æſtimato recedunt, ſed potius præferant certam obſtetricum relationem; quod ipſum quoque monet Cypr. Leovit. in principio iudicij Nativitatum.

Correct. per Anim. impugnāt Abraham Iud. Picus, & alii.

Sed defēd. à Iunct.

Caput III.

De correctione thematis Natalitii per accidentia nati.

EXamen omnium certiſſimum eſt, quod hoc in capite proponimus, quo nempe per accidentia nati bona, ut dignitates, donationes &c. vel mala; ut ægritudines, carceres, caſus, conflictus, aut alia corpus & animum affligentia, aſcendens æſtimatum corrigitur. Pertinet hoc examen unicè ad Aſtrologiam, quandoquidem ſecundum Card. 6 Aph. 158. ſapientis eſt non ſolum ex genitura eventum, ſed ex eventu genituram iudicare.*

Examen per accid. nat. certiſſ.

Eſt autem examen hoc triplex. Nam vel inſtituitur per tranſitus Planetarum ſuper aſcendens; vel per profectiones annuas gradus horoſcopi ad ſuos promiſſores in revolutionibus; vel deniq; per directiones horoſcopi & medii cœli ad ſuos promiſſores in radicem nativitatis.

Et eſt trip.

Ex his omnibus ſumma fides merito tribuitur poſtremo examini, quod per directiones fit quando hæ non ita ſubito mutantur, ſed in uno gradu per integrum annum fere hærent, ut in ſequenti capite dicetur. Accidit tamen ſæpe, ut tria illa examina prorſus congruant, et unum eundemq; horoſcopi gradum producant: Quod cum fit, nullum dubium ex teſtimoniorum illorum congruentia, & conſenſu de temporis accurato momento relinquitur. Si vero diſcrepantia deprehenditur, plus ſemper fidei & autoritatis directionibus quam reliquis modis debetur.

Ad primum quod attinet, *ubi per tranſitus Planetar. ſuper gradum horoſc. examen inſtituitur: Erigenda primo loco eſt figura ad temp. æſtimatum. Poſtea quærend. an nato bonū vel malū aliquod, in corpore dignitatib. vel fortunæ bonis, & quo anno, menſe ac die acciderit. Tertio ex Ephemeridib. petendum, an aliqua ex fortunis ♃ vel ♀ vel ☊, vel infortunis ♄, ♂ vel ☋ grad. aſcen-*

Primū per tranſitus.

Digitized by Google

ſcendentis figuræ æſtimatæ tranſeat, vel irradiet; Quod ſi fiet, tunc gradum & minutum iſtius Planetæ verum nativitatis aſcendens conſtitues, non mutatò ſigno, quandoquidem in verificationibus ſigna nunquam mutantur. Notandum uero ut tranſitus Planetarum per aſcendens conſiderari ſolent, ita non negligi poſſe tranſitus domini aſcendentis, item domini genituræ, per loca fortunarum & infortunarum, vel radios conſimiles, item Planetarum per medium cæli, & Domini M.C. per infortunatos vel fortunatos Planetas ac radios. Nam & ex illis verum nativitatis tempus nonnunquam colligitur.

Veluti ut unico ſaltem exemplo hoc examen illuſtremus. Amicus noſter in pueritia, anno ætatis ſuæ ſeptimo, ſeu Chriſti 1560 die 24 Maii, cum fort[e] ad feneſtram pro exercitio pingendarum literarum tabulam in ſiniſtra manu teneret, ſeſeq; nonnihil moveret, cum ea de ſcamno ex improviſo cecidit, & alliſo in tabulam capite vulnus circa tempus ſiniſtrum accepit. Videre iam cupio, num caſus ille à cæleſtibus cauſsis provenerit, & thema verificet. Quæro igitur diem illum in Ephemeridibus, cumq; offendam Saturnum Dominum M. C. ad meridiem huius diei in duplici ſigno & quidem humano 10 ſcil. grad. 12 l ♊, qui locus iuxta correctionem per Animodar præcedentis capitis ſupra horizontem emergit: ſtatuo caſum illum à tranſitu per horoſcopum proveniſſe, tempuſque per Animodar correctum cum hoc caſu con[ſ]entire; in primis cum & ♂, Anno 1575 ætatis nati 21, circa 22 & 23 Martii diem, Solis locum in radice 12 ſcilicet grad. 42 l ♉ tranſiens, febrem malignam excitaverit, quæ tamen paulo poſt feliciter curata eſt.

Bona & mala quæ per tranſitus ſignif. non ſunt diuturna.

Obſervandum namque & huc, mala uel bona, quæ per tranſitus nudos ſignificantur, non eſſe diuturna, ſed paucis ſolummodo diebus vno atq; altero, pro tarditate motus Planetæ, convenire. At qui cum directionibus conſpirant, illi bona vel mala magis diuturna notant, quæ natum plus afficiunt.

Secundum per profeſtione annuas.

Secundum examen, quod per profectiones annuas fit, hoc modo adhibetur. Primo erige figuram æſtimatam, & de tempore, hoc eſt anno, menſe & die accidentis alicuius fauſti vel infauſti diligenter inquire. Poſtea conſidera, an circa id tempus profectio gradus horoſcopi ad promiſſorem, quod illi accidenti congruit, perveniat. Nam ſi eo ipſo die gradus horoſcopi vel medij cæli ad promiſſorem pervenerit, tempus æſtimat[ũ] [n]ativitatis a vero non diſcrepabit: At ſi non pervenerit, hoc modo ipſũ corriges. Numera dies intermedios, qui ſunt inter diem nativitatis, & diem anni, quo contingit illud accidens, dieſq; hos, vel per 6 multiplica, multiplicatos per 73 divide, quandoquidem 73 ſextæ dierum faciunt fere unum gradum: & quod in quotiente provenerit, gradus, reliquum vero, per 60 multiplicatum, & rurſus per 73 diviſum, minuta graduum monſtrabit: Vel in tabula profectionali priore, dies ſi plures ſint quam 12, reliquum in altera, ut ita omnia compleas, quare: & offerent ſeſe ex prioris tabulæ ingreſſu, gradus, ex poſteriore minuta correſpondentia. Sunt aut[e]m gradus illi differentia inter profectionem horoſcopi & promiſſorem; Qui ſi poſtremo ſubtrahantur à gradibus & minutis promiſſoris, remanebit verus gradus & minutum aſcendentis genituræ propoſitæ.

Veluti natus noſter ad ſummos in Philoſophia honores evectus eſt

Ta-

Tab. profect. prior, monſtrans quot dies Horæ ac minuta ſingulis zodiaci gradibus conveniant.

Grad.	Dies	Hor.	l
1	12	4	12
2	4	8	23
3	36	12	35
4	48	16	46
5	60	20	58
6	73	0	10
7	85	5	21
8	97	9	33
9	109	13	45
10	121	17	56
11	133	22	8
12	146	2	19
13	158	6	31
14	170	10	43
15	182	14	54
16	194	19	6
17	206	23	18
18	219	3	29
19	231	7	41
20	243	11	52
21	255	16	4
22	267	20	16
23	280	0	28
24	292	4	39
25	304	8	51
26	316	13	3
27	328	17	14
28	340	21	26
29	353	1	38
30	365	5	49

Tab. poſter., oſtend. quot min. zodiaci ſinguli dies correſpondeant.

Min.	Dies
5	1
10	2
15	3
20	4
25	5
30	6
35	7
40	8
45	9
50	10
55	11
60	12

Tabula profectionum alia, oſtendens quot gradus ac minut. ſingulis anni diebus reſpondeant.


Dies	Grad.	l	ll
1	0	4	56
2	0	9	52
3	0	14	48
4	0	19	43
5	0	24	39
6	0	29	34
7	0	34	30
8	0	39	26
9	0	44	21
10	0	49	17
11	0	54	13
12	0	59	8
24	1	58	17
48	3	56	34
60	4	55	42
120	9	51	24
180	14	47	6
240	19	42	48
300	24	38	30
360	29	34	12
Annus Solaris.	30	0	0

anno ætatis ſuæ 21 ferme completo, Anno ſcil. Domini 1575 circa Paſcha, quo tempore Sol profectione ſua ad medium cœli pervenit, in △ platico ☿ radicis. Etſi vero ſubtractis *6* gr. 10 *l* M.C. à gradibus 12,42 *l* Solis, reſtant gradus *6*, 32 *l*, quibus ex tabulis Profectionum, gradibus quidem *6*, dies 73, min. vero 32, dies *6*, ſeu collectione facta 79 dies reſpondent, ut ita intelligatur promotionem accidiſſe 79 diebus ante completionem anni ætatis nati 21, 4 fere Febr. die. Sciendum tamen huiuſmodi accidentia, quæ cum deliberatione nato contingunt, non exactis temporum momentis alligati poſſe; ſed ſufficere, ut tempus prope verum monſtrent: ſicut & natus bis Rectoris auguſtum munus in Academia ſuſtinuit; Primo anno ætatis 35 exeunte, Chriſti 1589 & ſequenti 1590; poſt anno 47 ſimiliter exeunte, Chriſti 1601 & ſequenti 1602; quibus profectio M.C. ad △ ☿ domini aſcendentis, & in ſeſe rediit. Decani vero Philoſophici munere quinquies; primo anno ætatis 22, Chriſti

1576. Secundo ætatis 30, Chriſti 1584: Tertio ætatis 38, Chriſti 1592: Quarto ætatis 44, Chriſti 1598: Et quinto ætatis 50, Chriſti 1604: quibus profectiones M. C. & ☀, ad radios △ & ✱ in radice pervenerunt.

Aliud exẽplum ex Cypr. Leo vit. Ephe.

Egregio vero exemplum proponit Cyprianus Leovitius in ſuis Ephemeridibus, cuius merito hic mentionem facio. Natus eſt quidam Anno 1527, *die* 28 *Martij Hor.* 14 *poſt Merid. Auguſtæ Vindelicorum tempore æſtimato,*



ſub huiuſmodi poſitu cœli. Incidit vero Anno Chriſti 1553, *qui fuit annus ætati nati currens* 27, *die* 11 *Aprilis in Gallijs in magnum periculum arreſti & carceris, quo tempore profectio gradus horoſcopi venit ad □ ♃ dextrum, qui Iupiter in radice dominus eſt* 12 *domus. Cupio per hanc profectionem rectificare aſcendens. Numero ergo primum dies intermedios inter diem natalem & diem huius accidentis; cumque ſint,* 14, *multiplico eos per* 6, *& prodeunt* 84 *ſextæ dierum. Poſtea divido has ſextas per* 73, *& prodit in quotiente* 1 *grad. Reſiduum* 11 *multiplico per* 60, *& divido tandem ſimiliter per* 73, *exeunt minut.* 9. *Idem fere numerus eruitur ex tabulis. Nam ex priore* 12 *dant grad.* 1, *& ex poſteriore* 2 *dies dant* 10 *minut. à quibus tamen* 1 *minut. recte ſubtrahitur, propter horas & minut. quæ* 12 *diebus*

adhæ-

adhærent, vt ſuperſint 9 min. Quod ſi poſtremo numerum hunc 1 grad. 9. min. à loco Iovis, qui promiſſor eſt, à 16 ſcil. grad. 48 l auſero, reſtat 15 grad. 39 l ♑, verum nativitatis aſcendens.

Cauſſa operationis huius hæc eſt: Aſtrologi in profectione annua cuilibet anno Aſtronomico Solari integrum ſignum commune 30 grad. tribuunt, & quibuslibet 12 annis integram zodiaci revolutionem. Hinc ſi ſcire cupimus, quid vni diei conveniat, gradus 30 in minuta reſolvimus, & poſtea per quantitatem anni 365 Dier. productum numerum 1800 min. dividimus, exeunt in quotiente 4 l. Reſiduum 340 viciſſim per 60 multiplicamus, & productum 20400 per 365 partimur, exeunt 56 fere ſecunda; quod & tabula peſterior oſtendit, quæ reiectis ſecundis, quinaria additione minutorum primorum extructa eſt: Prior vero vni gradui Dies 12, 4 Horas, 12 min. fere convenire docet, & 1 Signo ſeu 30 Gradibus, Annum Solarem 365 Dier. Hor. 5, 49 l. Aſtrologi in profect. vni Signo annum aſcribunt. atq[ue] ita zodiacum 12 annis revolvunt.

Tertium Examen, quo horoſcopi gradus ad ſuos promiſſores dirigitur, & ex accidentibus nati bonis vel malis de vero tempore partus iudicatur, hoc modo inſtituitur. Tertiũ per direction.

Primo habeas in promtu quam plurima accidentia nati, adiecto ſingulis tempore, anno nempe, menſe & ſi fieri poteſt etiam die eventus. Poſtea conſidera, num etiam gradus aſcendens via directionis pertveniat ad aliquem promiſſorem, qui tale accidens ſignificet. Namque ſi pervenerit, iudicabis tempus æſtimatum omnino verum eſſe tempus editi in lucem nati. Sin minus, & horoſcopus ante vel poſt promiſſorem talem extiterit, tempus æſtimatum falſum erit, & hoc modo corrigendum. Quæratur aſcenſio obliqua promiſſoris ad latitudinem loci propoſiti, in quo nativitas facta eſt; & ab eadem ſubtrahantur tot gradus & min., quot anni & dies completi ſunt à tempore nativitatis; aſcribendo cuilibet anno gradum, & quibuslibet 6 diebus, vnum minutum: Et id, quod poſt ſubtractionem remanſerit, aſcenſionem obliquam aſcendentis veri manifeſtabit. Quod ſi poſtremo huic aſcenſioni obliquæ quæſiveris arcum ſigniferi correſpondentem, ſub latitudine loci propoſiti, qui ſit gradus Eclipticæ horoſcopi, & reliquarum domorum initia ſimili modo ex illa aſcenſione, iuxta præcepta propria verificaveris, exurget tandem thema cœli iudicio inſtituendo inprimis accommodatum. Vide hac de re plura in iudicio ſpeciali Nativitatum.

Convenit autem ad expeditiorem non modo profectionum, verum & directionum & aſpectuum omnis generis collectionem & diſcretionem, in promtu habere, cuiuſvis thematis natalitii ſpeculum Aſtrologicum, quod & tabulam ſeu ſchema aſpectuum appellare poſſumus, ex quo medio & imo cœli, horoſcopo & occidenti, vt principalibus domiciliis, aliiſq; Planetis & parti fortunæ, obviantes Planetæ, termini & radii faciliime cognoſcuntur. Id hoc modo conſtituitur. Mod° cõſtituendi ſpeculum Aſtrolog. aſpectuum cuiuſvis thematis.

Initio ducantur per tranſverſum ſeu ſecundum latitudinem chartæ a ſiniſtra verſus dextram, lineæ 13 comprehendentes ſpacia tranſverſalia 12, congruentia 4 principalibus domiciliis, 7 Planetis, & ☊ ac ⊗. Poſt per chartæ

longitudinem a ſummo deorſum aliæ lineæ 14, priores ad angulos rectos ſecantes ducantur, quæ quodlibet ſpacium inter duas parallelas tranſverſales comprehenſum in 13 areolas diſpenſent, quarum 12 priores verſus ſiniſtram interſe æquales ſint, & quadratæ, decima tertia vero ad dextram longior & quadrangula, ſpacium fere duplum priorum contines. Tertio in ſuprema 12 ſpaciola quadrata, duabus ſupremis lineis tranſverſalibus comprehenſa; 12 ſignorum characteres, incipiendo ab ♈, & procedendo iuxta eorum ordinem cuilibet areolæ inſcribantur. Quarto conſideretur quinam ex 7 Planetis, vel quatuor principalibus domibus, item ☊ ac ⁙, gradus paucisſimos habeat ſigni, in quo conſtituitur; Iſtius enim nota in ſupremam cellulam referenda eſt, ſub ſigno quod in ibi mate tenet. Quinto reliqui deinceps Planetæ & domorum numeri, eo ordine quem ſecundum numerum graduum quilibet obtinet, in inferiora ſubinde ſpaciola conſtituatur, quilibet ſub ſuo ſigno quod occupat, donec infimum locum ſortiatur is, qui plurimos ſui ſigni gradus confecit. Sexto in reliqua ſpaciola quadrata, utrinque Planetis aſſiſtentia, aſpectuum characteres referantur, quos ante ſe & poſt ſe Planetæ proiyciunt, ita ut prima cellula ante & poſt locum Planetæ vacua relicta, in ſecundam ante & retro character ✱ In tertiam □, In quartam △, & in ſextam omiſſa quinta nota ☍ ſcribatur, Septimo in quadrangulares cellulas, verſus dextram relictas, gradus & minuta annotentur, quos Planetæ & domus in ſuis ſignis obtinent, & abſolutum eſt aſpectuum ſpeculum ut vides, ad thema per Anmodar correctum pertinens, quo etiam in directionibus utimur.

De æquat. aſpectuum admonit. tio necesſ. ante direct. directionum

Notandum vero & hoc, licet ſtellæ tam erraticæ quam fixæ ſub Ecliptica exſtentes, & ſeſe mutuo, vel loca Eclipticæ principalia irradiantes, exacte ſecundum menſurã aſpectuum, ſupra aliquoties propoſitam, id faciant, ✱ ad 60, □ ad 90, △ ad 120: ☍ ad 180 grad. neque æquationem ullam deſiderent: Ita enim in noſtro exemplo □ ☉ dexter in 12 grad. 42 *l* ♒ in 10 domum in domum incidit, & nullam æquationem exigit, ſed in Eclipticæ grad. 12, 42 *l* ſigni ♒ figitur: quod tamen ſtellæ latitudinem habentes ultra grad. unum & 40 *l*, æquationem requirant; ut docet probl. ultimo tabul. direct Regiomont. & in eaſdem *Leovitius*: verum hoc diſcrimine ſ quadrati & oppoſiti aſpectus eandem longitudinem zodiaci, ſecundum quã fiunt.

Speculum Aſtrologicum aſpectuum.

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Grad. l
✱		☿		✱	□	△		☍		△	□	0. 14
											⁙	3 45
				IV						X		6 10
	♀		✱	□	△		☍		△	□	✱	6. 1.
△	□	△		☍		△	□	✱		☽		6 25
		I			□			VII				10 14
	☉		✱	□	△		☍		△	□	✱	12 42
			☋						☋			14 39
	✱	□	△		☍		△	□	✱		♄	25 30
	△	□	✱		♃		✱	□	△		☍	25 57
♂		✱	□	△		☍		△	□	✱		27 12

ſinnt, ſemper obſervant, nec eam quidquam mutari poſtulant; vt nec in quadratis latitudo mutanda eſt, cum terminus aſpectus in Ecliptica ſemper conſtituatur; vtut in oppoſitis, quia terminus in contrarium agitur, latitudo in contrariam denominationem vertenda ſit, quod linea diametri per centrum tranſiens & planum Eclipticæ ſecans, exigit. Sextiles vero & △ aſpectus, ſi fiant à ſtellis evidentem latitudinem habentibus, longitudinem quidem mutant, at latitudinis conſiderationem non admittunt.

Etſi enim *Cyprianus Leovitius, & Ioannes Blanchinus* præſtantes alijs Mathematici, vtramque tam longitudinis quam latitudinis æquationem inſtituendam eſſe cenſent; quod latera quæ iſtos aſpectus ad Eclipticam referunt, ad diſſimilia loca ſecundum longitudinem & latitudinem terminentur: Hinc in utriſque aſpectibus, ſive dextri ſive ſiniſtri ſint, dimidium latitudinis ſtellæ aſſumere iubent in æquatione latitudinis, cum eadem denominatione in ✳, cum contraria in △ radio: Nos tamen æquatione latitudinis neglecta, quæ in aſpectibus, excepta oppoſitione, vt dictum, nunquam attenditur; quod ipſum & operatio per doctrinam triangulorum, & dimenſio laterum horum aſpectuum, vel in globo, ſufficienter comprobat; longitudinem tantummodo æquamus, & quidem beneficio adiunctæ tabulæ, hoc modo: Cõſule tabulam cum latitudine ſtellæ propoſitæ, quærendo ad ſiniſtram gradum latitudinis datum, & ad dextram numerum æquationis correſpondentem, adhibita ubi opus eſt parte proportionali, & eructur hoc modo æquatio ſubtrahenda ſemper à ✳ 60 grad. & addenda ad △ 120 grad. vt exurgat æquata longitudo.

Leovitii & Blanchini de æquatione aſpectuum doctrina refellitur.

Tabula æquationis aſpectuum
✳ & △.

Latit.	Aequat. Grad.	l	Latit.	Aequat. Grad.	l	Latit.	Aequat. Grad.	l	Latit.	Aequat. Grad.	l
1	0	0	16	1	20	31	5	41	46	16	2
2	0	1	17	1	31	32	6	8	47	17	9
3	0	3	18	1	43	33	6	36	48	18	21
4	0	5	19	1	56	34	7	6	49	19	39
5	0	8	20	2	9	35	7	37	50	21	4
6	0	11	21	2	23	36	8	10	51	22	37
7	0	15	22	2	38	37	8	45	52	24	18
8	0	20	23	2	54	38	9	23	53	26	11
9	0	25	24	3	11	39	10	3	54	28	17
10	0	31	25	3	29	40	0	45	55	30	40
11	0	38	26	3	48	41	11	30	56	33	24
12	0	45	27	4	8	42	12	17	57	36	38
13	0	53	28	4	29	43	13	8	58	40	39
14	1	1	29	4	52	44	14	2	.9	46	7
15	1	10	30	5	16	45	15	0	60	60	0

Veluti ſint quærendæ Arcturi ad Annum 1554 *radiationes; quo ſane tempore eius longit. ſecundum Tychonem fuit in* 18 *grad* 0 *l* ♎ *Latitudo Sept.* 31 *grad.* 2 *l*, 30 *ll*: *Et apparet cum tabula æquationis exhibeat ad propoſitam*

 latit.

latit.31 grad.2 l, 30 ll, æquationem 5 grad.17 l: fieri ✶ ſiniſtrum in 12 grad. 43 l ♐; dextrum in 23 grad. 17 l ♌ cum nulla latitudine. Radium vero △ ſiniſtrum in 23 grad.17 l ♒, dextrum in 12 grad.43 l ♊ quoq; cum nulla latitud. At ☍ incidit in 18 grad.0 l ♈, cum latitud. Auſtrali 3 gr.2 l, 30 ll.

Caput IV.

De Calculo directionum.

Directionis appellationes. Definitio.

DIrectio Aſtronomica, *quæ & deductio & progreſſio appellatur, Græcis* περίπατος *ob ambulatio, item* ἄφεσις; *quanquam hæc proprie de Aphetæ ſolummodo directione intelligatur, unde & nomen habet*; eſt vel loci zodiaci, vel Planetæ thematis natalitii, ad obviantes in curſu Planetas vel radios, per partes æquinoctialis circuli in data ſphæræ habitudine artificioſa deductio. *Seu eſt* inventio arcus æquinoctialis, qui circulis poſitionum duobus intercipitur, traiectis per duo loca zodiaci, quorum unum ſignificator, alterum promiſſo occupat, & una cum arcu Eclipticæ vel aſcendit vel deſcendit in data ſphæræ habitudine, reſpectu circuli poſitionis, ſub quo alter eorum iacet.

Cauſſæ directionis.

Cum arcus in utraq; ſphæra tam recta quam obliqua, partes Eclipticæ inæqualiter oriantur & occidant & neceſſe ſit menſuram æqualem in promtu eſſe, qua inæqualitas illa, in menſuratione temporum eventuum vel bonorum vel malorum ad regulam & æqualitatem revocetur; ſummo ingenio hac directionum doctrina reperta eſt a veterib. aſtronomis & Aſtrologis, qua inæquales zodiaci aſcenſiones, deſcenſiones, & per quoſvis poſitionum circulos tranſitus ad equalitatem, h.e. ad æquatoris partes æqualiter ſemper ſeſe moventes reducuntur. Hinc & dirigere Græcis idem eſt, quod εὐθύνειν ἢ ἰθύνειν τὸ σκολιόν, *id eſt, obliquum emendare & rectum facere.*

Dirig. eſt obliq. rectũ facere.

Termini directioñ. duo. Significat. Promiſſor.

Terminus à quo inicium ſit computationis, *vocatur* ſignificator, *item* προηγούμενος *antecedens: ut terminus ad quem directio fit, appellatur* promiſſor ἑπόμενος *conſequens: Significator enim ad beneficium aliquod vel malum ſuum ſignificatum intendit, veluti Sol ad dignitates & honores; Promiſſor vero idipſum determinat & promittit, quale illud futurum ſit, bonum ne an malum: ut ſi dirigatur Sol ad Martem ſignificantur Martiales dignitates, præſertim in militia, arte ſuſoria & ſimilibus: Si ad □ ♂ ſignificantur detrimenta in honoribus per Martiales.*

Quæ in themate potiſſimũ dirigi ſoleant.

Obſervandum vero Ptolemæum & pleroſque alios ipſumq; etiam Regiomontanum probl. 25 tabul. direct. his appellationibus aliter uti, & quod nos Promiſsorem vocamus, illos Significatorem appellare, & viceverſa: ſed rectius doctrina directionum intelligitur, ſi iuxta modum propoſitum appellationibus utamur, quibus & Cyprianus Leovit. & alii cum illo uſi ſunt.

Cæterum etſi in diligenti thematis examine, omnes domus & omnes Planetæ diriguntur.

☼ Sicut Solem nonnulli ut vitæ autorem dirigunt pro valetudine cor-

poris

poris bona vel mala, honoribus & officiis publicis, magnatum favore, patre: Lunam pro temperamento, motibus animi, matrimonio, ſtatu vxoris itineribus, matre: Saturnum rurſus pro patre, hæreditatibus, ædificiis, fundis, triſtitia animi: Iovem pro gloria, divitiis, laude, dignitatibus, harumque incremento & decremento. Martem pro fortitudine, victoria, contentionibus & fratribus: Venerem pro coniugio, delectationibus, conviviis, choreis, virginibus, amore, rebus pretioſis, ſororibus: Mercurium pro ingenio, felicitate in arte quam profitetur natus, contractibus, itineribus, &c. *Item* Domum 1 pro vita, ingenio moribus: 2 pro divitiarum incremento decremento: 3 pro fratribus, ſororibus: 4 pro parentibus, hæreditatibus: 5 pro liberis, &c.

☽ ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ Domicilia

Tamen vbi nimia ſubtilitas vitatur, de præcipuis tantum ſolliciti ſumus, ex præcepto Ptol. lib. 3 quad. cap. 11, nempe vt dirigamus. 1 Ἀφέτην, *quem Arabes Hilech quaſi ambulatorem ab Hebræo* הלך *ambulavit, Latini Emiſſorem ſeu prorogatorem vitæ, pro vita & eius periodo:* 2 Lunam *pro animi affectionibus.* 3 Solem, *ſive ſit* ἀφέτης *ſive non, pro ſtatu vitæ & dignitatibus.* 4 Horoſcopum *pro valetudine & peregrinatione.* 5 Medium cœli *pro amicis, nuptiis, procreatione liberorum & honoribus; & 6* ⊗ *pro incremento aut decremento facultatum.*

Eſtq; horum omnium directio duplex: vna directa ſeu εἰς τὰ ἑπόμενα, *quæ Ptolem. cap. 14 lib. 3 quadrip.* ἀκτινοβολία, *quaſi radiorum proiectio dicitur, qua ſignificator ſecundum ſ.ſ. per partes æquinoctialis circuli deducitur, donec ſimilem in figura ſitum cum promiſſore obtineant. Namque in directione directa ſignificator mobilis invadere promiſſorem fixum, & ſignificationi ſatisfacere, hoc eſt exigere id à promiſſore ſtatuitur, quod proiectione radii ſui vel præſentia corporis determinavit. Tribuitur hæc directio horoſcopo, medio cæli, Aphetæ in quocunque loco conſtituto, & Planetis omnibus directo motu in themate ſeu radice incedentibus.*

Directio duplex Directa:

Altera converſa ſeu εἰς τὰ προηγούμενα, *qua ſignificator inverſo ordine contra ſucceſſionem ſ. in promiſſoris locum per partes æquinoctialis circuli deducitur. Namq; in converſa directione promiſſor mobilis in ſignificatoris fixi locum fertur, & ſignificatum quaſi exigit. Tribuitur hæc directio communiter parti fortunæ & Planetis retrogradis, cum Ptolemæus libr. 3 quadrip. cap. 14 Aphætæ tantummodo, ſeu prorogatori vitæ, inter meridiem & occaſum conſtituto, eandem aſſignet, &* ἀφαιρέτην *vocet, quandoquidem & ſecundum conſequentia & antecedentia inſtitui poteſt.*

Converſa:

Porro aliter medium & imum cæli, & Planeta vel radius in medio vel imo cœli conſtitutus; aliter horoſcopus & cuſpis ſeptimæ domus, Planetæque aut radij in illis hærentes; aliter tandem Planetę & radii ab horizonte & meridiano ſupra vel infra terram remoti, diriguntur. Vt enim omiſſis aliis modis, quibus vel ex globo, vel ex Aſtrolabio, aliiſque inſtrumentis, minus quidem accurate ob anguſtiam, ſed ſatis compendioſe, vel etiam ex tabulis directionum Regiomontani, iuxta problema earundem 25, exquiſitiſſime, non tamen ſine moleſtia & tædioſo calculo, directio quęritur, ſummatim totum negotium proponamus.

Caſus in directionibus tres.

Diri-

Primus caſus cum vel M. C vel I. C, aut Plan. ibidẽ exiſtens erigitur.

Dirigitur cor cæli, cuius vt & aliarum cuſpidum nulla latitudo eſt, & ſignificator ſupra vel infra horizontem in meridiano præciſe exiſtens, qui vt plurimum latitudinem habet, ad ſuum promiſſorẽ, iuxta ſigno. ũ ordin. remotum, ſi vtriuſq; & ſignificat. & promiſſ. gradus & min. zod. in quib. exiſtunt, aſſumanrur, eorumq; aſcenſ. rectæ, vel ex tab. aſcenſionum rectarum Eclipticæ, ſi nullam hebeant latitudinem, vel cœli mediationum accommodaræ latitudinis, ſi habeant latitudinem petantut. Poſtea aſcenſio R. medii cœli, aut ſignificatoris ibidem conſtituti, ſubtrahatur ab aſcenſione recta promiſſoris, principium nempe arcus à fine, addito etiam vbi opus eſt integro circulo, vt ſubtractio fieri poſſit. Differentia enim erit directio quæſita ſeu intervallum, quo promiſſor diſtat à ſignificatore. Hæc differentia ſi ad extremum reſolvatur in tempus, ita vt quilibet gradus directionis annum ætatis; quinque minuta menſem, 10 Horas & 30 *l*; vnum minut. 6 dies 2 hor. 6 *l*; & 10 *ll* diem vnum fere exhibeant; vt adiuncta tabula, ad ſingula minuta vnius gradus compoſita, & toti anno reſpondens oſtendit; producetur tempus directionis ab hora nativitatis numerandum.

Secundus caſus cum vel horoſ. vel occiduus cardo, vel Planeta in illis loc. cõſtitutus dirigitur.

Simili prorſus modo & imum cœli dirigitur ad ſubſequentes promiſſores, ſi aſcẽſiones eius rectæ ſubtrahantur ab aſcenſionibus rectis promiſſorum: Id enim quod in reſiduo manet, directio eſt quæſita.

Tab. temporis direct. oſtendens quid ſingulis minut. æquatoris in tempore correſpondeat.

Minuta	Dies	Hor.	l
1	6	2	6
2	12	4	12
3	18	6	18
4	24	8	24
5	30	10	30
6	36	12	36
7	42	14	42
8	48	16	48
9	54	18	54
10	60	21	0
15	91	7	30
20	121	18	0
25	152	4	30
30	182	15	0
35	213	1	30
40	243	12	0
45	73	22	30
50	304	9	0
55	334	19	30
60	365	6	0

Horoſcopus & Planeta angulum orientis occupans, ad aliquem ſubſequentium promiſſorum iuxta ſignorum ordinem diſſimili haud multum via dirigitur. Quæritur enim initio vtriuſque aſcenſio obliqua, vel ex tabula aſcenſionum obliquarum Eclipticæ, latitudini loci propoſiti conveniente, ſi detur ipſe horoſcopus, aut Planeta nullam latitudinem habens: vel ex præcognita aſcenſione recta, & differentia aſcenſionali: quæ ſi detur Planeta latitudinem habens, per declinationem & cognitam ex tabulis aſcenſionalem differentiam eruitur; vt differentia aſcenſionali vel addita vel ſubtracta aſcenſioni rectæ conſtet obliqua aſcenſio.

Hinc aſcenſio obliqua ſignificatoris ſeu horoſcopi, ab aſcenſione obliqua promiſſoris ſubtrahitur. Eſtq; differentia ipſa directio, quæ vt præcedens in tempus reſolvitur.

Nec eſt diſſimilis ratio dirigendi aliarum domorum orientalium principia, modo aſcenſiones obliquæ petantur ex illis tabulis, quæ cuiuſque domus elevationi poli congruunt. Simili modo ſi in

angulo

angulo occidentis vel cuſpide ſeptimæ domus ſignificator aliquis conſtituatur, ad ſubſequentes in ordine ſignorum promiſſores idem deducitur, aſſumtis loco aſcenſionum obliquarum deſcenſionibus obliquis, & ſubtracta deſcenſione obliqua ſignificatoris à deſcenſione obliqua promiſſoris. Etenim differentia quæ eruitur, directionem exhibet, quæ vt ſupra in tempus commutetur. Eadem eſt ratio omnium occidentalium domiciliorum, ſi quis ea dirigere cupiat.

Veluti ut hucusque propoſita duobus exemplis illuſtremus, ſit dirigendum Medium cœli noſtri exempli per Animodar correcti, gradus nempe ♒ 5, 10 l directâ deductione ad corpus ♄ in 25 grad. 30 l ♓, cum latitud. Merid. 1 grad. 33 l. Primum aſcenſionem rectam M C. quæro quæ eſt 308 grad. 34 l. Deinde & A. R ♄, quæ in tabula cœli mediationum ſub ſigno ♓, & convenienti latitud. adhibita parte proportionali, colligitur 356 grad. 30 l. Tandem A R M. C. aufero ab hac, reſtat arcus directionis 47 grad. 56 l. Directio ergo incidit in annum ætatis 48 labentem, & diem à nativitate 340 Hor. 21, ſeu diem Martij 29. Anni 1602.

Simili modo in eodem themate ſit dirigendus aſcendentis gradus 10, 14 l ♊ ad □ ♄, qui hæret in 25 grad. 30 l ♊ in obliquitate ſphæræ ſeu latitudine loci 51 grad. Et datur aſcenſio obliqua horoſcopi 38 grad. 34 l. Aſcenſio vero obliqua □ ♄ 52 grad. 42 l. Quod ſi horoſcopi aſcenſio auferatur ab aſcenſione □ radij ♄, relinquitur arcus 14 grad. 8 l, qui eſt directio quæſita 14 annorum 48 Dier. 17 hor. ferè, cadens in annum ætatis 15 labentem ſeu annum Chriſti 1568, diem Iunij 12.

Adiunximus vero hic noſtri exempli directiones Medij cęli & Horoſcopi ad ſuos promiſſores, ut ex illis præceptorum propoſitorum uſus melius conſpiciatur.

Directiones Lunæ cum directionibus M.C. ferme congruunt, quod Luna penè in meridiano conſtituatur: *Lunæ* tamen directiones has medii cœli ad tres fere quadrantes antevertunt: quod Luna ad 44 min. æquatoris à meridiano verſus conſequentiam ſignorum diſtet, vt ex calculo patet.

Diffi-

Directiones Medii Cœli | Direct. Horoſc. ſeu Aſcend.

Medium cœli eſt in 6 Grad. 10 l ♒
Eius Aſcenſio R. eſt 308 grad. 34 l.

Horoſcopus eſt in 10 grad. 14 l ♊
Eius Aſcenſio obliqua ſub lat. 51 grad. eſt grad. 38, 34 l.

Longitud. promiſſ. Aſc. Rect. Dir.

		Grad. l	Grad. l
☽ *cum latit.* ☿ 1 *gr.* 52 *l in* 6 *gr.* 25 *l* ♒		309 18	0 44
□ ☉	12 42	315 11	6 37
Terminus ♀	13 0 ♒	315 29	6 55
Terminus ♃	21 0	323 24	14 50
Terminus ♂	26 0	328 16	19 41
✱ ♂	27 12 ♒	329 25	20 51
Terminus ♀	0 0 ♓	332 6	23 32
□ ☿	0 14	332 20	23 46
⁙	3 57	335 52	27 18
✱ ♀	6 11	337 58	29 24
Terminus ♃	9 0	340 37	32 3
✱ ☉	12 42	344 3	35 29
Terminus ☿	15 0	346 12	37 38
Terminus ♂	21 0 *l*	351 44	43 10
♄ *cũ lat. M.* 1 33 *l in*	25 30	356 30	47 56
☌ ♃ *cũ lat. M.* 1 39 *l*	25 57	356 56	48 2
Terminus ♄	27 0 ♓	357 15	48 41
Terminus ♃	0 0 ♈	0 0	51 26
✱ ☿	0 14	0 13	51 39
△ ☽	6 25	5 53	57 19
Terminus ♀	7 0	6 25	57 5
Terminus ☿	15 0 ♈	13 48	64 45

Longit. promiſs. Aſc. Obl. Dir.

	Grad. l	Grad. l	Grad. l
Terminus ♀	14 0 ♊	41 45	3 11
Terminus ♄	22 0	49 11	10 37
□ ♄	25 30	52 42	14 8
Terminus ♂	26 0	53 13	14 39
□ ♃	25 57	53 10	14 36
✱ ♂	27 1 ♊	54 29	15 55
Terminus ♂	0 0 ♋	57 28	18 54
✱ ♀	6 11	64 28	25 54
Terminus ♃	7 0	65 26	26 52
✱ ☉	12 42	72 20	33 46
Terminus ♀	14 0	73 58	35 24
☊	14 39	74 52	36 18
Terminus ☿	21 0	83 1	44 27
△ ♄	25 30	89 0	50 26
✱ ♃	25 57	89 37	51 3
□ ♂	27 12 ♋	91 18	52 44
Terminus ♄	28 0	92 24	53 50
✱ ♀	0 14 ♌	95 28	56 54
□ ♀	6 11	103 43	65 9
☍ ☽	6 25	104 3	65 29
Terminus ☿	7 0	104 52	66 18

Tertius caſus cum locus alicuius cœli extra 4 cardin. dirigend. eſt 1 Quærit. utriuſque diſtantia à M.C. vel I.C.

Difficilior eſt directio Planetarum inventorum extra loca prædicta quatuor angulorum, vel etiam cuſpides reliquarum domorum. In illis namque primo utriuſque & ſignificatoris & promiſſoris a M. cœli, ſi ſignificator ſupra horizontem extiterit: vel imo cœli, ſi infra extiterit, quæritur diſtantia: *quæ nihil aliud eſt, quam arcus æquinoctialis circuli, ſecundum aſcenſiones rectas numeratus, & inter ſtellam ac M.C., vel inter ſtellam & imum cœli interceptus*. Inquiſitionis vero ratio eſt. Ex tabulis aſcenſionum rectarum & mediationum cœli, primo medii & imi cœli; & deinde conſimiliter Planetæ ſeu puncti Eclipticæ, cuius diſtantia quæritur, inveſtigetur aſcenſio recta; conſideretur quem in themate cœli ſeu radice Planeta ſeu punctum Eclipticæ ſignificatoris vicem ſuſtinens locum teneat. Nam 1 aut hæret ſignificator inter M.C. & horoſcopũ; & tunc aſcenſio recta M.C. ſubtrahitur ab A.R. ſignificatoris, ſive ſit

ſit Planeta, ſiue punctum Eclipticæ quodcumque propoſitum: Et reſiduum oſtendit diſtantiam eius a Medio Cœli vbi etiam conſimiliter cum promiſſore procedendum eſt, vtut is infra horizontem conſtituatur.

2 Aut locus ſignificatoris inter primam & 4 domum intercipitur, ac tum A.R. eius, ſiue ſit Planeta ſiue punctum Eclipticæ quodcunque, aufertur ab A.R. imi cœli, & manifeſtat reſiduum diſtantiam puncti propoſiti ab imo cœli.

3 Aut verſatur ſignificator inter imum cœli, & 7 domum ſeu cardinem occidentis; ac tum ſubtrahitur A.R. imi cœli ab R. ſtellæ velloci propoſiti; relinquitur diſtantia eiuſdem ab imo cœli. Idem fit cum promiſſore, licet ſupra horizontem reperiatur.

4 Aut ſignificator inter 7 domum & M.C. exiſtit: Ac tum ſubtrahitur A.R. eius ab A.R. medii cœli, & remanet diſtantia eiuſdem a medio cœli In his tamen omnibus hoc ſemper notandum, quod ſi ſubtracto in aliquo loco fieri non poſſit, vt cum ſubtrahendus numerus altero maior eſt, ad eum, à quo ſubtractio fieri non poteſt, integrum circulum addendum eſſe.

Secundum diſtantia cognita, utriuſque & ſignificatoris & promiſſoris, quæruntur horaria tempora, ſeu partes æquinoctialis circuli, in una hora temporali ſeu inæquali ſupra horizontem emergentes: vt conſtet cuiuſmodi in parallelis æquatoris ſignificator & promiſſor exiſtant: Etſi enim unius eiuſdemque dici vel noct s hora [illegible], ex æquatoris arcu diurno, in 12 æquales partes diviſo, ſumptæ, æquales inter ſe ſunt: diverſorum tamen dierum, & à ſe inuicem aliquo intervallo remotorum horæ inter ſe collatæ, in ſpheris obliquis inæquales exiſtunt, ideo; quod Septentrionalibus Eclipticæ partibus Septentrionales quoque æquatoris paralleli, quorum maiores partes ſupra, minores infra horizontem ſunt; Auſtralioribus vero Auſtraliores paralleli, quorum minores partes ſunt ſuprà, maiores infra horizontem, congruant: Atque hinc diverſis ſupra vel infra horizontem arcubus æquatoris, diuerſa quoque diurna & nocturna ſpacia correſpondent, & inde partes quoque eorundem duodecimæ ſeu horæ inæquales evadunt. Creſcentibus, ergo diebus, horæ etiam diurnę creſcunt, decreſcentibus decreſcunt. 2 Quęruntur horar. tempora.

Sunt autem horaria tempora duplicia: Diurna, quæ ſunt partes æquinoctialis circuli, quæ in una hora temporali de die: Et nocturna, quæ in una hora tempore de nocte ſupra horizontem oriuntur. Sicut verò integra diurna ſpacia ſemper vel maiora ſunt ſuis noctibus, Sole Boreale zodiaci hemicyclium peragrante: vel minora, Sole oppoſitum Auſtrale conficiente: Ita exceptis æquinoctialibus tantum diebus, horæ etiam diurnæ ſuis nocturnis maiores & minores, diverſis anni temporibus evadunt. Diei itaque longiſſimi diurnæ horæ longiſſimæ, nocturnæ breuiſſimę. E contrario vero diei breuiſſimi diurnæ horæ breviſſimæ Horar. tēpora alia diurna, alia nocturna.

mæ, nocturnæ lõngiſſime exiſtunt. Iunctæ tamem diurnæ & nocturnæ horæ cuiuſcunque diei, duas æquinoctiales hora ſeu 30 æquatoris gradus conſtituunt.

Motus prior quęrendi horaria tempora ex tabula quantit. dierum

Cæterum modi inquirendi horaria tempora varii quidem ſunt, ſed nos duos tantummodo trademus: quorum prior, ex tabula quantitatis dierum hoc proceſſu peragitur. Habeas 1 hæc duo data, gradibus & minutis expreſſa; punctum Ecliptica, ſub quo ſignificator vel promiſſor, cuius horaria tempora quæris, conſtituitur, & elevationem poli loci iſtius, in quo nati vitas facta eſt.

Poſtea elevationem poli quære in tabula quantitatis dierum fronte, ſignum vero zodiaci & gradum eius in lattere ſiniſtro deſcendendo, vel dextro aſcendendo: Quod ſi gradum ſigni latera tabulæ non exhibeant, ſumas eum qui oblato in exemplo gradui proxime minor exiſtit, Angulus enim communis in tabula area his datis reſpondens, adhibita collatione ad ſequentem, & partis proportionalis inveſtigatione, arcum ſemidiurnum vel ſeminocturnum largietur. Semidiurnum, ſi cum Boreali, ſeminocturnum, ſi cum Auſtrali ſigno tabulam es ingreſſus. Hunc ſemidiurnum vel ſeminocturnum arcum, ad extremum per 2 cum dimidio multiplicam, & oſtendit productum ex multiplicatione tempora horaria, quæ ſimiliter vel diurna vel nocturna erunt. Diurna quidem, ſi cum Septentrionali; nocturna ſi cum meridionali ſigno tabulam ingreſſus fuerit. Et cauſa multiplicationis per 2 cum dimidio hæc eſt, quod cum die æquinoctiali 6 horæ præciſe ſemidiurnum ſeu ſeminocturnum arcum conſtituant, vni verò horæ tum 15 gradus æquatoris reſpondeant, quæ 15, ipſa ſex, bis cum medietates ſumta, continent, arcus quoq; ſemidiurnus vel ſeminocturnus facta per hunc numerum multiplicatione, quæſitum noſtrum, nempe tempora horaria diurna vel nocturna producat.

Motus alter quærẽdi tempora horaria ex aſcenſionibus obliquis.

Poſterior ex tabulis aſcenſionum hoc modo perficitur: Si primum in promtu ſint duo priora data, latitudo nempe loci & punctum Ecliptica, ſub quo ſignificator vel promiſſor hæret: Tunc ſecundo ex tabula aſcenſionum conveniente cape aſcenſionem obliquam partes Eclipticę, ſub qua promiſſor vel ſignificator hæret hoc tantum obſervato, ut convenienter eam emendes per partes proportionales, minutis puncto Ecliptica & elevationi adhærentibus, competentes ſi neceſſitas exegerit, iuxta præcepta quæ de tabularum aſcenſionum vſu in doctrina ſphærica traduntur, & ſupra à nobis aliquoties declarata ſunt. 3 Ex eadem tabula aſcenſionum eodem modo quære aſcenſionem obliquam Ecliptica puncti, quod ſignificatoris vel promiſſoris loco diametraliter opponitur; 4 Aſcenſionem obliquam partis Ecliptica propoſitæ ab aſcenſione obliqua oppoſiti puncti ſubtrahe, & remanebit æquinoctialis arcus diurnus: vel hanc oppoſiti puncti aſcenſionem ab illa aufer, reſtabit æquinoctiali arcus nocturnus. 5 Hoc arcus per 12 divide, & habebis in quotiente partes æquinoctiale circuli, quę ipſius Ecliptica partis horaria tempora appellatur. Quod ſi etiam horaria tempora iſtius partis Ecliptica nocturnus ex diurnis, vel diurna ex nocturnis in

præce-

præcedenti modo aliter ſcire deſideraveris, Planeta ſub vel ſupra terram exiſtente, inventa diurna vel nocturna ex 30 aufer; & reſidui gradus ac minuta erunt horaria tempora reliqua, hoc eſt, partes æquatoris, quæ vni horæ temporali diei vel noctis correſpondent.

Tertio præcognitis illis quatuor, diſtantiis nempe duabus ſignificatoris & promiſſoris à medio vel imo cœli, & duobus horarijs temporibus ſignificatoris & promiſſoris; nunc porro diſtantia ſignificatoris dividitur per horaria tempora ſignificatoris; & exurgunt horæ temporales, quibus ſignificator a medio vel imo cœli abeſt. Poſtea ducuntur horæ illæ in horaria tempora promiſſoris, productum oſtendit arcum æquatoris, quo à medio vel imo cœli promiſſor diſtare debeat, vt cum ſignificatore ſub eodem poſitionis circulo hæreat, ſimilemque cum eodem ſitum reſpectu ſuorum horariorum temporum obtineat. Vel ſi aliter præceptum hoc formare libet; huiuſmodi analogia inſtituitur: ut horaria tempora ſignificatoris, ad horaria tempora promiſſoris; ſic diſtantia ſignificatoris ad ſimilem diſtantiam promiſſoris. Multiplicata ergo diſtantia ſignificatoris per horaria tempora promiſſoris, & producto diviſio per horaria tempora ſignificatoris; exit arcus æquatoris, quo promiſſor à poſitionis circulo ipſius ſignificatoris habeſt.

Tertio dividitur diſtantia ſignificatoris per horaria tempora eiuſdem.

Quotiens multiplicatur in horaria tempora promiſſoris.


Poſtremo arcus hic iuxta ſequentes regulas diſtantiæ promiſſoris à medio vel imo cœli, vel additur, vel ſubtrahitur, & monſtrat aggregatum ſeu reſiduum directionem quæſitam, quæ ut priores in tempus convertitur.

Vltimo productũ vel ſubtrahitur vel additur diſtãtiæ promiſſoris iuxta regulas, prodit directio.

Prima Regula: Si fuerit 1 ſignificator & promiſſor inter M. C. & horoſcopum: vel 2 inter M. C. & 7 domum; vel etiam 3 ſignificator inter M. C. & horoſcopum, promiſſor inter horoſcopum: & *I.* C. aut denique 4 ſignificator inter I. C. & 7 domum, promiſſor inter ſeptimam domum & M. C. ut ita una eademque medietate aſcendente vel deſcendente thematis cœli uterq; reperiatur; tunc repertus arcus ex diſtantia promiſſoris aufertur.

Secunda. Si ſignificator, & promiſſor in diverſis conſtituantur quadrantibus; diſtinctarum medietatum thematis. Significator videlicet inter 7 domum & M. C. & promiſſor intet M. C. & horoſcopum: vel ſignificator inter horoſcopum & imum cœli, & promiſſor inter I.C. & 7 domum: idem productum ad diſtantiam promiſſoris adijcitur.

Tertia; Si ſignificator & promiſſor ſimul conſiſtant inter horoſcopum & I. C. vel inter 7 domum & M. C. tum productum, h.e. diſtantia promiſſoris à M. vel *I.* C. aufertur.



Antequam v. præcepta propoſita exemplis declaremus, ſchemate ea repræſentabimus. Sit meridianus circulus F C B, Horizon F H B, Aequator D H, Ecliptica C E P G. Duo loci, quorum alter dirigitur E, alter ad quem fit directio P in ecclipticа. Directio horum duorum locorum ex Ptolemæi ſententia propoſita eſt R Q in æquatore. Per antecedentem locum ſcilicet E, traducatur parallelus circulus L E O; Per locum vero conſequentem parallelus N P M. L O eſt arcus ſemidiurnus puncti E, cuius pars ſexta in gradibus æquatoris horaria tempora ſunt. Simili modo paralleli per P ducti arcus ſemidiurnus eſt N M, cuius ſexta pars quoque ſunt horaria tempora dicti loci. Circulus poſitionis loci intercedentis eſt F E B, conſequentis F P B. Diſtantia loci antecedentis à meridiano eſt L E, conſequentis N P. Vt igitur ſe habent horaria tempora in parallele L O, ad horaria tempora paralleli N M, ſic L E diſtantia ſignificatoris ſe habet ad ſimilem diſtantiam in parallelo promiſsoris N S. Atque ac ſimili diſtantia reperta, & à diſtantia promiſsoris ablata, ut ſi N S auferatur ab N P, relinquitur S P arcus directionis, quem unice quærimus.

Veluti ſit in noſtro exemplo dirigendus ♄ ad ☉ corpus. Primo ergo ♄ ut ſignificatoris in 25 grad. 30 l ♓ cum latit. Merid. 1. grad. 33 l: Dehinc & ☉ ut promiſſoris in 12 grad. 42 l ♉ à M. C. in 6 grad. 10 l ♒ diſtantias quæro: quæ colliguntur ſubtractâ I. R. M. C. 308 grad. 34 l, ab aſcenſione rectâ ♄ 356 grad. 30 l: reſtat diſtantia ♄ à M C. 47 grad. 56 l: Et ſubtractâ eadem A. R. M. C. ab aſcenſione R. ☉ 40 grad. 14 l., addito prius ad hanc integro circulo; reſtat diſtantia ☉ à M. C. 91 grad. 40 l. Poſtea vtriuſque horaria tempora diurna ſub elevatione poli 51 grad vel ex tabula quantitatis dierum ſupra pag. .. propoſita inueſtigo: Et congruit loco ☉ in 12 grad. 42 l, ♉ arcus ſemidiurnus 7 Horar. 21 l: unde factâ huius multiplicatione per 2 cum dimidio, producuntur tempora horaria diurna ☉ 18, 22 l. Loco vero Saturni cum congruens arcus ex tabula quantitatis dierum, niſi iudicio

quodam

Digitized by Google

quodam adhibito inquiri non poſſit, ob evidentem latitud. quam habet 1 gr. 33 l Merid. quæro arcum ſemidiurnum vel tempora diurna alio modo: Primo nempe ♄ declinationem venor, quam iuxta præcepta cap. 6 offendo 3 gr. 13 l Merid. cuiuſmodi habet ☉ in 21 gr. 52 l ♓. Deinde & arcum ſeminocturnum huic ☉ loco correſpondentem qui ſeſe offert 6 Hor. 16 l 3 quo ducto in 2 cum dimidio, colliguntur tempora horaria nocturna 15, 40 l: Diurna eruuntur, ſi hæc reperta ſubtrahantur a 30 gradibus fiunt 14, 20 l. Vel etiam ex aſcenſionem tabulis hæc tempora ita inquiro. Venor nimirum initio in tabula aſcenſionum obliquarum ad latit. 51 grad. ſupputata, Solis in 12 gr. 42 l ♉ aſcenſionum obliquam, quam invenio gr. 19. 55 l: Item aſcenſionem obliquam loci oppoſiti 12 gr. 42 l ♏ quæ reperitur 240 gr. 34 l; Subtractaq; illa ab hac: arcum diurnum æquinoctialis eruo 220 gr. 39 l: tandemque hunc per 12 divido, exurgat ut antea in quotiente horaria tempora diurna ☉ 18, 22 l. Sic & ex ♄ declinatione quam 3 gr. 13 l Merid. deprehendo, primum locum Eclipticæ competentem vicinum huic declinationi quæro, cuiuſmodi eſt in 1 gr. 52 l ♓. Deinde & huius loci aſcenſionem obliquam 3 6 gr. 34 l: Et oppoſiti 21 gr. 52 l ♍, quam offendo 163 gr. 34 l; illamque ab hac aufero: Differentiam 172 gr. per 12 divido, colliguntur in quotiente horaria tempora ut antea 14, 20 l. Tertio diſtantiam ſignificatoris ♄ a M. C. 47 gr. 56 l, divido per horaria eiuſdem tempora 14, 20 l, & quotientem 3 Hor. 0 l, 39 l l multiplico per horaria tempora ☉ 18, 22 l; monſtrat productum 61 gr. 25 l, 16 ll, arcum, quo promiſſor ☉ abeſt a M. C. ut in eodem poſitionis circulo cum ſignificatore ♄ locetur. Vel etiam diſtantiam ſignificatoris ♄ 47 gr. 56 l multiplico per horaria tempora ☉ 18, 2 l: Productum 14 Sex. 40 gr. 21 l, 33 ll, divido per horaria tempora ſignificatoris ♄ 14, 20 l. Exit in quotiente arcus prior 1 Sex. 1 gr. 25 l, 16 ll. Quarto cum ſignificator ♄ & promiſſor ☉ inter M C. & horoſcopum cadant, iuxta primam regulam arcus repertus ex diſtantia promiſſoris ☉, quæ eſt 91 gr. 40 l aufertur; Relinquitur directio quæſita 30 gr. 15 l, cui conveniunt anni 30 dies 91, 7 Hor. Cadit ſcil. directio quæſita in annum ætatis nati 31 Annum Chriſti 1584 Iulij diem 24.

Simili modo ſit dirigendus ☉ in eodem themate ad □ ſiniſtrum ♄ in 25 gr 30 l ♊. Eſt autem diſtantia ☉ à M. C. 81 gr. 40 l. Quadrati vero ♄ colligitur, ſi M. C. aſcenſio 308 gr. 34 l auferatur a □ ♄ aſcenſione 85 gr. 5 l, addito ad hanc integro circulo, reſtat diſtantia 136 gr. 31 l. Poſtea cum tempora horaria ☉ diurna ſint 18, 22 l; & □ ♄ in 25 grad. 30 l ♊, arcus ſemidiurnus 8 Hor. 9 l: Erunt multiplicato hoc arcu per 2 cum dimidio tempora horaria 20, 23 l. Tertio diviſio diſtantia ſignificatoris ☉ 91. gr. 40 l per horaria eiuſdem tempora 18, 22 l; & quotiente 4 Hor. 59 l 27 l, 0 lll ducto in horaria tempora ♄ 10, 23 l, producitur arcus 1 Sex. 41 gr. 47 l, 6 ll, directio quæſita quæ cadit in annum ætatis nati 35, diem à nativitate 287 ſeu Chriſti annum 1590 diem Febr. 5.

Quemadmodum vero prius directiones M. C. & horoſcopi noſtri exempli, ita hic ☉ & ∵ expreſſe ponere volui. ∵ tamen contra ſ. ſ.

ad

ad ſuos ſignificatores deducta eſt, quod præcepta Aſtrologica requirunt. In ea autem conuerſa directione idem prorſus proceſſus, qui in directa obſeruatur, hoc ſolum diſcrimine, vt in ſignificatoris locum aſſumatur promiſſor, & in promiſſoris ſignificator; vnde, & nouis præceptis non eſt hic opus.

Directiones ☉ ad promiſſores f.f.f. conſtitutos.

☉ in 12 grad. 42 l ♉.
Eiuſque A. R. 40 grad. 14 l.
Diſtantia à M. C. 91 grad. 40 l.
Horar. tempora diurna ſunt 18, 22 l.

Lōgitud. promiſſ.	Aſc. R.	Diſt. à M. C.	Ho. tē.	Direct
Grad. l	Grad. l	Grad. l	Grad.	Grad. l
Termin. ♃ 16 0 ♉	43 31	94 57	18 36	2 7
Termin. ♄ 22 0	50 35	102 1	19 4	6 51
✱ ♄ ſiniſt. 25 30	53 9	104 35	19 13	8 40
△ ♃ dext. 25 57	53 37	105 3	19 16	8 54
Termin. ♂ 27 0	54 41	106 7	19 20	9 38
Termin. ☿ 9 0 ♊	57 48	109 14	19 30	11 55
☍ ☿ 0 14	58 45	110 11	16 56	10 42
△ ☽ ſiniſt. 6 25	64 32	115 58	19 49	17 4
Termin. ♃ 8 0	66 13	117 39	19 55	18 15
Horoſc. 10 14	58 36	120 2	20 0	20 13
Termin. ♀ 15 0	73 40	125 9	20 10	24 30
Termin. ♄ 22 0	81 17	132 43	20 20	31 14
□ ♄ ſiniſt. 25 30	85 15	136 31	20 23	34 47
□ ♃ dext. 25 57	85 35	137 7	29 24	35 12
Term. ♂ 26 20	86 0	137 26	20 25	35 32
✱ ♂ ſiniſt. 27 12	86 56	138 22	20 25	36 28
Cuſp. ſec. 5 36 ♋	96 6	147 32	20 22	45 54
✱ ♀ ſiniſt. 6 11	96 44	148 10	20 22	46 31
Termin. ♃ 7 0	97 38	149 4	20 21	47 30
Termin. ☿ 14 0	105 13	156 39	20 11	55 55
Termin. ♀ 21 0	112 43	164 9	19 57	64 35

Directiones ✱ ad promiſſores contra f.f. poſitos.

✱ in 3 grad. 57 l ♓.
A. R. 335. grad. 52 l.
Diſtantia à M C. 26 grad. 18 l
Horar. tempora diurna 12 50 l.

Lōgitud. promiſſ.	Aſc. R.	Diſt. à M. C.	Ho. tē.	Direct
Grad. l	Grad. l	Grad. l	Grad. l	Gra. ll
□ ☿ dext. 0 14 ♓	332 19	3 45	12 36	2 2
Term. ♂ 30 0 ♒	332 6	3 32	13 35	2 15
✱ ♂ dext. 27 12	329 35	0 51	12 20	4 26
Termin. ♃ 24 0	327 18	18 44	12 9	6 10
Termin. ♀ 20 0	322 26	3 52	11 55	10 35
□ ☉ daxt. 12 42	315 11	6 37	11 18	16 32
Termin. ☿ 12 0	314 9	5 55	11 15	17 8
☌ ☽ 6 25	308 49	0 15	10 54	22 5
□ ♀ dext. 6 11	308 35	0 1	10 53	22 17
Med. C. 6 10	308 34	0 0	10 53	22 18
Termin ♄ 6 0	308 24	0 10	10 53	22 28
△ ☿ dext. 0 14 ♒	302 26	6 8	10 30	37 40
□ ♂ dext. 27 12 ♑	399 16	9 18	10 20	30 29
△ ♃ ſiniſt. 27 57	397 57	10 37	10 16	31 39
✱ ♄ dext. 25 30	297 29	11 5	10 15	32 5
Termin. ♂ 25 0	296 57	1 37	10 13	32 33
Termin. ♃ 19 0	290 35	7 39	9 58	38 24
△ ☉ dext. 12 42	283 48	24 56	9 46	44 47
Termin. ☿ 12 0	283 3	25 31	9 45	45 30
△ ♀ dext. 6 11	286 44	31 59	9 38	51 45
Termin. ♂ 30 0 ♐	270 0	38 34	9 35	58 15

F I N I S.

A01 1461522

Digitized by Google

ERRATA.


Pagina 1 linea 4 lege PROEMIVM.

5 2 *vt in parte* 2. *Introductionis Ephemeridum c.* ♀ *monuimus.*
7,4 *à remotioribus locis.* 8,40 *quanquam.* 9,20 *noſq; in 2 p. c. 5 Intr. Eph.*
10,26 *cumq; in* 1.*c.p.*2 *Introd.Ephem.* 13,38 *collocatur.* 16 7 *quæ* ♌ *ſeq. &*
♌ ♍, ♎ ♒ ♐, & ♑ *continet.* 16 in calce tab. lege ♑ *nocturna.*
22,1 *in locum* ☉.22,12 *partes.*32, 13 *potentes* ♄. 31, 11 *Græcis meſuranios*
34, 3 ♂ 6. ☉ & ☽ 15. ♀ 8, ☿ 7 24 in margine *Ferales.*37, 10 *in* 24 *gra.*
♌ *ſex*-27.38 *Tract. de effectiq.*37,42 *in 2 p.Intr. Eph. c.* 1. 45, 13 *de corde*
♒.45,14 *olim in* ♒:45,14 in margine *de corde* ♒. 46, 30 *mediam.*
47,33 *propter* ♒. 47, 37 *Ac arum.* 49, 35 *Cap.* 1*v. Append. huius Tract.*
59,16 *Cap.* 1*v Appendicis.* 51 vlt. *A batam*. 52, 11 in margine ♒.
12 *Norvegiam.*53,17 *Secunda partis Intr.Eph.*63, 22 ♃ *in 6 grad. 16 min.*
♈ *Retr.*58,1 in margine ♄.60:20 *nodus deſcendens* ☊ *ſeu* ☋.63 li vlt.dele
*Terræ qui in cælo apparens eſt.*64.41 *primas p.Intr.Eph.*66, 37 *c.* 1. *ſecunda*
*p.Intr.Eph.*67,5 *p Intr.Eph.*67.13 *p.* 2 *Intr. Eph.* 68. in prima figura *Plenilun præu.vernum*; in 4.fig.ad Domum 5 ♐ 28.46 69,3 *p.*2. *Intr. Ephe.*
69,5 *anno in Eph.*69 in 3 fig. in 3 domo ☿ 14, 25. 69 in 4 fig. in 2 domo
♑ 13,31.81,12 *Peucero.*86 lin.3 12 14 pro ♍ lege ♒ 88, 31 ♋, ♒, &
♓.88,40 ♎ & ♒ 91,36 *huius Tract.*98,29 *quæ à 4 mundi.*97, 35 *Favon.*
108 15 *Flat.*1 9 43 *igneus* ♈, ♌ & ♐. 145 lin.vlt. *de quibus c.* 1. *Append.*
*quædam moneo.*146 16 *vt c.* 1. *append. monuimus.* 146,24 *c.* 1 2 *p. Introd.*
Eph.conſtituitur. 146, 25, *eiuſd. append. præcipui.* 147, 25 *huius Tractatus.*
149 8 & *inſr.pàg.*436 *propoſita.*153, 37 *pag.* 26 *huius Tractat.* 171, 28 *beneficum.*186,23 *flavos.*188,14 *ſi non,fer.* 196, 2 ☽ *vel Mercurio iungitur.*
199,2 *Thraſones*,241, 10 *conſideratur autem.* 25 *domicil.* 249, 2 *ad* 1. *dom.*
251.33 *Verſis quæ foliis.*259,6 *Quot natus.* 265, 6 *ordine.* 281, 29 *inter ortum.*283,2 *ſextæ.*283, 9 *ad honores.*300.3. *de pietate.* 364, 2 *Cap. vlt. Append. ſufficienter.* 364. 17 *direct. c. vlt. Append. propoſitus.* 364, 40 *huius*
*Tract.*365,1 *huius Tractatus,& pro.*365,2 *cap.vlt. Appendic. breviter.*
397,19 *binos*, 4 6,12 *Apellant.*

Cæteris leuioribus ſuppleat humanitas tua.

MASSILIÆ

Sumptibus Io; Baptiſtæ Senij Genuenſis.



ANNO CIↃ IↃ C. XLV.

A01 146 15 22

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

F.71.

Digitized by Google

Digitized by Google